RELIQVIAE

MANVSCRIPTORVM

OMNIS AEVI

DIPLOMATVM

AC

MONVMENTORVM,


INEDITORVM ADHVC.

TOMO IIX.

I. *Sigism.* MEISTERLINI Chronicon NORIBERGENSE ad an. 1360.
II. Genealogia WELPONIS ducis *Bauariae* an. 800.
III. De SAXONVM originibus.
IV. Chronicon *Landgr.* THVRINGIAE & MISNIAE marchionum ad an. 1340.
V. Catalogus HAVELBERGENSIVM *episcoporum* ab 946. ad an. 1600. cum plurimis *diplomatibus* & *sigillis.*
VI. Historia portenti VILSNACENSIS in SANGVINE CHRISTI.
VII. *Lamberti* ARDENSIS historia *comitum Ardensium* & *Guisnensium* ab 800. ad 1200.
VIII. De aureo LVDOVICI IV. *imperatoris* nummo commentariolus.
IX. Indices utriusque tomi nouissimi.

Cum PRAEFATIONE, in qua monumenta haec recensentur sigillatim &, cuius commatis atque utilitatis, in historia *ciuili* & *sacra* studiisque *iuris* publici, feudalis, communis, prouincialis & *ecclesiastici* illa sint, eruitur & explicatur.

IO. PETRI de LVDEWIG, ICTI,
FRIDERICIANAE CANCELLARII.



FRANCOFVRTI ET LIPSIAE, CIƆ IƆ CC XXVII.

REVERENDISSIMO, ILLVSTRISSIMO

ATQVE

EXCELLENTISSIMO

DOMINO ET TOGATO HEROI,

FRIDERICO ERNESTO

S. R. I. BARONI AB ET IN

CNIPHAVSEN,

POTENTISSIMI PORVSSORVM REGIS,

IN SANCTIORI CVRIA, SENATORI PVRPVRATO;

RERVM BELLI ET PACIS ADMINISTRO STATVS;

ET OLIM

AD REGES ET RESPVBLICAS EVROPAE,

PROPEMODVM VNIVERSAE,

PRIMI ORDINIS ORATORI ET LEGATO;

DIRECTORI IN HIERARCHIA

ET SACRI TRIBVNALIS PRAESIDI;

QVADRACADEMIAE CVRATORI;

SACRI ORDINIS IOANNITICI, IN VENEDO PRIORATV,

EQVITI & LIZENANAE DYNASTIAE COMMENDATORI,


RELIQVA,

SVBMISSO CVLTV

D. D. D.

I. P. DE *LVDEWIG,* ICT.

FRIDERICIANAE CANCELLARIVS.



SVſpexi olim (*) purpuram TVAM, DOMINE, muſis meis indulgentiſſime; nunc pie eam colo ſanćteque ueneror. Ex quo IVNIO menſe, qui hoc anno ela-

(*) In *tomi I. reliquiarum dedicatione*, ad *illuſtriſſimum Mecaenatem p. VII.* Quo tempore ex *Suecia* reducem PACIFICATOREM TE noſtris uotis ſumus proſecuti.

pſus

pſus eſt, me TIBI uoluiſti, in LIZENANO palatio TVO plurium dierum hoſpitem, participem conuictus & familiarium colloquiorum TVORVM, de rebus nunc diuinis, iterumque humanis; nunc domi, iterumque foris; nunc uetuſtate ſepultis, iterumque aeui noſtri nouiſſimis, factis ac inſtitutis; idque nunc inter prandendum & coenandum; nunc inambulando in hortis, campis, ſyluis, exedris, porticibus, philyrarum umbris & tiliarum parallelismis illis, quibus Lizenana area, inſtar umbratilis Lycei, eſt inſtructa & adornata, non paruo, in longitudinem excurrente utrinque, interuallo. Neque in his dies TIBI ſatis fue-

rat, quin traheres etiam ſermones, litterarum & prudentiae foecundiſſimos, in mediam noctem. Quibus egomet adſedi nunc auditor, nunc collocutor neque ab illis unquam, niſi prudentior & doctior, diſceſſi. Imo, lecto defixus, plures egomet horas inſomnes transegi; quae audiueram, mente agitando, luſtrando, mecumque quaerendo ac regerendo, ne quid excideret memoria. Dixi tum, quod uerum eſt, tricennalem me in Fridericiana diuini humanique iuris magiſtrum &, cum tyrocinia ponerem, philoſophiae olim doctorem, LIZENAE demum in ſenecta, *ſexagenario* proxima, multum profeciſſe auſcultando.

Quas

Quas enim artes nos ex libris di-
ſcimus iterumque docemus
alios, eam TV exerces ipſo uſu,
ſtabilito & corroborato multi-
plicis & uarii generis negotiis,
tractatis confectisque in curiis
principum diuerſis per omnem
propemodum Europam. Eſt
certe hoc in TE ſingulare uere-
que inauditum memoriae o-
mnium ſeculorum, quod melio-
rem orbem, non, inſtar Vlyſſis,
inſtituto priuato, peragraſti; ſed
publico, REGIS TVI nomine, ut
regni eius & prouinciarum fa-
ciem maieſtatemque, quaqua-
uerſum in Europa, ferres orator
& primi ordinis legatus. Nam
in ultimam IBERIAM eo tempore
miſſus es, quo REX illius nouo re-

gno amicitia ſingulari fuerat conciliandus. Apud quem etiam functus es gratulationis officio, cum ille a REGE TVO, cum archiprincipibus collegis, ſalutatus eſſet ROMANORVM IMPERATOR. In GALLIAE deinceps regno eandem ſpartam ita exornauiſti; ut REGALIS, eo tempore, TVTORIS, *regentem* dicimus ſermone uulgari, conſequereris indulgentiam prorſus ſingularem & TVI ſimilibus uere inuidendam. Quod TIBI plura, ceu amico, crederet, quam caueret ſibi ab adminiſtro extranei regni. ZARVM MOSCOVIAE, tum Pariſiis agentem, REGIS TVI iuſſu pariter adiiſti atque habuiſti eum in admittendo & colloquendo de rebus gra-

grauiſſimis faciliorem; quo magis intellexit ille, in quo amore & fama eſſes cum in curia regali, tum in VRBE, quam iure meritoque habent pro orbis cultioris oculo & rerum, quae ſciri, fieri aut effingi poſſunt, theatro & quadam epitome. In BELGIS porro, uti maiores TVI editi ſunt, inter FRISIAE proceres & dynaſtas, inde a mille annis, ſemper primarii, ſoli etiamnunc ſuperſtites, in tanta Friſiae familiarum mortalitate: ita populi & foederatorum ordinum, quibuscum ageres LEGATVS, TIBI cogniti mores, genius, formula & ratio reipublicae, ut, quae recuſaturi eſſent alias peregrino, illud darent populari ac ciui ultro. Qua occaſione TIBI quo-

que cum MAGNAE BRITANNIAE REGE fuerant negotia, principis mandato, eo tempore tractanda, quo ipse in Germania agebat inter palatii HERRENHVSANI amoenitates & fontana medicata Pyrmonti. Quis crederet? ex DANIAE & SVECIAE regnis felicior factus es redux, quam ibi aduentaras legatus, rerum ergo difficillimarum. Vti enim REGNI utriusque SEPTEMTRIONALIS diuersa & omnium rerum, in contrarias partes, studia: sic inter has syrtes inque tempestate aestuosa, quae tum fuerat, non collidi, illud multum prouidentis; sed, ne offendere quidem, illud uiri, ultra humanam sortem, fortunati. Nam rediisti ex septemtrione cum PACIS

HOLMENSIS adorea, magnorum regum conciliator & pacificator orbis uicini. Ad AVGVSTISSIMVM IMPERATOREM eo tempore es amandatus, quo tricis & simultatibus omnia irretita & illaqueata fuerant periculis. Noſtri uulgares DIVRNI habent hoc: TVA cum dexteritate fallacias ibi diſpulſas, nudatas inanium ſpecies ſuis offuciis, fraudes explicatas & apertas atque reſtitutam poſtliminio tranquillitatem reipublicae. Eſt igitur Europae curia fere nulla, quam non frequentaueris; rex aut princeps nullus, quem non uideris & cognoueris in ſermone, ingenio, ſtudio, uiribus rerum hominumque, in bello ac pace, rationibus, affluentia, adparatu.

Quae omnium rerum, in republica utilium, ſcientia uti rectius uſu intelligitur, quam hauritur ex libris: ita TIBI multum prodeſt, arduarum cauſarum, ut munus TVVM eſt, praecipuo CONSILIATORI. Interim maxime etiam facis litteras. Excitas omnes ad illarum ſtudia. In exemplum propoſito aduleſcentulo, VNIGENA TVO. Qui, uix infantia maior, Romanae linguae claſſicos auctores legit, exponit, in uernacula reddit imitaturque ſcribendo & loquendo. In ultimo certe prouocat omnes ad colloquia & litteras, etiam ſine diſcrimine, ut uel uictor diſcedat uel a prouectioribus diſcat, ore & calamo ſe exercendo. Ita, TVO iuſſu, fit, ne ante

ante aliis rebus uel det uel distrahat tempus, quam probe imbutus humaniorum litterarum elementis. Caues in filiolo, quod utinam cauere discerent & alii illustrium natalium iuuenculi, ne uentura olim tempora occupent ignorantiae tenebrae & barbaries. Ad quem metum amouendum sedulo curas; ut QVADRACADEMIAE REGALI professores sint, in omni scientiarum genere uersati, docti & industrii atque famae ac nominis alicuius in litterario orbe. Cum IVNIO mense, TE hoc fine conferres in VIADRINAM, uoluisti me comitem eius itineris & in re scholastica consultorem. Commendauisti etiam, meo eulogio audito, anti-

stitem

ſtitem Franekeranum POTENTISSIMO REGI, ut reuocaret eum in Germaniam, unde olim diſceſſerat, honeſto ei ſtipendio ac loco adſignato inter iureconſultos Viadrinos. Cui conſilio uti felix ſucceſus reſpondit: ita gaudere liceat grata illius commemoratione. Quod magis eſt, ſi per ſacrorum rationes liceret, illud in uotis TVIS eſſe, dixeras; doctiſſimos quosque uiros ex omnibus Europae angulis congregare & inuitare ſtipendiis ac infulis; ut conuolent omnes, inſtar PALLADIS & PALLADII, ad AQVILAM PORVSSICAM, tum omni iure BICIPITEM, ſi domi armis & litteris inſtructior ſit, quam alibi terrarum. Addebas, neque reditus deſo-

defore inſtituto, gloriae pleniſſimo. Quorum fontes tum indicandi & aperiendi; quum res & occaſio exigere uideantur. Praeterea quam magnum ſit TVVM in litteris promouendis ſtudium; illo etiam aere ſcio, quo me TIBI fateor eſſe deuinctum. Colligis inferioris aeui nummos in argento & auro. De quibus cimeliis cum eſſet nobis ſermo, oculis ſubieciſti meis LVDOVICIANAM imperatoris monetam, cuius conſpectum ſtupui, ob cauſas indicatas in hoc uolumine. Miratus ſum praeterea; quare ſuperet ea communis AVREI pondus, quem hodie adpellamus DVCATVM? Repoſuiſti, pependiſſe TE animi: num hi ad tempora

pora adſurgant LVDOVICI IV. imperatoris. Dimoui ſcrupulum: dum AVREVM CAROLI IV. REGIS ROMANORVM ET BOHEMIAE REGIS, haec enim ex utroque latere eius fuerat circumſcriptio, producerem in medium. In cuius *prima* facie *uultus* imperialis cum *diademate, orbe, ſceptro:* in *auerſa* inſigne Bohemicum, *leo*, cum cauda biſulca. Habet is *ducatorum* ſeu *aureorum*, noſtro aeuo communium, *formam, materiam, menſuram, pondus.* Vt certum ſit, eo monetae genere, eundem MARCHIAM *Brandenburgicam* ſoluiſſe, a principibus *Boicis* pro aureis redemtam. Eſt porro aurum ipſum flauum magis, quam commune. Vnde forte

te occaſio ad *philoſophici auri* fabellas, quod dare ſolent huic imperatori. Meum interea eſt, ſoluere gratias indulgentiae TVAE; qua LVDOVICIANI nummi mihi copiam feciſti, ut mihi facere licuerit in hoc tomo litterariæ reipublicae. Alterum eſt, quod uti in ueſtibulo (*) harum reliquiarum indicaui: ita extollam hoc beneficium amplioribus tum uerbis; cum abſoluero CODICEM rerum MAGDEBVRGICARVM, edendum, ſi quis ſatisfecerit impenſis. Scilicet ex membranis *Pariſinis* nobis *chronicon Magdeburgicum* dediſti, plenius lon-

(*) In *reliquiarum tomi I. dedicatione p. VII.* Vbi manuſcriptum exemplum iamnunc Pariſiis fuerat allatum & ſpes per TE facta plurium eius generis monumentorum, patriae utilium deinceps.

ge *Meibomiano*, propter eaque nunc publica luce dignum omnino. Mihi nomen meum, huius interea uoluminis *inſcriptione*, in tabulis TVIS liceat agnoſcere, necquicquam liberare aut dispungere. Perſiſtam enim in nexu TVO, ſi ultra non, uotis certe, pro TE; pro CONIVGE TVA, matrona, natalibus, MAGNI ILGENII, progenie, ore, animo, prudentia, litteris, uirtute, fortunisque commendabili; pro VNIGENA TVO, adoleſcentulo, noſtris muſis amiciſſimo; proque FILIARVM corona florentiſſima concipiendis, non ad *tricennalia* Latii, ſed temporibus, omni ſeculorum memoria, perennaturis. Scripſi in FRIDERICIANA die III. nonarum menſis *Octobr.* anno CIↃIↃCCXXVI.

PRAEFATIO
AD
TOMI VIII.
RELIQVIAS
MANVSCRIPTORVM
OMNIS AEVI DIPLOMATVM.
CVM RECENSIONE EIVS
SINGVLARIVM ARGVMENTORVM.

Veniae causa BENDORFIVM *die* XVI. *Octobris* 1725. *adsignatum emtori.*

ITerum uenia roganda eſt a lectoribus noſtrarum reliquiarum, quod *tomus VIII.* earundem, quem nunc uident, non prodierit in lucem maturius. Nam cauſae ſunt, quae moram intulerunt auctori. Vix prelum deſeruerat *tomus ſeptimus*, ubi *octauus* prelo datus eſt, ut intra trimeſtre poſſet is abſolui. Sed prima impeditio BENDORFIVM fuit, redemtum a me ad HASTAM, ad publicas tabulas diceres, iure noſtri aeui. Haec tamen ne falleret, caſu ullo, curaui etiam hoc, ut non ſolum omnes, quorum intererat in iſto contractu, EDICTO praetoris, adfixo & promulgato in TRIBVS urbibus ac praetoriis uicinis, prouocarentur uel ad intentandam litem uel ad ſilentium perenne: ſed etiam DIESKAVII inprimis, iam ita citi, denuó uocarentur fine eodem in *litteris*, quas *typis* expreſſas, noſtri

aeui uerbo, adpellamus *nouellas:* ut *coniunctae manus* illi uel indicia nunc darent uel eam penitus desererent. Quamuis illi praeterea hastae iam annuissent, in urgentium creditorum concursu ac plurimis eorundem numeris. In quorum gratiam LEX PROVINCIALIS non alium requirit consensum in CONIVNCTA MANV, quam *duorum* aut *trium* eorundem, qui proxime successuri. Imo etiam *aes* meum nulli creditorum in PRAETORIO, ubi summam eius DEPOSVERAM, numeratum, nisi cauisset, illud restituere, in casu *euictionis*, mihi praestandae. Erat hac prouidentia omnino opus, in tantis consuetudinum *clientelarium*, in quo nexu olim praedium hoc, meandris, flexionibus, diuerticulis, offuciis & pigmentis, quibus etiam decipi aut tricis forensibus & curialibus inuolui ac irretiri potest, qui alias multum est prospiciens. Adhibito igitur hoc genere *cautionis* omni solutoque *pretio* conuento CCIↃↃ CCIↃↃ IↃↃ ∞ DCCC. *uncialium* nostrae Germaniae, demum die XVI. mensis *Octobris* anni CIↃ IↃ CC XXV. BENDORFIVM, instar *Tusculani* aut *Laurentini*, mihi olim colendum, intraui cum meis feliciter!

Illius SITVS.

§. 2. Distat BENDORFFIVM meum spatio *leucae* unius ab urbibus cum hac, tum aliis duabus, *Merseburgo* & *Sceuditio*, tribus

tribus autem a *Lipsia,* principe *emporio.* Vt ex *Fridericiana* isthuc liceat excurrere, remittere animum a seuerioribus curis, rusticari ibidem, diuertere, auram haurire, quae, sub tenuissimo coelo, libera & salubris, inambulare, uisere quatuor hortos, prata, agros, uirgulta, salicete, riuos, lacuscula, campos, circumiacentes instar orbis ac oui, greges uidere & armenta, imo prandere & coenare, dieque ac luce eadem, domum iterum, id est, in urbem reuerti. Nam ipsa uia plana est, inter agros cultissimos, lacus BRVKDORFFIANOS, inde ab urbe, excurrens; trita insuper cum pede humano, tum ordinariorum celerum & aurigarum, tendentium *Lipsiam,* ad celebre emporium, quod tribus leucis a praedio nostro abesse, dixi. Sed haec uia PVBLICA est, nostro sermone diceres prouincialis siue regia, *die* LANDSTRASSE. Sunt uero etiam aliae VICINALES per CANINVM, STENEWIZIVM & NAVDORFFIVM uillas, sibi inuicem admodum uicinas, quod omnis ibi ager fertilis sit, qui plures potest alere agricolas, pagorum plurium numeros, quantum satis est, explentes.

§. 3. Praedium ipsum, in lata & diffusa planitie, *iugera* habet agrorum *uiginti, hufas* dicimus in uernacula. Fertilitate illa alios quosque agros aut superant aut *Praedii* DESCRIPTIO. *HufenXX.*

contendunt cum foecundissimis; ut fabulae sint, uicinorum terras posse nostris glebis refoueri, stercorationis instar. Et *Bendorfii* nomen idem esse, quam *pagi boni* ob fertile solum (*). Iugerum singula pro *sexaginta imperialibus* annuis possunt elocari. Nam messis, si bona est, est autem bona plerumque, ad *mille* & *trecentas sexagenas* manipulorum adsurgit, unde cogi potest, ob dictae *trirurbis* uiciniam, non spernenda argenti summa. Perfringunt huius soli glebas non *boues*, qui in his oris exulant, siue ex ueterum errore siue ob nauseam agricolarum nostrorum, quos pudet esse bubsequas siue quod *pratis* non abundemus, unde illis sua pabula. Equis est opus, iisque magnis & fortibus, ad arandum & iterandum agros, qui tertio demum aut quarto sulco recte possunt perdomari. Profert ager, quicquid ei mandaueris, *siliginem*, *triticum*, *hordeum*, *auenam*, *legumina*, *milia*, *fabas*, *lentes*, *pisa*, *pastinacas*, *rapas* & *rapacia*, eaque aestiua & hyberna, unde *oleum* solet extundi. *Cumini* satiui in uicinia *Rideburgi* & *Bischdorfi* frequens

fertilitas.

(*) Malunt tamen alii a *Bent* siue *Binzen* deducere. Vt idem sit, quam *Binzendorf*. Quoniam olim ob loca stagnosa ibidem plurimae paludes, nostro sermone *Binzen*, ueteribus *Bent*, *Bents*. Vti docet nos glossarium *Skinneri*.

et

est cultus, unde non leue agricolis lucrum. Sed, ob multiplices operas, in nostro praedio negligitur. Fuerunt etiam *basiarii* nobis suasores ad colendam deinceps herbam, quae nostro sermone *Waid* audit, Graecis *isatis*, Gallis *pastel*, Romanis *glastum* (**). Idque non solum, quod *regali edicto* anno CIϽIϽCCXXIII. ad id faciendum incolae sint excitati: sed etiam maximi fiat color exinde proueniens, *purpurae* genuinum fundamentum. Verum quamuis ex fertilitate agri Bendorfiani liceat sperare optimum inde successum; deinde *Erfurtenses* habeant illud instar priuilegii, collati iure clientelari patritiis, quibus hinc nomen peculiare *Waidiunkern*, uti nostratibus adpellatio *salziunkern*: cum tamen peritos & solicitos cultores ista herba exigat, nolui hanc aleae committere aut *Waidiunkeri* nomen matriculae equestri huius principatus inferre insolenter.

§. 4. Ad domum siue *palatium* progredior, quo nomine adpellantur, iure optimo, aedes ordinum nobilium cum in aliis Germaniae prouinciis, tum in

BENDORFIANA *domus s.* PRAETORII IVRISDICTIO.

(**) Singularia sunt, quae in *opusculo* differentiarum iuris Romani & Germanici in RE BASIARIA an. CIϽ IϽ CCXXV. disputauimus: quod *purpura* nequeat accenseri rebus deperditis; quoniam hodieque iste color ex *blattis* & *oxyblattis*, id est uermiculis *coccionellis*, solet parari, fundamento tincturae probe instructo, *isatide*.

hac noſtra. Idque tam ob immunitatem, quam ob iurisdicundi uim. Nam in litteris clientelaribus, inſtauratore & ſubſcriptore FRIDERICO WILHEMO, BRANDENBVRGICO archiprincipe, die VI. menſis *Iunii* CIƆ IƆCLXXXI. conceptis habetur uerbis: *quod praetorii iura ita innexa fundo huic equeſtri. Vt poſſeſſor gaudeat iurisdictione* CRIMINALI *in pago* PREZ, nunc fere deſerto, idque formula ueteris aeui, *uber hand und hals*, (†) in BENDORFIO autem *ciuili* aut rectius *inferiori*, uber *ſchuld* und *gut*. Quas largitiones nemo expungere aut obliterare poteſt: licet caſus & cauſae litigioſae rariores, in paruo agricolarum manipulo. Vt luſtra queant labi, in quibus nihil hic occurrit iudicandum aut decidendum. Interim iuxta *agricolas* uulgares, *tres aediculae*, cum *horreolis* totidem, elocatae ſunt colonis pro *angariis*, pacto definitis. Nam agellos, pro operis hisce pariter elocatos, recepimus: ne temporis diuturnitas conductoribus tegumento ſit, ad cauſam poſſeſſionis mutandam & conuertendam temere.

Tuguriola *colonorum*.

(†) Eſt haec formula iudiciis medii aeui admodum ſolennis. Nam, poſt ultimum *ſupplicium*, *manus* amputatio conſtituit *ſupremae iurisdictionis* limites: aliae coercitiones, ob *delicta* leuiora & *debita*, iurisdictioni *inferiori* reſeruatae. Vnde ſatis conſtat; quod Latii leges in *imperio mero* & *mixto* parum aut nihil commune cum his patriae habeant conſuetudinibus.

§. 5.

AEDIVM & *areae deſcriptio.*

§. 5. AEDES DOMINICAE cum domunculis in utroquo latere & ultima plaga omne illud habent, quod requiri ſolet ad habitationem commodam inſtructamque frugaliter ruri. Ante PORTAM duo lacuſcula, impraegnata *carpionibus* inprimis, percis, *ſaperdis, ſalaribus* & *gobionibus* fluuiatilibus. Quos ultimos piſculos alias non alunt aquae, noſtrae uiciniae. Inter haec uia, aliquantum elata iunctaque ponticulo & uiuario camerato piſcium generis deſcripti. Si portam introiueris, adparet area ſeu cauedium amplum & ſpatioſum: in quo armenta & greges agere & paſci queunt ſtramine excuſſo in adpoſitis, horreis tempore maxime hyberno, ubi non ſolent educi. Imo etiam adaquari ex utroque fonte, e regione ſibi oppoſito. In dextero latere tria horrea cum tuguriolis, quae uehicula & uillica inſtrumenta tuentur a pluuiis & tempeſtate: in ſiniſtro aedicula uillici, interpoſita inter equile & bouile atque haras. Vltimis ſuperſtructum caſeale & locus ad ſtramenta ſecanda pabulis. Claudit dexterum portae latus fabrica ferraria, quam aperire licet, quamuis ceteroquin opifices exulare ſoleant in pagis, ob urbium *milliaria priuilegia* (*). Sequitur *culina*

(*) In uernacula dicimus, *das meilenrecht.* Ita enim cum le-

cere-

cereuisiaria, propterea hic commemoranda sigillatim, cum *zythum Bendorfianum* praestet *Mersehurgensi*, quod per Saxoniam tamen uniuersam habetur pro optimo & saluberrimo. Olim maiores inde prouentus, quam nunc sunt, postquam *Osinunda* pagique alii interdicti, emere, quod emerant temporis spatio longissimo, superante hominum memoriam. Qui tamen hac lege non tenentur, uti pastores & ruricolae nobiles, illi etiamnunc indulgent suo palato & emtores ueniunt passim, ex Saxonia maxime, praesertim si tempore uerno uel autumnali ea arte sit praeparatum, ut semestrem ferat aetatem. In uernacula dicimus *das lagerbier*. Nam coquendi & uendendi iura praedio liberrima sunt hodieque. In areae meditullio *columbarum cellae*, ita constructae, ut ora habeant fere innumera, quibus introire & exire possunt millia fere columbarum. Ceterum ipsae AEDES tales sunt, ut decet nobilem uillam: ne stultitia redarguat conditorem. Quod palatium, principe dignum, extruxe-

Zytopoeia.

Aedium structura.

Columbarium.

ges patriae, tum historia testes: *ciuitates habere ius prohibendi quasuis opificinas intra milliare circumferentialiter*. Quam formulam barbaram explicauimus plene ac plane in opusculo *differentiarum iuris Romani & Germanici* in OPIFICE EXVLE IN PAGIS *differentia I. cap. 3. p. 22.* anno CIↃ IↃ CC XXIV. producto in academicam arenam.

rit

rit in praedio, quod uix alat poſſeſſorem ex infima nobilitate (*†*). Habet in longitudine L. ulnarum menſuram; XXV. in latitudine. *Contignationes* ei ſunt tres, ſi numeraueris emergentia cellaria & promptuaria, in apſida ſeu crucem fornicata *(kreuz-gewœlbe)*, ut coenaculi inſtar haberi queant, ad referueſcendum in ſolis intemperie. Nam cereuiſiara cella ad occaſum ſolis infra horrea eſt locata, inſtar glacialis foueae. In altera contignatione conclauia quinque; praeterea culina quoque & promtuarium, imo etiam cubicula aliquot pro ſeruorum ac famulorum contuberniis. In tertia contignatione ſex conclauia quadrata duodecim paſſuum. Praeter unicum, quod interceptum fumario & carnario. Nam reliqua contigua & continua ſunt, ut unum alterum excipiat. Spatium, quod ſupereſt, periſtylio relictum, longo XXX. paſſus & dimidia parte lato. Vnde proſpici poteſt cum *urbs*; tum *uillae* ac *pagi* fere innumeri; in eadem planitie, ad quatuor milliaria excurrente. In iisque *Proſpectus*
MONS PETRINVS; LANDSBERGA; GIVI-

(*†*) In uernacula his uerbis exprobrare ſolemus hanc inſolentiam: *ein fürſtliches gebæude auf adelichem boden.* Quae inconſiderantia cauſam dedit legi Saxonicae: ne aedes porro numerentur inter *meliorationes* id eſt impenſas tales, quibus onerari queat in clientelari praedio ſucceſſor ad reſtituendum.

KENSTEINVM (*†); HOHENTHVRM, qui altera parte territorii *Magdeburgici*, altera *Merseburgensis*. Quo conspectu oculi inter hortos, agros, prata, saliceta, syluas, colles & montes mirifice pascuntur. Casu praesertim eo, ubi nubes alibi madent imbribus, alibi inardescunt sole & diuersimode colorantur, alibi aperta serena, ut coelum adpareat uersicolori ueste. Quam non retulerit pictoris manus, a nobis multoties desiderata. *Situs.* Ceterum tota domus exposita est libero aeri & aurae, nulla parte impedita rebus aut umbris. Conclauium igitur alia solis ortum spectant; alia occasum; aliqua meridiem; septentrionem paucissima. *Plagae.* Versus meridiem HORTVS aedes attingit, amoenus ac pinguis, consitus arboribus, floribus, oleribus, plantis. *Specula, pindus.* Ad ortum TVMVLVS terrae, quem ueteres haud dubie congesserunt eo fine, ut esset specula, ubi fieri possent excubiae, si hostilis metuenda inuasio. Qui cum nostro aeuo inutilis sit ideo, quod perpetui ac mercenarii militis metus a finibus iam arceat

(*†) De *monte* sacro manibus DIVI PETRI agit chronicon MONTIS SERENI, *Lauterberg*, quo tamen nomine sumus desuefacti. LANDSBERGA olim comitatus, Brenensi uicinus, Merseburgensis est ditionis. GIVIKENSTEIN, quod idem, quam *Felsenstein* siue *Hohenstein*. Cum uox *Giuik* in pristina uernacula adhibita sit hoc significatu.

hostes;

hoſtes; eſt ille, uerſus in delitias. Nempe pergulis tribus circumdatus, in quibus, ſi per gradus aſcenderis, licet circumambulare atque, in planitiem circumcirca excurrentibus campis, proſpectare hortos, agros, prata, montes, pagos, uillas, uere innumeras, imo urbis noſtrae cacumina & turres praetereaque omne illud, quod praedii noſtri claudit limites & territorium. Adiacet OVIARIA; quingentorum capitum, ſi numeri perfecti; ubi pro ſolatio ſtercus, praeſertim cum lanae exportatio interdicta. Abſoluitur haec ouilionis domuncula; ſtabulis; horreo; area, quae omnia contingunt palatii aulam. *Ouiaria.*

§. 6. VENANDI iura non minus adnexa Bendorfio. Sed in campis ac planitie nihil expectandum, quam *lepores, perdices, alaudae, caſſibus* irretiendae diu noctuque. Halenſium ſalinatorum haec poſtulata, quod eis ſocietas uenandi ſit indulta, quaquauerſum patent campi cis *Salam*. Sed hoc ualde dubium. Opinabilius uero illud, quod ſalinatorum uenatio conſtricta Halenſium agrorum limitibus, quibus nihil commune cum equeſtribus fundis. Maioris ſunt momenti cenſus EMPHYTEVTARVM, adſcriptorum praedio meo in QVINQVE PAGIS, *Bendorfio; Oſmunda; Brandorfio* (olim *Groeberſch*); *Schwetſio; Gotten-*

IVRA BENDORFII. a) *uenandi* b) *emphyteuticorum cenſuum.*

Gottenzio. Qui homines cenſuales uti plures ſunt: ita uniuerſi numerant quotannis LIX. FLORENOS VI. GROSSOS & OBVLOS IX. Miſnenſis monetae. Praeterea LI. MODIOS SILIGINIS & totidem TRITICI pendumt. Demum XVII. ANSERES & XC. GALLINAS. Quam aeris & pretii ſummam ſi computaueris, ſecundum huius anni ualorem, ultra CC. exurget imperialium thalerorum. LAVDEMIA porro, ab uniuerſis ſoluenda, domino mutato, ſi reuocaueris ad calculos, habetis CCLXV. FLORENOS, III. groſſos atque VI. obulos, ad leges monetales, quas modo indicaui. Tantum etiam ſolui debet, mutato emphyteuta, a nouis ſucceſſoribus ſiue *uniuerſalibus* ſiue *ſingularibus*. Sed cum caſus hi incerti ſint, ideo calculos fugiunt.

c) *laudemiorum*.

d) *locarii*.

Demum cum *domunculae* tres, a praetorio multis paſſibus remotae, elocari ſoleant pro annua uel mercede uel operis, etiam illae hic locum merentur.

e) *angariae*.

Taceo, quod ruricolae SCHWETSENSES, praeter cenſus, ſupra commemoratos, VIII. dies arare teneantur Bendorfii, quocunque tempore illos requiſiuerit poſſeſſor.

HORTI *in iisque*

1) *ceraſa*.

§. 7. Quatuor hortos habet cum contiguos ſibi, tum ipſi domui dominicae. *Primi* ſuperius habui rationem: in reliquis

liquis inprimis celebre nomen habent CERASA, Bendorfio ita pecularia, ut inde huic generi nomen, *die Bendorfer kirſchen.* Nam licet arbores inde transtuleris, raro tamen alibi uel radices agunt uel perdurant uel retinent natiui ſaporis delicias, qui eſt dulcis & uinoſus; ut ceraſus huius ſortis in hoc ſolo tantum non nata eſſe uideatur necquicquam uero allata aliunde. Color ceraſi huius eſt niger, figura orbicularis, quae magnitudine uincit maxima quaeque alia. Narrant aliqui, ex Hungaria arborem huc translatam, ubi poſſeſſor meruerit ſtipendia. Illud porro fuit 2) *lupuli.* utiliſſimum inſtitutum; quod ex *Bohemiae* regno LVPVLI, huc quoque adlati & conſiti ſint in agro humido aliquantum, uicino pratis & ſalicetis. Cum ſatis conſtet; eſſe LVPVLVM aut *hubulum, hopfen,* cereuiſiae coquendae condimentum, & tamen ille, qui in noſtris oris prouenit, minus longe praeſtet Bohemico; cuius ſapor ac uis noſtrum uincit plus quam altera parte. Vnde cauſa praeſtantiae deducenda, quam MERSEBVRGENSE *Zythum* habet, quod *Bohemico lupulo* ſolet condiri, prohibito alio quouis, etiam Eilenburgenſi, qui inter uiles optimus. Eſt autem noſter ager huius herbae adeo ferax, ut, niſi

nisi tempestas obsit, inde centum modii colligantur. Praesertim si iusta sit longitudo perticarum, ad quarum cacumina usque, instar uitis, solet reptare & augere fructus multipliciter. Sed quo egomet dilapsus sum in his Bendorfianis minutiis? Habet lector quod succenseat & stomachetur. Sed quam insatiabilis TVLLIVS in TVSCVLANIS! quam effusus PLINIVS meus in suo LAVRENTINO! Horum igitur mihi esse liceat congerroni. Praesertim cum haec nugamenta calamo elapsa sint Bendorfii, inter otia ruralia, aliena a rebus seriis, quibus alias musulam meam soleo adsidue excruciare.

Recensio OPVSCVLORVM.

§. 8. Sequi nunc deberent impeditionum causae aliae quoque: sed nolo, lector, stomachum tuum solicitare ulterius. Igitur pedem moueo ad recensionem eorum, quae in hoc TOMO VIII. tibi damus manu largiori, quam alias.

I. MEISTERLEIN *historia* NORIBERGENSIS *ad an.* 1470.

I.

SIGISMVNDI MEISTERLINI NORIBERGENSIS CIVITATIS S. R. I. HISTORIA AD CIϽCCCCLXX.

Diu multumque frustra quaesiui hunc libellum, etiam pretio proposito

posito aliquot aureorum in utroque Noribergensi itinere nouissimo. Nam praesenti spem eius fecere plures; quam fefellerunt absenti omnes. Quorum aliqui excusarunt fidem non liberatam, quod senatus, publico edicto, prohibuisset incolas omnes, ne aliis chronica urbis MSCTA uenderent, quam senatoribus. Qui contra faxerit, illum nota inurendum patriae proditoris. Quam ego fabulam suo loco relinquo. Licet hoc uerissimum sit, quod TABVLAM GEOGRAPHICAM NORIBERGENSIS PAGI foliis similem habeant sibyllinis. Nam aes, cui illa inscripta, latet in archiuo. Quod magis est, iureiurando adstrinxere fidem cum geographi, tum chalcographi, ne quis tabulae exemplum proderet aliis. Etiam eo tempore, quo illa papyro impressa, ex senatu praesentes fuere legati, ne copiam illius aliquis nancisceretur. Sed uti nitimur in uetita: ita tamen lectio Meisterlini famam illius apud me minuit. Gratias interim pro his reliquiis ago habeoque uiro doctissimo, quem, illius iussu, uenerari aliter non licet, quam silentio. Vixit MEISTERLINVS circa annum CIↃ CCCC LXXX. Principio ANTISTES fuit templi, quod in urbe SEBALDO sacrum. Deinde spartam obiit eandem in coenobio GRVNDLACHENSI, in Vita eius

in

in urbis uicinia. Scripſit, a Noribergenſi ſenatu conductus, patronis *Ruperto* HALLERO & *Nicolao* KRESSIO ſenatus collegis & quaeſtoribus, quos nomine, urbi proprio, uocare ſolent hodieque *loſunger*, id eſt, receptores pecuniae publicae & curatores popularis aerarii. Quod cum ita ſit, facile eſt ad intelligendum, quod myſta hic calamum habuerit uenalem. Nam partibus ſtuduit eorum, a quibus acceperat ſtipendia & mercedem. In adſentando & increpando eo audacior, quo magis rerum iuriumque imperitus clericus. Habuit tamen duos interpretes poſt, qui librum tranſtulere in uernaculam. Vni nomen *Sebaldus* SCHREYER; alteri *Fridericus* CAMMERMEISTER, primo, qui aeditimus templi Sebaldiani, coniunctus adfinitate. Quos poſt ex plebe quamplurimi deſcripſerunt ac continuarunt, imo adauxerunt, leuiſſimarum rerum hiſtoriolis; in quibus praecellere ſolent urbis illius ciues etiam alias. Quae cauſa eſt, quare BVRGGRAVIORVM iura uel obliuione ſepulta uel narrata & aeſtimata ſint iudicio corruptiſſimo. Nam uernaculi ſcriptores omnes hac Meiſterliniana chorda oberrarunt neque fuit ex parte aduerſa, qui contradiceret erueretque ueriora in gratiam

iudicium de ſcriptore.

In iuribus Burggrauiorum.

PRIN-

PRINCIPVM BVRGGRAVIORVM. Non diſſimulat hoc ipſe Meiſterlinus. Nam principio *p. 4.* confitetur, ſe mercede a ſenatu Noribergenſi, Burggrauiis inimico, conductum, ſcripſiſſe. Deinde tutelam ideo implorat ſenatus *p. 4.* Poſt querelas mouet aduerſus illos, qui exprobauerint forte eidem, quod plus dederit partium ſtudiis erga ſenatum, quam ueritati & iuribus populi ac Burggrauiorum *p. 3.* Quapropter etiam *chronicon* hoc curis ſecundis emendauerit auxeritque *p. 4.* uerbis & figmentis forte magis, quam rationibus ac monumentis idoneis.

Quae NOTAM *merentur in* SCRIPTORE *de iuribus* BVRGGRAVIORVM.

§. 9. Notabimus aliqua, uti nobis uenerint illa in oculos ac calamum. Primo pro urbis conditore habet *Neronem* *p.* 10. *12.* ut origo auguſtior, nonniſi imperialis. Deinde *p. 16.* uirus ſpargit commentitiae originis principatus BVRGGRAVIORVM, quaſi illa demum Carolo IV. tribuenda, cum ipſum *Carolinum diploma* prodat (†), DIGNITATEM PRINCIPALEM, olim iam, largitore RVDOLFO *Habsburgico*, BVRGGRAVIIS collatam, nunc

(†) Conceptum 16. Kal. April. an. 1363. uerbis, quae ſequuntur: *ab antiquo tempore nobilitate ſua illuſtribus S. R. I.* PRINCIPIBVS *parificati ſint & fuerint & adhuc potiantur, in perpetuum illuſtrium principum S. R. I. iuribus, dignitatibus, libertatibus & honoribus gaudere & potiri debent Burggrauii* & quae reliqua. Exhibetur codicillus *tom. I. der Fraiſchbacten.*

inſtau-

inſtauratam tantummodo fuiſſe, nec- quicquam uero demum natam & conceptam. Tum *p. 16.* §.3. inanes argutiae; quaſi PRINCIPATVS NORIBERGENSIS abſtulerit fundos & agros ciuitati. Cum illud potius uerum ſit, quicquid extra moenia ciuitas acquiſiuit; illud territorii eſſe non urbis; ſed PRINCIPATVS NORIBERGENSIS neque ideo dari poſſe amplius quid ciuibus, quam ius *ſuperficiei* (*), ut urbs in Burggrauiatu nata & educta; non in urbe Burggrauiatus.

Falſa aetas MARLIANI, *cui innixa* NORIBERGAE VETVSTAS. §. 10. Obiter noto. Ad uetuſtatem Noribergae probandam, utitur auctor teſtimonio *Raymundi* MARLIANI, cuius ideo aetatem reiicit ad *ſeculi duodecimi* ingreſſum ante Friderici I. imperatoris aeuum. Sed primo falſus eſt, cum ſuo *Iacobo* BRIXIENSI, quem laudat ſententiae patronum *p.* 14. 15. Hoc uel inde patet, quod MARLIANVS, in *gloſſario geographico ueteris Galliae* populorum, ad Iulium Caeſarem & Tacitum, edito ſaepius, ſub finem adfirmat: LIRIM *a ueteribus amnem dictum, iam* IↃCC *abhinc annis, a* GARI-

(*) Quod, exempli loco, protulit adprobauitque GIPHANIVS, profeſſor & ICtus Noribergenſis *in tract. feud. cap.* 3. *n.* 12. *quod urbis* NORIBERGENSIS *moenia amplificata in ſolo ſeu territorio* ONSPACENSI ſiue principis Burggrauii. Quem locum illuſtrauimus *in iure clientelari Germanorum* ex moribus medii aeui *Sect. II. cap.* 1. § 4. *p.* 136. & in COMMENTARIO *ad* AVREAM BVLLAM *tit. XXVIII.* §. 5. *p.* 950. *ſeqq.*

LIANO

LIANO *castello, quod Saraceni sibi construxerunt*, GARILIANVM *adpellamus.* Si igitur calculos computaueris DCC. annorum post N. CH. in quos bella incidunt Saracenorum & DCC. de quibus scripsit Marlianus, non XII. habueris; sed XIV. seculum. Quae NORIBERGAE neque aetas disputatur, neque eo tempore celebritas. Licet nihil de ultima habeat MARLIANVS (*). Perstat igitur hactenus sententia de NORIBERGAE *originibus*, prodita alibi (**): quod *Noricorum mons* siue *castrum* Burggrauiorum urbi caussam dederit, non castrum urbi. Nam reliqua commenta de PTOLEMAEO (***) EVSEBIO (****) ceteraque legere aut re-

(*) Nam MARLIANI in uerbo *Boii* narratio est haec: *a finibus Herbipolensium per Noricum agrum, ubi* NORIBERGA *est oppidum, in media fere Germania situm.* Et in u. *Noricus ager*, pergit idem: *Noricus ager, in quem Boii, oppugnata* NORICA, *transierant.* NORIBERGA *nunc a Germanis.* Verba autem, quae Marliano tribuit Meisterlinus p. 15. apud illum non offendo. Pudeat igitur scriptorem *offuciarum* & duplicis commenti. Imo cum MARLIANVS in u. *Asciburgum* mentionem faciat Cliuiae atque in u. Menapii, Iuliacensis DVCATVVM, nemini ignotum est, utrumque demum natum esse seculo *decimo quarto*, cum ante audiuerit uterque *marchionatus.* Et si Marliani sunt, quae in hoc glossario habent in *u. Itius portus, Paulum Aemylium* is laudat, qui uixit sub seculi XV. exitum.

(**) In commentario ad A. BVLLAM *tit. XXVIII.* §. 15. *p.* 950. *sq.*

(***) Graecus Geographus nihil de Noriberga, sed *Norico*: alter est *Lucensis* scriptor *seculi XIII.* quem laudat PLATINA *in Gregorio V.*

(****) Fuerat monachus coenobii Herbipolitani ordinis Scotorum, insignis fabulator. Vt noster instar furibundi sit, quod p. 48. in illius testimonio incla-

ferre idem eſt, quam confutare. De COMITIIS ſeculo X. habitis NORIBERGAE, quae *p. 28.* narrat, illa ignota prorſus ſunt ſcriptoribus coaeuis ac genuinis (†*).

BVRGGRAVIORVM *nomen, munus, dignitas, poteſtas.*

§. II. Pariter ieiuna & nugatoria argumenta ſunt, quae prodit de nomine & munere Burggrauiorum *p. 37.* Nam *Burgi* uox, neque Latio ignota, Germanis notat uel *caſtellum* ac *turrim* uel moenibus clauſam urbem uel utrumque. His autem praefecti a *graui ſenectute*, grauii, graue, uti *ſenatores* Romae a *ſenectute*, dicuntur, qui nobis *altmanni.* Vti ergo MAGDEBVRGENSIS & HALLENSIS BVRGGRAVII praetores fuere urbani(*): ita NORIBERGENSIS & *praeſidium* caſtri habuit & urbis *praeturam.* Plenisſimi territorii iura in caſtri & urbis *uicinia* mereri uidebantur Rudolfo I. Imperatori; ut Burggrauium, ex ordine *comitum* promoueret tranſcriberetque eum *Germaniae principibus* anno CIↃCCLXXII. demandaretque eidem Franconiae uniuer-

met ecce! Ceterum ipſe fingit ſibi EVSEBIOS, uti p. 56. ſi deſtituitur auctoribus aliis, non ſeruientibus ſcenae! ſic argutiae inde nullae ad magnitudinem urbis. Quoniam illa in campis & planitie coacta, non incluſa moenibus ac urbe.

(†*) Nam uti rariora comitia Noribergae, etiam tempore recentiori, celebrata, notante hoc ARVMAEO *cap. V. de comit.* §. 18.

(*) Quod dixi ac docui in *tomi I. reliquiar. praefatione* §. 50. *p.* 148. 149. 150. *ſq.*

ſae

ſae TRIBVNAL & uicariam Caeſaris iurisdictionem (**). Scio, Onoldinos ſcriptores aliquot hic omnia miſcere, Meiſterlino ſimiles uere, ut puerilibus indulgeant commentis neſciantque diſtinguere iura dignitatemque Burggrauiatus ante interregnum & poſt; imo illos nunc archiofficiales *buticularios*, nunc S. R. I. *principes electores* ſalutent, cetera. Verum bona cauſa non opus habet hiſce deliriis. Cum illud ſatis ſit, priuilegio RVDOLFI I. Caeſaris, conuerſum *comitatum Burgi* in *principatum imperii*. Ex quo tempore Burggrauii *uerbo* audierunt *comites*, uti etiam Brandenburgici markgrauii: *re* ipſa uero, inſtar illorum (†), fuere PRINCIPES & DVCES Franconiae (††), id eſt, *imperiales*, etiam in iure dicundo *uicarii*. Neque his obeſt; quod tamen plura *Franconiae* territoria ipſi acquiſiuerint ſingulari titulo cauſaque poſt. Nam eſt hoc omnino factum ad reditus eorundem adaugendos, licet ante iam latisſime patuerit

(**) Scripſimus ſingulare opuſculum: *de S. R. I. tribunali Onoldino per Franconiam* uniuerſum, quod breui edemus in lucem.

(†) Qua de re actum in *formula Brandenburgici ducatus* in MISCELLIS *tom. I. opuſc.* 4. *c.* 4. *p.* 230. *ſqq.*

(††) In *praefatione ad ſcriptores Wurzburgenſes* §. 18. de plurium principum titulis, DVCIS IN FRANCONIA, actum eſt idque ex rationibus prorſus ſingularibus, quae alios latuere adhuc.

eorundem poteſtas & auctoritas. Hocfine ONOLDINVS marchio WILHELMVS FRIDERICVS, qui, immatura proh! morte, obiit nouiſſime, ut erat princeps ſolers & rerum domus ſuae intelligens, in TABVLA GEOGRAPHICA deſcripſit BVRGGRAVIATVM atque illius territoria & limites ita diſtinxit coloribus & umbris ea quidem lege; ne illa aliter uenderetur, quam ſic tincta. Cauſam addidit, ne rerum domini, intra Burggrauiatus limites conſtituti, colores ideo turbarent, quod crederent ſe Burggrauiatui nequicquam addictos. Et de iniuria, ſuis territoriis illata, omnino queſti ſunt cùm Noribergenſes, tum nonnulli alii. Quoniam eorundem latifundia non de Burggrauiatu eſſent, licet intra illius tractum eſſent ſita. Sub iudice lis eſt neque illius finis ullus, quae annuatim ſolet renouari digladiando idque ſub tegumento ſeruandi poſſeſſorii? In quo tamen Burggrauios tutos praeſtat SENTENTIA, in ſupremo CAMERAE tribunali lata die XXIII. *Nouembr. an.* CIↃ IↃ XXVI. confirmataque an. CIↃ IↃ LXXXVII. poſtquam Noribergenſes remedio uſi eſſent REVISIONIS, ut dicimus ſermone curiali. Conceptis quidem uerbis illa habet: *ne in exercitio meri imperii Burggrauios porro turbarent Noribergenſes.* Quo edicto, ni acquieſcere uel-

Tabula geographica BVRGGRAVIATVS *Norici.*

uellent illi, agerent in PETITORIO deinceps. Quae formula exſcripta eſt publicis litteris; licet ciues eandem accipere malint de *iurisdictione criminali* (*der fraiſch*); quam territorii aliquo principatu.

§. 12. Pergimus in recenſione noſtri. Nam *p. 41.* prouocat ad *tabularia* & *coenobia*, in quae, iuſſu ſenatus, ſe contulerit per Boioariam, Sueuiam & Franconiam uniuerſam: ut urbis hiſtoriam reſtitueret. Poſtquam NORIBERGENSE ARCHIVVM perierit caſu funeſto. Cum tamen leue ſit, quod conduxerit ſcriptor, unde Noribergae uel iura praecipua aut celebritas, tot licet exactis uigiliis ac itineribus: facile ad intelligendum eſt, non teſtes cauſae deeſſe; ſed ueritatem. Dum *p. 52. 53. 123.* *inſignia* deſcribit urbis, cogitent ciues, quam recens fabula ſit de fluminibus limitrophis ibi ex exhibitis ad definiendum Noribergenſe territorium. Ad nauſeam usque arguit a *frequentia comitiorum* ad urbis *amplitudinem p. 75.* quas argutias confutauimus ſupra. In *p. 77. 78.* iterum calumniatur aduerſus Burggrauiatum, quaſi ille demum factus ſit hereditarius ſub ALBERTO I. quaſi cento ſit plurium territoriolorum; quaſi nomen Burggrauii ſit demum auditum ſub RVDOLFO I. uti *p. 65.* habet, quaſi profecerint Burggrauii ex

Scriptoris ITINERA *ad XXIV. coenobia.*

INSIGNIA *urbis.*

Comitia-tor Burggrauiorum

bellis ciuium inteſtinis *p. 90.* quaſi eorundem fomes *p. 96.* quaſi uſurpauerint temere iura urbis & imperii *p. 133.* Sed quid ſi contra ſenſeris, Burggrauios ciuium patronos fuiſſe, ne ab inſolenti patritiatu opprimerentur. Cauſas facile intelliges ex *p. 89. 90. 91.* itemque ex *p. 104. 105. 106.* ubi prodit author arcana ſenatorii dominatus. Et uero ſupra dixi: confundi acquiſitiones terrarum cum earundem principatu. Singularia ſunt, quae *p. 81. 98. 99.* de fraude habet, qua APOSTOLICVS ſiue papa BESTIA audiuerit imperatori. In *p. 83.* genera recenſet imperatorum TRIBVTORVM. In *p. 112.* agnoſcit ciuitas Burggrauios urbis *dominos.* De *Noriberga tutelari SS. reliquiarum p. 126. 128. 133.* ſcripſimus alibi (*).

Iura inter BVRGGRAVIVM & VRBEM *expenſa.*

§. 13. Vltimum eſt, quod *p. 133. 136. ſeqq.* adfert de lite, intentata a *Burggrauiis urbi*, quod priſtina in eandem iura uellent in dubium uocare ac emancipare ſe ab eorundem iurisdictione ac legibus, quibus eſſent addicti & ſubiecti hactenus. Licet autem in eo iterum ſit coductitius ſcriptor, ut cauſam Burggrauiorum peruertat, quaſi illi plus iuſto protulerint ſua in urbem poſtulata: quod opibus creuerint & territoriis *Meranenſibus*

(*) In *miſcellis* habetur *tom. II. lib. I. opuſculo I.* cum eo pertinentibus figuris, inſcriptis aeri.

Orla-

Orlamundanis, *Hohenzolleranis* aliisque nunc hereditario iure, nunc Caeſarum indulgentia delatis; quod ciues fouerint, in urbe rebelles, captauerintque auram plebis, ut neceſſitati multoties cedendum; quod, adfinitate cum Caeſaribus contracta, horum conniuentia, ſubtraxerint plurima imperio in oris Franconiae: cum tamen ex diplomate Ludouici IV, anno CIↃCCCXXVIII. concepto, pateat (*); *Noribergae* & *Grundelaei* priuilegia fuiſſe menſurae & generis eiusdem; deinde ex quibusuis in urbe reditibus ac iurisdictione *tertiam partem* ceſſiſſe Burggrauiis; uti *tertiam feram* in foreſtis extra urbem (**), haec autem indubie ſit nota iurisdictionis (†*); poſt Burggrauiis ideo urbem patuiſſe &, licet *muro* eam claudere & ſeiungere a caſtro, auſi fuerint patritii, doli tamen incuſaſſe hunc conatum Burggrauios, indeque ciuitatem clandeſtinum murum iterum deſtruxiſſe

(*) Quod exhibet GOLDASTVS *tom. I. conſtitut. p.* 331. quo etiam prouocatum in *commentario* ad AVREAM BVLLAM *tit.* 28. §. 1. *p.* 953.

(**) Hoc cum ex *hiſtoria* patet, tum ex publicis *inſtrumentis*; quod foris *tertiam feram* dederint Burggrauio *foreſtales* & uenatores; deinde *ſcultetus* domi ſoluerit eidem *tertiam ſportularum* partem, cetera.

(†*) *Tertiare* idem eſt, quam ſibi ſubiicere & reddere ſuae ditionis. Inde PAVLINI *de aduocat. monaſt. p.* 542. formulam recte exponit: *tertia pars ſoluitur illi, qui* DOMINVS *iurisdictionis*. Plura habent *gloſſatores* in uoc. *tertia*, *terragium*.

p. 136. ſicque agnouiſſe iura aperturae acceſſoria; porro gauiſos eſſe Burggrauios regalibus cudendi *monetas*; indicendi *uectigalia*; praeſtandi *armatum conductum* in urbe & extra eandem, qui haud dubie eſt indicium *iuris armorum* atque cuncta haec ipſe agnoſcat ſcriptor maleuolus, licet cauſas corrupto iudicio ſtudeat peruertere; porro inde a ſeculo XIII. Burggrauios audiuiſſe PRINCIPES (*) quae adpellatio tum alia cauſa non indulta, quam ob territorii potentatum; qui haud dubie loco potiſſimum adfixus, unde principatui aut *Burggrauiatui principali* nomen; praeterea in forenſibus quibusue bellis cum ciuibus *ſuis Noribergenſibus p.* 112. Burggrauios manſiſſe uictores, uti ſeculo XIV. ipſe agnoſcit auctor *p.* 138. & ſeculo XV. in *iudicio camerali*, quod *p.* 22.

(*) Auctor ipſe p. 136. hoc largitur in codicillo Caroli IV. Cum uero in eodem *principalis dignitas* & *auctoritas*, uti uerba ſunt codicilli, non *collata*; ſed *inſtaurata* tantummodo ſit; cuius origo rectius in *Rudolfo I.* poteſt requiri; deinde aluerint eo tempore Burggrauii *quatuor* hereditarios officiales, *camerarium*, *mareſchallum*, *pincernam*, *dapiferum*, quam ſpartam nexu clientelari exornarunt *Sekendorfii*, *Eibii* aliique uetuſtisſimae nobilitatis, quae ſchemata ſunt nonniſi *principum*: certum eſt, *Burggrauiatui principali* uetuſtiorem aetatem tribuendam. Litterae clientelares *deß* ERBCAMMERAMTS *denen von* EIB *und deß* ERBSCHENCKENAMTS *denen von* SECKENDORF *unſeres fürſtenthums deß burggravthums zu Nürnberg*, exhibentur *tom.* I. *der fraiſchacten p.* 60. 61. 62.

nos

nos ostendimus; tum insigni emporio fortiora fuisse remedia ad Caesarum animos expugnandos ad indulgendum enormia priuilegia, quorum post ipsos puduit Caesares, de iuribus Burggrauiorum admonitos, ut, quae dederant, rescinderent incusarentque fallaciarum *sub* & *obreptionis* (*); demum fere nulla ideo urbis priuilegia seculo XIV. uetustiora; tandem ciuium uocem perpetuam, Burggrauios urbis tutelares aduersus patritiorum uim, *p. 112.* ad extremum inter fabulas inanes, ut acquisita extra urbis pomoeria intra *quatuor fluminum (**)* tractus, cederent ei cum potentatu, in Burggrauiatus, cum territorio instructi, iniuriam manifestam: animus, a partium studio alienus, facile perspiciet bonae uel malae causae rationes, ut, symboli instar, commendari queat urbi: *proprii olim nominis obliuisci neque excire animas sepulchris.*

§. 14. Est itaque omnino consultum ciuitati, cum ciuium ergo; tum Burg- SCRIPTORES *rerum*

(*) Inde Carolus IV. & Fridericus V. imperatores Burggrauiis *priuilegia dederunt aduersus omnia priuilegia*, quibus non obscure, poenitentiae gloria ducti, uoluerunt consulere iuribus Burggrauiorum aduersus ciuitatis insolentiam.

(**) Haec enim flumina, *nobili commento*, dicunt *limitropha* uel *limitanea* (*die viergrantzwasser*) *Regnitio, Rednizio* duobusque aliis, in quorum tamen notatione aliquantum uariant. Vti usus postulat & falsae causae necessarium tegumentum.

gra-

NORIBERGENSIVM. grauiorum; *cauere anastasin* eorum, quae obliterata obliuiis. Vnde non immerito sudes in oculis eius pratrii *scriptores, chronographi, annalistae.* Sed tamen, ne patritii in patria hospites, his lectio commendari solet scriptorum quorundam, a qua alii ex plebe omnino arcentur. Praeter illos, quorum alibi facta mentio (*), e re fore putauimus, eorum meminisse, qui supersunt adhuc in MSTORVM RELIQVIIS. Habent in illis merenturque principem locum *Ioannes* MÜLLERVS, qui die XVI. Aug. anno CIↃ IↃCXXXIV. decessit, aetatis suae anno LXIX. & trimestri. Patrem habuit *M. Ioannem* MÜLLERVM, antistitem sacrum templi *Laurentiani* primum, deinde *Sebaldini*, cuius ille fuit unigena. Litteris & iurisprudentiae operam dedit in aliquibus Germaniae academiis. In patriam redux spratam SYNDICI est nactus, quem, honestiori uerbo, etiam adpellant *consiliarium* (*rathsconsulenten*). Inde factus est urbis SILENTIARIVS, qui nomine illis uenire solet *scribae ciuitatis* (*stattschreiber*), quem nostro aeuo adpellamus *secretarium*. In ultimo inpri-

Ioannes MÜLLER *m.* 1634. *in suis* RELATIONIBVS XXII.

(*) In *commentario* nostro ad *Caroli IV.* AVREAM BVLLAM *tom. II. tit.* 28 §. 5. *p.* 955. 956. ubi commemorati non solum scriptores illi, qui de rebus *Noribergensibus* lucem uiderunt; sed etiam aliorum, qui sunt mediti adhuc.

mis.

mis munere ipsi aditus fuit ad publicum tabularium (archiuum): ubi instrumenta, codicillos, tabulas, membranas & quicquid litterarum in illo adseruabatur, legit, disposuitque in ordinem, digessitque in loca singularia. Quod institutum cum senatui aperuisset: adprobauit illud sua auctoritate iussitque, ut de omnibus iuris publici Noribergensis problematibus & argumentis scriberet singularem libellum, ex cuius lectione cum in historia, tum in eo, quod iustum, proficere possent deinceps senatus adsessores & candidati. Interim, ne haec anecdota euulgarentur, caueatur sedulo. Sed tamen cum patritii *Mulleriana* haec *commentaria* describenda dederint aliis: factum est, ut librarii sibi quoque facerent exemplum eorundem idque aliis, pretio proposito, communicarent. RELATIONES, uerbo significatuque curiali nostri aeui, commenta haec adpellat. Numero earundem sunt XXII. quas ipse Mullerus recensuit, ordine, qui sequitur. I. de VOGTIA IMPERIALI cum Noribergae, tum Franconiae uniuersae II. de BVRGGRAVIATV NORIBERGENSI eiusque, rebus ac iuribus accessoriis, ubi communem errorem errat, esse eundem instar centonis ex laciniis quam plurimis dyna-

ENVMERATIO XXII. RELATIONVM MÜLLERI *de* 1) *uogtia.* 2) *Burggrauiatu.*

dynastiarum, uogtiae, patrimonii S. R.
3) *Landgericht.* I. III. de SVPREMO Franconiae TRIBVNALI.
dem kayßerlichen freyen land-gericht. IV.
4) *Sculteto.* de munere SCVLTETI aut praetoris urbani, & qua causa illud accesserit ciuitati
5) *Forestis.* V. de FORESTIS siue siluis extra urbem (*dem Laurenzer und Sebalder wald*). in qua *tertia fera* Burggrauiorum, in dubio iurisdictionis indicio. Quicquid fingant alii narrentque *vom Zeidelgericht.*
6) *Wildbahn.* VI. de iure VENANDI, accessorio VOGTIAE, qua cum illud accessit Burggrauiis.
7) *Geleit.* VII. de CONDVCTV (*dem geleit*), quem putat *Vogtiae* olim fuisse, tandem
8) *Zöllen.* deuenisse ad Burggrauios VIII. de VECTIGALIBVS, pariter accessorio iure *Vogtiae* primum, post *Burggrauiatus.* Cursim enarratur immunitas ab illis
9) *Münzen* quarundam urbium. IX. de MONETANDI iure, pariter *Vogtiae* adnexo, quod demum accesserit Burggrauiis, licet olim illud conductitia lege etiam apud
10) *Stattgeschichten.* priuatos X. de urbis NORIBERGENSIS historia & originibus. XI. de FORMVLA
11) *Stattrechten.* reipublicae istius & nexu imperiali XII. de CVRIA urbis singularia prorsus
12) *Rathhauß.* XIII. de priuilegio non EVOCANDORVM
13) *Euocationibus.* ciuium XIV. de WILDFANGIATV siue iure persequendi homines uagabundos
14) *Persecutione.* XV. de iure APERTVRAE in uariis Fran-
15) *Apertura.* coniae locis XVI. de reipublicae AERARIO,

RIO, collecto ex tributis agrorum & 16) *Aerario.*
aedium & rationibus ideo reddendis im-
peratori XVII. de IVDAEO EXVLE ac, in 17) *Iudaeis*
eius locum, instituto *monte pietatis* siue
Lambardica taberna, dem *leihhauß* oder
lombard XVIII. de urbis FOEDERIBVS 18) *Foederibus.*
cum uicinis & extraneis. XIX. de
FEVDIS BOHEMICIS, quibus teneantur 19) *Bohemicus subfeudis.*
ciues XX. de ordinis TEVTONICI aedi-
bus, de quarum iure libelli singula- 20) *Teutonico ordine.*
res (*). XXI. de iure TVTELARI INSI-
GNIVM IMPERIALIVM, de quo alibi (**) 21) *Insignibus.*
XXII. de formula SACRORVM EVANGE-
LICORVM introducta, eierato *papismo* (†*). 22) *Mutatione sacrorum.*
Accedunt XXIII. de origine FRANCORVM

(*) Est maximae formae uolumen ita inscriptum: *Acta in sachen zwischen ritterlichem* TEVTSCHEN ORDEN *klægern an einem; burgem. und rath deß H. R. R. St. Nurnberg beklagten andern theils, anfänglich vor dem* CAMMERGERICHT *und von dannen 1625. an* REICHSHOFRATH *gezogen.* Sequitur litis argumentum; *das* EXERCITIVM RELIGIONIS *in dem Teutschen hauß zu S. Elisabeth und S. Iacob weniger nicht die* IVRA GLADII *betreffend*, edit. *Noribergae* 1631. *f.* In quo opere etiam *diplomata plura* exhibentur utriusque partis caussam instruentia.

(**) Habetur in MISCELLORVM *tom. II. opusc. I. Noriberga* tutelaris insignium S. R. I.

(†*) In BIBLIOTHECA MEIERIANA inter *Mscta* in f. n. 17-31. occurrunt: *uolumina XV.* MSCTORVM NORIBERGENSIVM. *Continent illa non solum prolixam sec. XVI & XVII. in ecclesiis* Noribergensi & Altorfensi historiam: *additis eo facientibus scriptis. Omnia fere ecclesiae euangelicae negotia, quibus interfuere Norbergenses. Vtpote* colloquia: conuentus; adiaphoristica bella; formula concordiae; *turbae & motus in Germania* ob caussam sacrorum. Ipse hos fasciculos euolui oculo fugitiuo, dum an. 1715. bibliotheca haec adhastam ueniret. Verum ciuitas illos redemit

& Fran-

23) *Origine Francorum.* & Franconiae ducatus HERBIPOLITANI (***). Neque plurium nobis eſt memoria. 24) *Ducatu Herbipolitano.* Vti uero MVLLERVS rerum peritus & doctus: ita partium fuerat ſtudioſus omnino neque alium ſibi propoſuerat finem, quam hunc: ut *cauſam Noribergenſium* ageret aduerſus quosque alios, qui ei obeſſent. Quo ipſo magis cenſuram meretur, quam fidem in forenſibus urbis aduerſus alios litigiis.

STYLVS CVRIAE *Noribergenſis.* §. 15. Praeterea eſt paruum uolumen, adhuc ineditum, inſcriptum his uerbis: STYLVS CVRIAE NORIBENGENSIS. In quo libello omnium *iudiciorum* urbis rationes habentur, quae deſcribuntur hic ſigillatim. Capitula ſunt haec. I. de SENATV urbis II. de eius CONSVLATV III. de QVINQVEVIRIS, qui auctoritatem habent multandi ciuium leuiora delicta & iniurias neque hic admittuntur aduocati aut procuratores IV. de collegio TVTELARI, dem *Vormundſchafftamt.* V. de CVRATORIBVS TRIBVTORVM & rerum extra urbem dem *Landpfleger amt.* VI. de PRAETVRA MILITARI, dem *kriegsherrnamt.* VII. de PRAETVRA VRBIS,

aere CL. imperialium repoſuitque in publico tabulario.

(***) Quem commentarium proeuulgauimus *Lipſiae* an. 1713. f. *inter ſcriptores Würzburgenſes.* Neque tamen haec commentaria nominantur in recenſione opuſculorum ſuorum, a Ioanne *Müllero* facta. Forte quod proxime non tangat negotia resque urbis.

ubi

ubi causae etiam tractantur matrimoniales VIII. IVDICES PEDANEI seu inferiores, das *untergericht*, causas tractat, quarum summa non superat nnmeros C. florenorum. X. de collegiis AEDILIVM, uno in urbe, attero foris dem BAVAMT. XI. de IVDICO PAGANO, dem *baurengericht*, ubi causae tractantur emphyteuticae, colonariae, censiticae, decimales. XII. de TRIBVNALI ADPELLATIONVM cum ad senatum, tum ad suprema imperii iudicia, praestito tamen a prouocante iureiurando, quod temere non prouocet. XIII. de IVDICIO IN HOMICIDAS, siquidem illi se purgare uolunt a culpa aut dolo, dem *Inzichtgericht*. Nam reus interim habetur in custodia, wird *eingezogen*. XIV. de PRAETVRA MERCATORVM, dem *Bancogericht* XV. de PRAETVRA SVBVRBANA, dem *Wæhrdergericht*, quod est suburbio nomen *Wæhrd*. Num inde ad senatum; an autem, hoc omisso, ad S. R. I. tribunalia liceat prouocare, illud solet in curia imperiali uentilari adhuc. Primum egomet tuerer rationibus, cum senatus auctoritas alios nesciat limites, quam reipublicae uniuersae.

§. 16. Est mihi syllabus seu matricula NORIBERGENSIVM PRIVILEGIORVM ET DIPLOMATVM IMPERIALIVM eo ordine digestus: *Codex* NORIBERGENSIVM

gestus:

DIPLOMATVM *& priuilegiorum.*

gestus: ut sectio I. exhibeat ea, quae faciunt ad VRBIS REGALIA, quorum numeri sunt triginta II. LITTERAE causarum FEVDALIVM S. R. *imperii; Bohemiae; senatus (affterlehn)* cum prohibitione, ne quis ea, quae semel Noribergensium: alienet extraneis. III. quae TRIBVNALIVM domi ac foris tuentur auctoritatem IV. quae praecipui iura SENATVI & CONSVLIBVS V. quae libertatem CIVIVM tangunt, fere inuidendam, praesertim CAROLINVM an. CIƆ IƆ XLI. instauratum a successoribus multoties. VI. quae CIVITATIS EMINENTIAM uniuersim VII. quae PATRONATVM in templis S. *Laurentii;* S. *Sebaldi; S. Spiritus* in hospitali; S. *Aegidii* etiam ante *reformationem*, largitore *Henrico II.* an. CIƆ I. aduersus prouisiones pontificum Romanorum. IIX. habet Caesareum CODICILLVM *Henrici VI.* an. CIƆ CXCVIII. quo *triginta & octo* FAMILIIS (*) ex plebe

(*) Nomina earundem 1) *Waldstromer* 2) *Kohler* 3) *Ebner* 4) *Haller* 5) *Riether* 6) *Zenner* 7) *Schierstab* 8) *Eschenlocher* 9) *Ammen* 10) *Keyper* 11) *Mengerlein* 12) *Böheim* 13) *Ellwanger* 14) *Grundherrn* 15) *Muffel* 16) *Sachsen* 17) *Tucher* 18) *Steinlinger* 19) *Stromer* 20) *Churherren* 21) *Ingramm* 22) *Großen* 23) *Reinsperger* 24) *Schlewizer* 25) *Volkamer* 26) *Nordwein* 27) *Tezel* 28) *Pilgram von Eib* 29) *Mendel* 30) *Gruber* 31) *Holzschuher* 32) *Læmlein* 33) *Geier*, *Pfinzing genannt* 34) *Prunsteur* 35) *Schuzen* 36) *Grossen* 37) *Eisenwanger* 38) *Trachten.* Recitaui ex diplomate harum familiarum *nomina*, ob causas plures. Nam primo inde patet

con-

contulit nobilitatem & patritiatum, claro argumento, illum in urbe non originarium esse, sed codicillarem X. EXILIA PLEBIS EX SENATV, Carolo IV. largitore, ne deinceps alii legerentur *senatores*, quam nobiles *patritii*. Antea enim senatus candidati ciues quoque ex plebe (**). Codicilli imperiales & diplomata alia, quae LITES concernunt cum BVRGGRAVIIS, illa iam sunt prolata in lucem in X. TOMIS formae maxime, quae agunt de IVRISDICTIONE CRIMINVM MAIORVM (*der fraischlichen gerichte*), quos adseruamus in nostra libraria supellectili (††) unde argu-

Recensio der FRAISCH-ACTEN *in X. baenden.*

huius nobilitatis *uetustas*. Tum etiam hoc, quod illa *codicillaris*, non *originaria*, quae in haeserit primis loci incolis. Vti *Stassfurth, Salzen*, oppida nata ex nobilium incolatu. Post ideo nequit inde adfingi urbi formula *aristocratiae*, quod nobilitas haec gentilitia nihil potestatis addiderit in ciuitate. Praeterea non habent patritii nobiles, quare inuideant eius generis codicillos nostro tempore familiis aliis uelintque aegre ferre eorundem indulgentiam a Caesaribus nouissimis. Vltimo, si *formulae* urbis ex *populari* statu conuersio in *aristocraticum* statuenda, non eius aliunde petenda origo, quam a temporibus Caroli IV. qui anno CIↃ CCC XLIX. in exilium egit plebem e senatu. Nam licet ex potioribus opificum & mercatum tribubus eligantur aliqui: fit tamen hoc, consilii ergo, ne senatus ea nesciat, quae necessaria mercaturae & commercio reipublicae.

(**) Diploma scriptum in gratiam *patritiorum* an. 1349. aduersus quos ciues ex plebe motus excitarunt.

(††) Cum X. *uolumina der Fraischacten* difficillime reperiantur, integra praesertim, quae meo aere egomet redemi *Moguntiae* 1715. recensebo illa sigillatim in epitome. In TOMO I. habetur *libellus summarius* marchionum *Brandenburgicorum*

menta ad principalis territorii potentatum. Instructior longe thesaurus latet in BLASSENBVRGENSI TABVLARIO, quod aduersus *consules* & *senatum Noribergensensem in sachen die hohe Fraisßliche obrigkeit betreffend*, productus Eslingae die 23. Nou. 1526. Deinde *positionales* Burggrauiorum scripti 1530. die 7. Sept. Tum *additionales* 1535. Post *elisiui* 1538. Praeterea *diplomata ac documenta* edita 1561. cum transumtis coram *Caesareis commissariis* Culmbaci die 7. Nou. 1561 atque syllabo *der Fraißfalle*. Demum formulae recognitionum aduersae partis 1551. In II. articuli *defensionales* Noribergensium d. 7. Febr. 1533. cum *additionalibus*, *exceptionalibus* & replicatiuis 1539. In III. Noribergensium *instrumenta*, *diplomata*, *matriculae*, imperatorum, papae, principum ex reipublicae tabulario. In IV. *registra von achtbüchern*; *strafbüchern*; *haderbüchern*; *rathsbüchern*; *fraisßbüchern*; *salbüchern*, unde actus pateant exercitae iurisdictionis ab urbe praecipue foris 1540. In V. *exceptiones* cum insertis *probationibus* defensionalibus *urbis* aduersus Burggrauios 1536. In VI. *libellus probatorius* Burggrauiorum, exhibitus Spirae 1567. die 28. Nou. *Replicae* eiusdem in puncto positionalium & superadditorum cum *exceptionibus* in puncto *defensionalium*. In VII. *triplicae* Burggrauiorum in puncto *exceptionis* Noribergensium & respectiue replicae ac duplicae Spirae 1572. *Conclusiones* demum in puncto *petitorii* die 25. Maii 1574. In VIII. *exceptiones* & *duplicae* urbis aduersus Burggrauios & iura *petitorii* 1569. Spirae cum *conclusionibus* in puncto petitorii d. 9. April 1573. ac possessorii d. 6. Maii 1578. In IX. singularis causa uersatur conditi *Nosocomii*. Vbi primo *summarius* libellus Burggrauii aduersus urbem Eslingae d. 23. Nou. 1526. exhibitus cum positionibus Spirae productis 1534. Tum responsiones cum adnexis defensionalibus, elisiuis, peremtorialibus senatus Spirae 1577. Porro additionales Burggrauiorum 1537. Cum *articulis* ex utraque parte 1538. 1539. 1540. In X. GRAVAMINA REVISIONIS senatus Noribergensis aduersus sententiam die 18. Sept. 1583. latam in POSSESSORIO pro BVRGGRAVIIS cum adparatu *diplomatum* & instrumentorum. Recensui eo ordine, quo numeri TOMIS impressi cum Noribergensium *insignibus*. Vt facile constet, exemplum hoc iudici fuisse oblatum a republica. Vastissimum opus neque sine Iu-

didici

didici ex illius albo: ut plures ſint, qui ſuaſerunt MARCHIONIBVS, prouocare NORIBERGENSES ad litem, in *petitorio*, in eodem *tribunali*, inſtaurandam, poſt alterius ſeculi forenſe ſilentium. Nam poſt anno 1587. etiam in *reuiſorio* confirmata eſt ſententia, die 18. menſis Sept. 1583. lata pro *principibus Burggrauiis* (***).

mine ſcriptum ac uentilatum *notitiae medii aeuo*. Quae tamen eo tempore latuerat fere iurisprudentiae cultores. Ab hoc tempore, quo *ſententiam uictricem* reportarunt principes *Burggrauii* a ſupremo S. R. I. tribunali: porro nihil mouerunt Noribergenſes neque forte, e re ſua fore, credent, litem repetere *in camera imperiali*. Vidi an. CIↃ IↃ CC XV. ipſos libellos Onoldi, molis uere ſtupendae. Nam unus excellerat numeros chartaceorum *faſciculorum duodecim* (*über zwölf buch papier*). Quoniam turgebat allegatis legum ac doctorum & uulgariſſimis brocardicis. Nullus itaque dubito; hodie, in tanta ueteris aeui luce, meliori ratione defendi poſſe hanc cauſam, ſi haec alicui demandaretur ex inſtituto. Sereniſſimus princeps *Onoldinus* requiſiuit ideo operam meam: ſed fieri non poteſt, ut talia ſcribat abſens, deſtitutus principali tabulario.

(***) Sententia conceptis uerbis ac formulis fuerat haec: *In ſachen herrn* CASIMIRS *und herrn* GEORGEN, *ietzo* GEORG FRIDERICHEN, *Marggrauen zu* BRANDENBVRG KLÆGERN *eines*; *wider burgemeiſter und rath der ſtadt* NVRNBERG BEKLAGTEN *andern theils*, *die* FRAISLICHE OBRIGKEIT *belangend*, *ſeyn die ſachen amts wegen für beſchloſſen angenommen*, *darauf allem fürbringen nach zu recht erkannt: daß ermeldten* beklagten *Ihme klægern*, *an ſeiner* POSSESSION, *uel* QUASI *der* HOHEN FRAISLICHEN OBRIGKEIT, *geklagter maßen*, *zu turbiren und verhindern* NICHT GEZIEMT *noch gebührt*; *ſondern daran* ZV VIEL *und* VNRECHT *gethan haben*. *Auch hinfüro davon abzuſtehen*; *ſich deſſen zu enthalten und derſelben* GEBÜRLICHE CAVTION *zu thun ſchuldig*. *Als wir ſie zu dem allem hiemit condemniren und verdammen*. *Die gerichtskoſten*, *aus*

DESCRIPTIO DYNASTIARVM & COENOBIORVM, *reipublicae* Noribergensi *in nexarum, diuerso tempore ac iure.*

§. 16. Praeterea magni facio LIBRVM, pariter ineditum adhuc, quem nuper redemi aliquot aureis. Habet ille DESCRIPTIONES SINGVLARES COENOBIORVM & DYNASTIARVM *reipublicae Noribergensis.* Nam indicantur, quouis *loco*, cum *tempora*, tum iura & *tituli*, quibus singula accesserint urbi. Praeterea habentur cuiusque *origines*, rerum *domini* & *administratores*, antequam uenerint in potestatem ac ditionem *ciuitatis.* Vt satis inde constet, eandem, ultra moenia, possedisse olim nihil; sed quae praeterea habent, nunc per uim subtraxisse aliis, nunc redemisse aere suo. Dabimus nos nomina, ut saliuam moueamus illis, quorum interest, notitia hac non destitui. Sectio I. describit WÖHRTAM, oppidulum Noribergae uicinum II. uirginum coenobium ordinis *Cistertiensis*, GRVNDLACH, quod duobus leucis abest ab urbe. III. ENGELTHAL, coenobium Beguinarum IV. PILLENREVTH coenobium uirginum ordinis Augustiniani V. FRAVENAVRACH coenobium uirginum, clientelare olim Burggrauiis. VI. coenobium uirginum S. CATHARINAE intra urbem ordinis dominicani, in VII. S. CLARAE Beguina-

bewegenden ursachen, gegen einander compensirend und verglei-chend Publicatum SPIRAE den 18. Sept. 1583.

rum

rum ad portam, cui a foeminis hisce nomen, *frauenthor* in VIII. CARTHVSIANVM monachorum intra urbem, in quo auctor inprimis est prolixus in describendis cum reditibus, tam coenobitis. IX. CAPELLAM S. MAVRITII, e regione templi S. Sebaldi X. VETVLARVM coenobium (*das Seelhauß*). XI. DVODECIM FRATRVM (*zwelfbruderhauß*) e regione Carthusiani coenobii & XII. aliud nominis eiusdem ad coenobium Aegidianum XIII. oppidum LAVFE, Bohemiae regno clientelare XIV. HERSBRVK oppidum nexus eiusdem XV. ALTDORFFIVM, quod in eodem pariter XVI. GREIFFENBERG oppidum XVII. oppidum VELDEN, quod olim in castri clientela XVIII. Castrum & uilla LIECHTENAV XIX. PEZENSTEIN castrum ac uilla, nexus Bohemici XX. castrum REICHENEK nexus eiusdem XXI. castrum HOHENSTEIN, olim in clientela *Vogtiae* imperialis & sic deinceps. In singulis locis addita *heraldica insignia*; nomina *priorum*, *abbatum*, *abbatissarum*, *praepositorum*, *praefectorum* & quae sunt reliqua, ut omnino legi mereatur, ab eo praecipue, cuius interest, reipublicae huius notitiam habuisse.

§. 17. Pertinet eo quoque LEXIARCHICVM seu ALBVM PATRITIORVM, *das* NÜRNBERGISCHES

 Nürn-

geschlechterbuch. *Nürnbergische geschlechterbuch.* Est illud pariter ineditum, cuius exemplum *msctum* emi, quod inter cimelia an. 1634. numeratum PICCARTI, professoris *Altorfini.* Cum illud, mortuo possessore, offenderet illius heres *Georgius* KOENIGIVS D. dubitauit, num illud PVBLICIS CVRATORIBVS rerum extra urbem (*der landpflegstuben*) esset transmittendum? instar accessorii PATRITIORVM LEVCOMATIS, an uero retinendum usibus priuatis. *Henricus* SAXIVS, reipublicae princeps secretarius, illud inde accepit, an. 1634. a cuius posteris ego istud redemi. Describuntur in eodem *familiae uniuersae, Noribergensis patritiatus*, quae descriptiones digestae ordine alphabetico. In quibusdam uero auctor plenior & prolixior fuit, quam in aliis, quoniam in illis addidit diplomata, litteras clientelares, testimonia & monumenta ueteris aeui alia (†).

CHRONICA NORIBERG. §. 18. CHRONICORVM NORIBERGENSIVM uti numeri fere infiniti; ita *decem* & plu-

(†) *Familiae*, in quarum *originibus, historia* & *genealogia* indagandis, auctor plenior quam in aliis; quasi de illis ageret ex instituto, sunt quidem, quae sequuntur. LOEFFELHOLZII; EBNERI; SCHLÜSSELFELDII; MENDLINII; IMHOFII; RVMELII; SCHREIERI; KRESSII; NÜZELII; HOLZSCHVERI; BAVMGERTNERI, quorum omnium rationes in enumeranda nobilitate atauita rationes habet prorsus singulares, munitas idoneis rerum monumentis.

rium

rium nobis exempla ad manus. Quamuis uero auctores eorum ſcripſerint in uernacula, absque ullo artis hiſtoricae praeſidio; cum tamen ex illis unus Caroli IV. alter Sigismundi imperatorum uixerint aeuo, plura domeſtica cum de Burggrauiis, tum de urbe habent, quae alibi quaeſiueris fruſtra. Quapropter animus eſt, omnia dare uſibus hominis unius, qui habeat ubique ſelectum conficiatque inde *Noribergenſes annales*, lectu non indignos. Vltimum eſt, quod anno 1653. *ciues* aliqui congeſſerint *quinquaginta grauamina* deſideriaque aduerſus *patritios & ſenatum*, imperatori offerenda hoc fine, ut paretur huic malo medicina. Poſſunt quidem hinc intelligi *reipublicae morbi*; aeſtimati tamen iudicio populari, cui temere non tribuerim calculos. Dolent ciues, quod interdicta illis omnia conſortia, collegia, ſodalitia, conuentus, inſtar ſuſpicioſi Latii in *l. 2.3. C. de collegiis & corporibus*: cum tamen e re ſit eorundem, colloquia inſtituere popularia, ut ſenatum admoneant officii, quoties ſit opus, in tam celebri emporio, ne anima illius, id eſt, commerciorum flos, ſuffocetur ſiue ignorantia negotiorum ſiue partium ſtudio aduerſus plebem. Prouocant illi ad *Francofurtenſium*, *Colonienſium*, *Ham-*

GRAVAMINA *ciuium aduerſus* SENATVM.

burgenſium, *Lubecenſium* aliorumque emporiorum exempla, quibus neque uitio neque crimini uertatur, in hoc genere mercantili ſenatui aurem uellicare. Si quid uota mea poſſunt, nolim, membra committi cum capite. Licet ciuium computatio in annuis tributis inſtar portenti: quod haec deuorent alteram fructuum, uſurarum, receptorum partem. Vt, ſi ciuis *centum & uiginti millia* in bonis, quorum ſummam iurare eum oportet annuatim, inde pendendum reipublicae quotannis ad *tria fere millia*. Et tamen praeterea toleranda ei publica onera uarii generis uectigalium (*). Qui calculi ſuperent longe ſtipendia ſubditorum in liberrimo dominatu. Verum ſatis Noribergenſium.

§. 19. Sequuntur

II. MONVMENTA GENEALOGICA & hiſtorica.

II.

MONVMENTA GENEALOGICA ET HISTORICA, EX VETVSTIS MEMBRANIS *p.* 150.

LArgitor horum eſt *uir illuſtriſſimus*, LVDOVICVS OTTO, nobilis dominus

(*) Noſtri aeui uerbis in uernacula dicimus, *accife*, *umgeld*, *umpflicht* & quae plura eiusmodi.

de

de PLOTHO, *potentissimo Regi a consiliis sanctioribus*, nostri aeui uerbo, *publici status administer* & *praefectus praetorio*, id est, supremorum *tribunalium praeses*. Vti enim illius indulgentiae inscripsimus *reliquiarum tomum I.* ita, in quo nexu musae nostrae sint purpurato heroi, agnoscimus etiamnunc & confitemur. Transmisit nobis MECOENAS litterarii orbis si non uniuersi, certe Germaniae nostrae, haec fragmenta, descripta ex autographo, quod adseruatur in illius instructissima supellectili. Argumenta eorundem singularia sunt, quae sequuntur. *Prima* pars inscripta est, neque enim aliquid in *prima margine* mutauimus licet, in latere cuncta addita sint manu nostri librarii, uerbis, quae sequuntur:

de WELPONE duce *a) de* WELPONE.

& illius *genealogia* breuis *historiola*, incantata etiam a scriptoribus ueteris aeui aliis. Succedit *n. 2. p. 154.*

HISTORIA VETERIS SAXONIAE. *b)* SAXONVM *originibus.*
quae pariter naenias plures & narrationes uulgares. Quaedam tamen praeterea ibi habentur, quae alibi non occurrunt. Nonnulla quoque in *genealogiis* est diuersitas, si stemmata, hic descripta, contuleris cum aliis. Sequitur *n. 3. p. 172.*

CATA-

c) *Genealogia* THVRINGIAE *Landgrauiorum* & MISNIAE *marchionum.*

CATALOGVS MISNIAE MARCHIONVM & LANDGRAVIORVM THVRINGIAE

Nam uerba, quae addita de *archiepiscopis Misnensibus* haud dubie mendis accensenda imperiti tabularii & pro, *Misnensibus*, restituendum in exemplo nostro, *Magdeburgensibus* aut, quod est opinabilius, pro *archiepiscoporum* legendum *marchionum*, quorum stripem describit. Quia utriusque facit mentionem. Ceterum in uicinia hac singularia plura nobis prodit, aliis uel praetermissa uel narrata aliter. Taedet tamen, hosce scriptores *Wettini*, *Wittebergae*, *Brenae*, *Pegauiae* aliorumque locorum mentionem facere & HALAE nostrae illos obliuisci, cum illius aetas & celebritas longe uetustior sit (*) aliis quibusue

HALAE *origo* 806.

(*) Est locus admodum singularis in *annalib. Moissiacensibus* ad an. 806. ubi proditur HALAE nostrae origo, uerbis, quae sequuntur: KAROLVS *mittit scaras* (copias militares) *ultra* ALBIAM. *Ipse uero mouit exercitum suum ultra* SALA *super guerchafeldo* (campo transuerso). *Et tunc fuit interfectus* NVSITO (aliis Misico, aliis Misito) *rex superbus. Qui regnabat in Suirbis* (Sorabia) *& postea remeauit Albiam. Et uastauit regiones illas & ciuitates eorum* (sed quas habuere?) *destruxit. Et ceteri reges eorum uenerunt ad ipsum & promiserunt, se* SERVITVROS *domino & pio imperatori tradideruntque obsides, sicut ille uolebat. Et mandauit eis rex Karlus aedificare* CIVITATES ALIAS, *unam in Aquilone* MAGADABOVRG; *alteram in* ORIENTALEM *partem* SALA, *ad locum, qui uocatur* HALLA. *Deinde reuersus est in Franciam.* Maximi nobis fieri debet hic locus, unde plura intelliguntur. Primo *Hallas*, id est, *Salinarum tabernas* uetustiores esse, urbe, sic dicta super montem *der berggerichte*; deinde

Ger-

Germaniae urbibus & oppidis, illis exceptis, quae conditores habent Romanos. Reliqua huius fragmenti *genealogiae* sunt *Misniae* Marchionum inde a principio ad an. 1350. Quorum numeros & rationes expendant illi, quorum interest. Claudit demum *n. 4. p. 186.* haec fragmenta

chronicon & genealogia
MISNIAE MARCHIONVM.

d) MISNIAE *marchionum chronica.*

Hoc opusculum licet eiusdem fere argumenti sit cum proximo: est tamen eodem longe plenius, cum tractet simul historiam Misnensem, additis plurimis aliarum etiam prouinciarum rebus singularibus. Vtitur scriptor potissimum *p. 189. 209.* auctoritate cum MONTIS SERENI (†); tum MERSEBVRGENSIS AVLAE, CHRONICORVM, quod ultimum in tom. V. produximus in lucem, uti nobis est coniectura (††). Habet certe

uetustissimam hanc originem, non commentitiam esse, sed scriptoris genuini & peregrini; tum urbem conditorem habere Caesarem licet post adscripta *Venedorum* ditioni cis *Salam*; porro intuitu Salae esse eandem plagae *orientalis*; demum *Saltzgrauium*, *Burggrauiis* uetustiorem & quae generis eiusdem.

(†) Illud *chronicon* editum est cum a *Madero*, *tum* ab *Hofmanno* in *Lusaticis*. Sed illustrissimus noster MECOENAS in *litteraria supellectili* MSCTORVM adseruat *exemplum* plenius & emendatius scriptum utrisque nominatis, Quod pollicitus est nostris *musis*, in RERVM MAGDEBVRGENSIVM uoluminibus, quae proxime dabimus prelo.

(††) Nam loca hic laudata respondent illis, quae habentur in nostra editione, adaucta *Merseburgensium episcoporum* imaginibus.

opu-

opusculi huius autor quam plurima, quae in *Misniae* hactenus euulgatis scriptoribus non inueniuntur. Historicus & litterator Saxonicus insignis, MENKENIVS, consiliarius curiae electoralis, meditatur *Misnensium rerum uolumen singulare.* Noster Mecoenas quoque non difficilis fuisset ad hunc libellum eidem communicandum: nisi ille iam nobis obtigisset. De NOVI OPERIS coenobio, quae *p. 194.* auctor habet, illa plenius intelliguntur e nostrarum *reliquiarum* TOMO V. Cetera non possumus, quin lectori saliuam moueamus quorundam singularium indiciis. Principio merentur *coenobiorum Munchenyenburg, Numburg, Yleburg, Niemek, Gosek, Weissenfels, Montis sereni, Portensis, Cellensis, Naumburg, Doberlug, Doberan* origines hic proditae momentum singulare. Nec minus comitatuum *Brenensis, Wettinensis, Landsbergensis, Mansfeldensis, Lusatiae, Misniae, Groizensis, Sommerschburgensis, Rochlizensis, Weissenfelsensis.* Deinde suppositititii partus suspicio *p. 195. Misniae* marchionum mutatio *p. 186. 197.* itemque *Lusatiae* & *Groizensis* comitatus. Porro ciuitatum *Weissenfels p. 188. 206.* Significatus uerbi *lehen p. 206.* Praeterea bellum inter patrem & filium, unde singularia argumenta ad problema iuris:

Notabilia in his.

utrum

utrum filius praestare teneatur facta patris. (*). Synodus HALLENSIS *p. 216.* Comitatus *Palatini* in *Misnenses* marchiones, hereditario iure, translati, ut uel a castro *Grotzik*, uel *Sommerschenburg* adpellarentur *p. 221.* Vnde constat, in Thuringia plures fuisse *Palatinos;* tum hos *Palatinatus* non esse Saxoniae proprios *p. 221. 224..* Praeterea memoria sepulturae in GIBICHENSTEIN *p. 224.* ubi superiori anno in uicino monte, tum conuerso in hortum, sepulchrum apertum, lapideum, sed nullis adparentibus scripturis. De LIPSIA *contentio p. 231. 232. 235.* De S. Elisabetha adscripta numeris diuarum *p. 236.* Acquisitio *Thuringiae* per marchiones *Misniae p. 236.* de Misnensium metalli fodinarum reditibus immensis. De *Alberto degenere* & eius pellice plurima singularia *p. 238. 241.* Misnia uendita imperatori sub schemate feudalis refutationis & & inde orta bella *p. 292. 293.* & quae plura alia sunt, relinquenda industriae & peritiae lectoris. *Tabulae genealogicae* fragmenta claudunt, ab industrio *iurium* & *historiarum candidato* confectae ad normam in ipsis fragmentis praescripam.

De palatinatibus *diuersis.*

Gibichenstein.

Lipsia.

Misnia.

(*) Singulare hic est consulendum opusculum de *obligatione successoris in principatum,* quod habetur in miscellis *tom. I. op. VIII. p. 550.*

§. 20.

§. 20. In huius *tomi VIII. libro III.* exhibetur

III. *Episcoporum* HAVELBERGENSIVM SERIES *ab* 946. *ad* 1600.

III.
HAVELBERGENSIVM
EPISCOPORVM CATALOGVS
AB AN. IϽCCCCXLVI. AD CIϽIϽC.

QVem auctorem habeat hic libellus, illud nequeo definire, cum acceperim ſcriptum anonymum. Laudat ille aliquoties M. *Hauenthalium p.* 264. ſed is a noſtro eſt diuerſus. Eſt quidem ſcriptum hoc inſtar epitomes, quod *catalogi* nomen ac pretium non ſuperat. Haud dubie parentem habuit uel *myſtam* uel *moderatorem* ludi ibidem litterarii, cum ea non attingat, quae momenti maioris. Interim lucem mereri uidebatur & Latii ciuitatem, ob cauſas plures. Nam *primo* intereſt Germaniae hiſtoricorum, ut *nomina* & *tempora* habeant epiſcoporum *Hauelbergenſium*, quae deſcripta ex inſtituto & cura ſingulari. Deinde plurima e tabulariis hic producta *diplomata*, quae fieri debent maximi, illis praecipue, quorum intereſt, notitiam habere *Brandenburgici* ducatus. Porro *ſigilla* delineata XXXV. quae pariter locum merentur. Curauimus

mus nos, ut aeri inciderentur, quo chartae possent inprimi. Sed, cum aliqua magnitudine laborarent, ne uel unicum repleret spatia nostrae formae pagellarum: contraximus lineas & oculis subiecimus in forma minori. Demum, instar *adpendicis*, addidimus *p. 348. sqq.* aliquot instrumenta de *sanguinis* CHRISTI portento, conspicuo *Vilsenaci*. Nam *Matthaeus* LVDECVS de eodem *historiam* scripsit peculiarem, in quo uolumine sistit multos, huc facientium, documentorum numeros (*), unde nostra desumpsimus. Sed quid de *exemtione* HAVELBERGENSIS *episcopatus*? Olim hoc *publici iuris problema* singulare. Quo fine archiprinceps elector *an. 1565. die 7. April* libellum promulgauit huius argumenti: *quod tres marchiae episcopatus* 1) BRANDEBVRG 2) HAVELBERG 3) LEBVS *innexi* BRANDEBVRGICO *ducatui*, *ut, sacris eorundem ac iuribus conuersis, inde non possint diuelli.* Vt adeo *Ioachimus Fridericus* ultimus

HISTORIA PORTENTI VILSNACENSIS an. 1383.

Quid de exemtione?

(*) Est inscriptio libri, quae sequitur: *Historia von der erfindung, wunderwercken und zerstörung deß vermeinten heyligen* BLVTES *zur* WILSNAGK, *samt denen darüber ergangenen schreiben. Mit grossem fleiß zusammengetragen durch* MATTHAEVM LVDECVM *W. templi cathedralis Hauelbergensis decanum, edit. Wittebergae* 1586. *in* 4t. *Litterarum & instrumentorum* numeri superant *quinquagesimum*. Adduntur *septendecim imagines*, ligno ita insculptae, ut tinctae ac chartae impressae adparerent. Quapropter non solum scripta, sed etiam picta *commentitii portenti* historia.

esset episcopus *Hauelbergensis an.* 1556. neque porro alius eligeretur. Ratione non inconsulta; ut, quod in aliis euangelicorum principum prouinciis uerum, illud etiam in *Hauelbergensi* tractu sic eueniret, ne alium *Hauelberga episcopum sciret, quam dominum territorii.* Sacro collegio (*capitulo cathedrali*) iuribus saluis: quibus *praepositus, decanus, adsessores* utuntur fruunturque etiamnunc. Quod omne cum adprobauerit sanctio OSNABRVGENSIVM TABVLARVM PACIS *art. V.* §. 2. ut postliminium cesset in illis, quae contigere ante *diem 1. Ian.* CIƆ IƆ C XXIV. nugatorium est, imo sacrilegii instar, porro disputare aut litem mouere uelle in illis, quae *composita* decretaque *iudicio imperiali.* Quibus artibus atque armis

HAVELBERGAE *expugnatio* 1631.

HAVELBERGA a *Caesareis* capta iterumque a *Suecis, Bommero* duce, expugnata sit, *Iulio* mense, anno CIƆ IƆ C XXXI. copiis Caesareis maximam partem occisis, illud habent istius aeui uulgares scriptores (*). Pergimus nos ad notationem

NOTABILIA *plura.*

aliquot *singularium* ex hoc *Hauelbergensium episcoporum* albo, ne in illo simus prorsus ἀσύμβολοι. Nam *p.* 269. in diplomate an. 1248. atque *p.* 283. 284. 305.

(*) Extat typis impressa *narratio*, *welchergestalt Königl. Majest. in Schweden Havelberg erobert und alles, was sie ertappet, auf gut Magdeburgisch, niedergemachet,* 1631. *in* 4t.

iura

iura definiuntur prouincialia, ut frustra sint iuris publici doctores, qui putant, ante seculi XV. aetatem principes Germaniae sibi *legislatoriam potestatem* non tribuisse. Deinde *p.* 270. *Witstochiensibus* indulgetur, *sententias* forenses requirere *extra territorium* in *Stendaliensi* scabinatu *p.* 270. 274. In *contractu* etiam ineundo consultus *scabinatus Magdeburgensis p.*307. Post *tertiae* tributum indicium esse iurisdictionis. Praeterea iam an. 1275. institutas fuisse *opificiarias tribus p.* 274. 275. 279. 283. 330. Tum *Austregarum* iura intelligis exemplo *comitum* de LINDAV *p.* 280. & *p.* 309. 320. 327. Aduersus quos nobiles domini de PLOTHO habuerunt exercueruntque *iura belli p.* 281. Porro *piae fraudis Vilsenacensis* specimen famosissimum *p.* 286. 287. *seqq. p.* 348. 349. Verum, aliis omissis, deuenimus ad finem huius uoluminis *p.* 369. Vbi habetur

IV.

IV. *Lamberti* ARDENSIS *historia* CC. Ardensium *ab anno* 800. *ad an.* 1200.

LAMBERTI ARDENSIS *HISTORIA COMITVM* ARDENSIVM ET GVISNENSIVM ab an. 800. ad 1200.

EST hic scriptor non melior suo aeuo ac tempore, quo uixit lucubrauitque

que hoc opuſculum. Cauſam impenſi laboris ipſe indicat *p.369.377.* dum GHISNENSES & *Ardeſiae* comites, dominos ſuos ſalutat & *patritios:* quo ultimo uerbo auctorem uti, exiſtimo, qua *ſubditum*
nomen. *natum*, qui dominum ac *principem patriae* dicat patritium (*) Nam ab *Ardea* patria fuit cognominatus *Ardenſis*. Quoniam ſeculum XII. *gentilitia cognomina* uix habuit, niſi a locis, ubi quis uel natus uel eductus uel rerum dominus fuit. Ad-
munus. do, quod etiam in *Ardenſi* tractu fuerit *presbyter* (†*) egeritque ibi aetatem, cum huius hiſtoriae ideo ſe dicat αὐτόπτην *p. 370.* Inde pretium huic operi omnino ſingulare. Nam fidei illud habet opinionem faciliorem, ſi ſcriptor ſui
fides. aeui narret res geſtas. In quibus, ſi mentiretur, a quouis coaeuo is argueretur erroris ac falſi. Quod in rebus uetuſtioribus fieri nequit, ubi pleraque danda credulitati & lemmati: *ita hiſtoria fert.* Multis etiam in locis auctor prodit; quam ſibi, in hiſtoria ſcribenda, commendatam habeat ueritatem, fabuloſis COMITVM originibus atque genealogiis reiectis, quae ſuo tempore

(*) In uernacula: *ſeinem angebohrnem landesherrn der angebohrne unterthan.*

(†*) Imo *antiſtes* ſacer in curia *comitum Ghisnenſium.* Nam *cap.* 150. *p.* 596. dicit, ſe recens natum comitem *baptizauiſſe* & *cathechizauiſſe.*

credu-

credulos occupauerint hominum animos. Quae inueniantur in eo momenti singularis, illa notare omitto. Quoniam auctor hic VALESIO; FRESNEO; *celebritas.* VREDIO aliisque lectus & passim adhibitus testis, ut nostra non opus sit commendatione. CODICES illius MSCTOS *codices.* plures, qui in Galliae tabulariis supersunt adhuc, illos laudat *Iacobus* LONGVS (†). Nostrum codicem litteratae Galliae debemus pariter. Inde enim bibliotheca *Nicolai Iosephi* FOVCAVLT, *in iisque* comitis consistoriani in Belgium translata; NOSTER. ut uoce praeconis offerretur plus licitanti, HAGAE COMITVM. Qua occasione etiam, post LIBROS MSCTOS alios plures, nostrum exemplum redemimus. *Aubertus* MIRAEVS (*) quoque prodidit *elogia.*

(†) Verba in *bibliotheca* illius *historicorum Franciae lib. IV. num.* 16547. *p.* 851. sunt quidem haec: *MS. historia comitum* Guisnensium *ac dominorum* Ardensium, *auctore* LAMBERTO *ecclesiae Ardensis pastore, in fol. Cette histoire est conservée dans la bibliotheque de M.* COLBERT *entre les* manuscrits *de M. du* CHESNE *&* *dans celle du Roy entre ceux de M. de* GAIGNIERES. Borro, *MS. collectanea ex eadem historia in f. Ce recueil* est conserue *dans la bibliotheque de M.* Colbert *n.* 1292. *Du* CHESNE *rapporte and grand nombre de fragmens de cette histoire dans la suivante.* Vti uero notum est, quod *Andreas* CHESNEVS scripserit Gallice *historiam genealogicam* comitum de *Guisne, d'Ardres, de Gand* & *de Coucy*, editam *Paris.* 1631. in *f.* ita liber iste nobis non fuit ad manus. Vt adeo non licuerit nostra cum illis conferre, quae promulgauit CHESNEVS.

(*) Verba MIRAEI *in mantissa ad scriptores ecclesiasticos p.* 304. sunt quidem haec: LAMBERTVS ARDENSIS, *presbyter ab an.* 1210.

de auctore iudicium in *scriptorum*, quos recenset *mantissa*. Dubium, num legerit eum ipse? Sermo scriptoris est prorsus lutulentus & barbarus, uti mos istius aeui. Cumque ideo plura habeat uocabula uel barbara prorsus uel barbari significatus: inde FRESNEO multum iste profuit in illius *glossario*. In *primo* specimina habes, quod *parentes* accipiantur pro *consanguineis*; *homo* pro *masculo* tantum; duae *negantes* particulae fortius negent, non autem adfirment; *probitas* idem sit, quam fortitudo, cetera: in *altero*, quod *gymnasiastas* cum *telo* uocet *Koluekerlios*, a Germanico *Kolben*; pascua *Wonnas*, *Wunnen*; *falliare* decipere; *camisiam*, uestem, *camisol*, & quae reliqua sunt furfuris eiusdem. Taceo illius *Gallicismos* & *Germanismos*, qui isti aeuo in deliciis ideo; ut facilius a Gallis & Germanis scripta intelligerentur.

Ratio scribendi.

scripsit historiam ARDENSEM, *quam* Arnulpho II. *comiti* Gisnensi *&* Ardae *domino dicauit*. *Multas ea continet fabulas, ut de* Suffrido Dano *&* Elstrude, *quam contendit fuisse* Flandriae *comitis filiam. Sed haec & alia falsitatis arguuntur ex uetustis* Flandrensium *comitum diplomatibus, breui edendis* (editis) *senatore Brugense. Lambertus porro Ioannem Iperium & alios multos in errorem traxit.* Sed quare idem MIRAEVS [illegible]50. Iperium uixisse scribat an. 1187. uel an. 1303. ut *Franc.* SWERTIVS habet in *Athenis Belg.* p. 441. qui corrigit illius errorem fide *epitaphii*: illud uideant alii. Nobis hoc satis est, quod scriptor noster multas fabulas discusserit in *Flandriae* historia, licet neque ipse ex omni parte perfectus.

ADPEN-

ADPENDICVLA I. DE NVMMO AVREO LVDOVICI BAVARI IMPERATORIS.

V. *De* NVMMO LVDOVICI IV. *imperatoris.*

DVm haec finio, transmittitur nobis *figura* nummi AVREI LVDOVICI IV. siue BAVARI imperatoris nostrumque requiritur de illo iudicium ab illustrissimo uiro, illius possessore. Suspendi illius effigiem in libri uestibulo, ut primo intuitu obuersetur oculis. Nummus, si est genuinus, ut opinor, est certe admirabilis & singularis omnino, imo utilis ad argumenta canae ueritatis. *Principio* adparet *diualis uultus* imperatoris, cognoscendus etiam ex *diademate*, quod est *clausum*, cum istius aeui reges alii, uterentur *corollis* nonnisi *apertis*. Quod facile intelligitur, si nummos contuleris, quorum effigies dant *M. le* BLANC & FRESNEVS.

Occasio adpendiculae. *Nummus admirabilis.* Diadema *imperiale.*

§. 2. *Deinde* sinistra manu tenet clypeum, cui insculpta AQVILA BICEPS, quod stupui. Licet enim ille BALVZII (**)

Aquila BICEPS.

(**) Est locus testatissimus; sed dignus nihilominus, quod etiam legatur in hac margine. Nam an. 1344. legatos misit LVDOVICVS BAVARVS instruxitque illos MANDATO, ut a pontifice Romano peccatorum rogarent ueniam. Cuius mandati sigillum ita describitur ab adseclis pontificiis *tom. II. miscellan. p.*

locus, tot aliis iam exſcriptus, mihi ignotus non ſit, ubi *duarum aquilarum* ſit mentio in deſcriptione SIGILLI tum IMPERIALIS: cum tamen ſimplices compareant ex ſolii *manubrio* utroque, necquicquam autem ſint *duplicatae* aut *bicipites*, tantum abeſt, a primo genere ad ultimum fieri poſſe argumentum; quantum abeſt, BOIOARIE DVCES *bicipite* aut *bicorporato* LEONE uſos eſſe, quoniam ſaepius *duo leones* in nummis eorundem occurrunt uel poſiti in pedum ſcabellis uel conſpicui in utroque archiſolii manubrio (***) Hactenus ergo noſter nummus eſt ſignifer primus AQVILAE BICIPITIS inde ab originibus imperii Romani.

274. *Littera erat ſigillata inpendenti quodam* SIGILLO *rotundo in cera crocea. In quo in medio ſculpta erat quaedam imago hominis, habentis* INFVLAM *in capite ſuo, ſedentis inter* DVAS AQVILLAS; *habentis ſub pedibus eius* DVOS LEONES; *tenentis in manu dextera quoddam* SCEPTRVM & *in manu ſiniſtra* POMVM *quoddam rotundum. In circumferentia hae litterae legebantur:* LVDOVICVS IV. DEI GRATIA ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS. *Et a tergo dicti ſigilli* (dem rückſiegel) *erat quaedam impreſſio alterius* PARVI SIGILLI, *in qua erat ſculpta quaedam* AQVILA (non biceps) & *in circumferentia ipſius eae litterae legebantur:* IVSTE IVDICATE FILII HOMINVM. Nihil hic de *aquila bicipite.* Potius hic *ſimplicis aquilae* mentio. Vt adeo in Caeſaris ſolius arbitratu, nunc ſimplici uti, iterumque bicipite.

(***) In multis hoc nummis obſeruabis, quod *ſedilis manubrii* extremitates nunc *leonibus*; iterumque *aquilis*; *draconibus*; animalibus etiam aliis conſpicuae. Quibuscum commune nihil habent *inſignia heraldica.* Licet fieri poſſit, ut ad haec quoque alludant in his ornamentis ſculptores.

Nam

Num uero imperator *bicipitis aquilae* idolum heraldicum ex eo tempore didicerit, quo *Brandeburgicas aquilas bicipites* uidit cognouitque in nummis, marchionatu eidem atque imperio aperto, delatoque suis liberis? illud quidem nolim nunc definire. Certe neque nunc poenitet nos coniecturae (*); *aquilae bicipitis* aenigma a Venedo ducatu requisiuisse imperatores. Et nugatoria est oppositio: indignum esse fastigio imperiali, mutuare emblema a principe clientelari. Quasi uero illa, quae cliens inuenit, nequeant esse ad domini quoque ipsius palatum. Etsi enim *heraldica insignia* clientum non ante sint legitima,

(*) Quam ex instituto prodidimus in *tomo VII. reliquiarum*. Fuerunt interim diuinatores alii, quasi *biceps aquila* indicium fuerit numeri *principum regentium*, quorum ideo *duo* quandoque compareant in nummis. Sed hoc non est opinabile. Quoniam eodem tempore, quo *bicipites aquilae* excusae, etiam excusae simplices. Inde noua coniectura: quod nummuli, quo plures habuerint aquilas, eo etiam ualuerint in pluribus marchiae prouinciis. Nam fuisse monetas alias *Stendallenses*, alias *Brandenburgicas*, alias *Berolinenses*, cetera; illud quidem ex formulis contractuum intelligitur, in quibus monetae nomen tale fuerat commemoratum. Hinc forte *aquilae bicipitis* usus ratio in *sigillis*. Quoniam illis horum discriminum causae nullae. Addo, quod aliqui neque hoc potuerint concoquere: *quod* WENCESLAVM adpellauerimus, IMPERATOREM BRANDENBVRGICVM. Cum marchia fuerit delata illius fratri *Sigismundo*. Sed omnino tuentur nostram sententiam diplomata, in quibus scripsit se WENCESLAVS regem Romanorum & Bohemiae atque MARCHIONEM BRANDENBVRGICVM. Certissimo indicio, eidem probatam fuisse adpellationem principis BRANDENBVRGICI.

quam firmata Caesaris aut domini *codicillo*: contra tamen *Caesar* hic esse potest auctor in rem suam, nulli adstrictus legi. Vnde caussa eidem esse potest etiam leuissima ad *metamorphosin* insigniumque conuersionem, accessionem, incrementa. Sed num illud opinabile est; Caesarem eo tempore *auream* hanc *monetam* in *Brandenburgica* marchia fecisse, quo haec eidem fuerat aperta? Vt adeo *aquilae bicipitis* esset indicium, quod moneta haec non *imperialis*: sed *prouincialis Brandenburgica*. Praesertim quod *gladium*, ueluti *septemuiralem* (*das churschwerd*) teneat dextra, loco *sceptri* aut *globi*. Quod in Caesarum nummis inuenitur raro alias. Sed inuenitur tamen, uti exemplis docere possunt BLANCVS & monetarii scriptores alii passim. Etenim Caesar *gladium* forte hic maluit, quam sceptrum, ob bella cum pontifice; imo etiam *Romae*, cum urbis proceribus, qui aduersi fuerant illius inaugurationi. Et sane praeterea cum maiestas *archisolii*, tum *inscriptio* in huius nummi aduerso latere, tum eius pretium & pondus duorum aureorum fidentiorem reddunt, ut perhibere liceat, hunc nummum adscribendum quasi AVRO CORONARIO.

GLADIVS loco sceptri.

Symbolum: Christus uincit &c.

§. 3. Nam uti lemma hoc: CHRISTVS VINCIT; CHRISTVS REGNAT; CHRISTVS IMPE-

IMPERAT, *Galliae* monetis familiare ac proprium fere alias (†): ita huic monetae illud, instar symboli, inscripsit forte imperator, Romae inauguratus, inuito pontifice; quasi huius insidias, Christo auxiliatore, euasisset. Ceterum leguntur uerba haec in *siglis* tantum. Eadem prorsus ratione, qua *abbreuiaturae* in Galliae regum monetis istius aeui habentur: ut credas utrosque habuisse unius sculptoris manum. Nam litterarum quoque elementa & ductus & ornatus speciei eiusdem. Vti etiam *crucis* figura cum ornamentorum sepimentis (††).

(†) Illud facile est ad probandum: quoniam pleraeque *Galliae regum* monetae hoc *symbolo* instructae. Putant aliqui, hoc ideo factum, quod *Galliae reges* ecclesiae christianae *primogeniti*. Sed addimus commentum BLANCI *en traité historique des monoyes de France* ad an. 1130 in Ludouico VI. & VII. p. 154. ubi uerba eius sunt haec: FOVLCHER *rapporte, que ce fut le mot de l'armée Chrestienne, dans une bataille, qu' elle donna contre les* Sarrasins, *sous le regne de* Philippe Premier. *De puis le temps-là nous les auons toûjors fait* grauer sur nos Monnoyes, *particulierement, sur celles d' or; quelques autres Nations nous ont en cela* imité. *On a ueu quelque chose d' approchant sur une Monnoye de* Dagobert, *où on lit,* DEVS REX. *Les derniers* EMPEREVRS *de* Constantinople *ont mis quelque chose de semblable sur leurs* Monnoyes D'OR *où l' on voit souvent.* IESVS. CHRISTVS. REX. REGNANTIVM. *ou* IESVS. CHRISTVS. BASILEVS. BASILEON. *ou* IHS. XPS. NIKA. IESVS. CRISTVS REGNAT. Sed habetur eadem *epigraphe* in *gladio imperiali Caroli M.* Noribergae. De quo WAGENSEIL c. 26. & nos in *miscellor. tom. II. op.* 1. *c.* 7. *p.* 118. 119. Inscripta haud dubie iussu *Caroli quarti* cum *Bohemico leone*. Quid uero sentiendum DE MONETARIO hoc NOMINIS DIVINI abusu, illud diximus in *introductione ad rem monetariam medii aeui, Germanorum c. II.* § 3. *p.* 81.

(††) Si quis de huius num-

Nisi

Nisi hoc tribueris moribus aemulis aeui eiusdem.

Quid notandum in titulo imperiali.

§. 3. Porro urgeas, qui factum sit, quod in hac moneta formulae, *imperialis tituli*, curtatae aliquantum. Nam omittitur *numerus quartus* huius nominis imperatorum; neque *semper augusti* uerba leguntur. Cum tamen humanissimum uirum, *Ioan. Mich.* HEINECCIVM, docuerim olim exemplo AVREAE BVLLAE (***): quod utriusque comme-

mi dubitare uellet αὐθεντία, ille posset ideo aliis persuadere, hanc *monetam* suppositiciam esse fallacis Franciae. Nam *sigla* illa, quae Galliae regum, in nomine XPC, id est, χριςὸς: eadem habes etiam hic. Deinde ipsa litterarum *elementa eadem* in aureo PHILIPPI *Valesii* 1330. apud BLANCVM p. 206. quae conspiciuntur in nummo nostro, ut ouum ouo non sit similius. Verum nolim esse ita suspicax. Nam intelligitur etiam hoc in *re monetaria*; quod cuique aeuo ratio peculiaris cum *moduli*, tum *figurarum*, tum etiam *litterarum*, idque quadam diuersorum regnorum harmonia. Vt credibile sit, alios aliorum mores imitatos esse etiam hic. Praesertim in monetis aureis & palatinis, in quibus exsculpendis plus salis & operae positum, quam in reliquis. In de IOHANNIS XXII. papae moneta; a BALVZIO *tom. I. Auenion. pontif.* exhibita in fronte, est similitudinis eiusdem.

(***) Adseruatur illa in *tabulario regali, Berolini*, unde nos eam delineauimus, quam imaginem aeri postea dedit V. Cl. HEINECCIVS de *sigillis tab. XIIX. fig. 2.* Cum descriptione *p.* 220. In qua plura sunt omissa, non indigna notatu. Nam *primo* diadema est *imperiale*, non instar *regalis fasciae*. *Deinde* in imperialibus uestimentis conspiciuntur 1) humerale seu *pallium*; 2) *stola* obliqua in figura crucis. 3) *zona* 4) *alba*; 5) *tunica* ceteraque, uti hodieque indumenta haec adseruantur *Noribergae*, quorum *matriculam* dedimus in *Noriberga tutelari S. R. I. miscellor. tom. II. op. I. c. 7. p.* 131. 132. In archisolii manubriis duo *leones*, heraldica schemata Boioariae.

mora-

moratio fuerit *Ludouico quarto* solennis. Imo cum aliis etiam *symbolis* sit gauisus alibi (*†); non opus fuerat, nouum requirere a Gallis. Verum uti in *aurea* hac *moneta* spatioli haberi debuerat ratio: sic ultimae epigraphes indicaui supra iam causas singulares.

SYMBOLA *Ludouici IV. imp.*

ADPENDICVLA II.
DE NVMMO AVREO LVDOVICI XII. GALL. R.
AN. 1512.

§. 5. Verum satis est rerum de *uno* nummo *imperiali*. Succedere posset alius, admodum famosus *regis Galliae* LVDOVICI XII. aduersus *Iulium II.* papam, illius insidiatorem & hostem: in cuius primo

De nummo: PERDAM BABYLONIS NOMEN 1507.

(*†) Symbolum in AVREA BVLLA Ludovico IV. fuit: *Roma caput mundi* &c. quod lege apud HEINECCIVM *de sigillis* p. 220. *& tab. XIIX. fig.* 2. in addendis. In uulgaribus sigillis habuisse eundem lemma: *iuste iudicate filii hominum*, illud supra ostendimus e monumento apud BALVZIVM *in lib. II. miscell. p.* 274. Quae Ioan. PALATIVS in *aquila uaga* suspendit in hoc imperatore p. 132. illa dubiae, ut reliqua illius, fidei. Habet enim unus nummus *aquilam insidentem orbi rupto*, cum epigraphe, *diuisum iungam*. Alter sistit *aquilam, tendentem* uersus *solem*, additis uerbis: *Deo & Caesari*. Nam *tertius nummus* oppido est falsus. Quia *quintum* dicit Ludouicum, qui aliter noluit audire, quam *quartus*, uti intelleximus ex illius AVREA BVLLA. Deinde *H* litteram praeponit nomini illius: HLVDOVICVS, quae orthographia uetustioris aeui Francicorum imperatorum. Simile aenigma apud *Octauium de* STRADA p. 467. sed neque hic autor notae melioris.

latere

latere *imago regis* cum titulo regnorum *Franciae & Neapoleos:* in altero Franciae *liliata* insignia cum epigraphe: PERDAM BABILONIS NOMEN; cuius mentionem etiam fecere historici (†). Sed cum nundinae instent Lipsienses, otium non est, ad hanc, siue fabulam siue historiam, plene enarrandam. Illud minimum intellexi egomet; quod huius aurei nummi *icones* sint inuicem diuersae. Nam illa, quam *Ioan. Iacob.* LVCKIVS (*†) exhibet, a nostra dissidet aliquatenus. Primo quidem, quod Luckianae inscripti annorum numeri 1512. qui absunt in nostra. Deinde Luckiana altera parte

(†) Notissimus est locus THVANI *lib. I. hist. ad an.* 1500. *p.* 6. Cuius uerba sunt haec: *Cum* IVLIO II. *non eandem amicitiam coluit R. G.* LVDOVICVS, *quippe eum infestissimum bostem semper expertus Quae odia eo euasere, ut temere & iniuriose rex a pontifice proscriptus. Quin & eousque prouectus est R. G. ut, moribundi senis inanes diras contraria obnuntiatione generose reiecerit. Cuso etiam* NEAPOLI AVREO NVMMO, *qui* EFFIGIEM *suam ex una parte &* INSIGNIA NEAPOLIS AC SICILIAE *ex altera parte referebat, cum hoc elogio:* PERDAM BABYLONIS NOMEN. *Quales adhuc hodie multi reperiuntur.* Idem repetit BLANCVS *en traité historique des Monnoyes de France in Lud. XII. p.* 263. Neque mirum, eo processisse tum G. R. quoniam supersunt quoque pontificis illius IVLII II. sacra edicta & arcus triumphales quibus G. R. impetiit nomine *tyranni* Ceterum cum hae lites non *religionem* tangant; sed contentiones sint de *Italiae ditionibus*, a G. R. sibi adsertis, pontifice ringente: ideo nullae hic euangelicis causae ad plaudendum.

(*†) In *sylloge elegantiorum numismatum* ab an. 1500. ad an. 1600. *p.* 23. Qui auctor cum suis impensis ediderit uolumen, suarum fortunarum sensit iacturam. *Figurae* numismatum delineatae a manu perita: sed descriptiones earundem brachii sunt leuioris.

nostra maior, quae uulgaris, nostro aeuo, *aurei* (*ducatum* dicimus) replet, non excedit figuram. Taceo alia momenti leuioris (*†*). Vnde coniecturam facio, hanc monetam ideo suppostitiam habitam fuisse, quod sit offensa disparilis. Memini alicuius, qui hoc problema disputare uoluit ante triennium ex instituto: *num aureus hic nummus sit genuinus?* Quicquid eius sit, imaginem nostri, ut simplicem magis, praeferrem ego Luckianae effigiei omnino, ob accessionem in mole ac numeris. Nam uti eius generis satyrae nummariae non sparguntur in uulgus, multitudine infinita: sic, pretii causa, quod rara quaeque habent, facile potuit deinceps fieri impostura, in suppositiis exemplis. Quod si euenit, puto autem euenisse, non ideo debent eius sortis numismata genuina in dubium uocari; sed potius a falsis recte discerni. Nisi hic credideris etiam illud, quod *serenissimus dux Brunsuicensis*, ANTONIVS VLRICVS, innumerabilium numismatum auctor ingeniosus ac rerum peritus (*), fecit, in memoriam

Numismata BRVNSVICENSIA.

(*†*) Neque THVANEA icuncula uel meae aequalis, uel Luckianae. Nam *insignium Neapoleos* facit mentionem, quae tamen abest in utraque nostra. Quae insignia habent nonnisi *ter liliata*.

(*) Typaria huius numismatis sunt duplicis generis. Sed utrumque *inuentionis* eiusdem. Sistitur enim *globus Guerikia-* rupti

rupti foederis cum fratre *Rudolfo Augusto.* Scilicet de eodem argumento edidit duplicis generis nummos ſortis aliquantum diuerſae. Siue, quod ultimum ſchema ei magis eſſet ad palatum ſiue, quod pomum eridos ſpargere uellet poſteritati: utrum exemplum uel genuinum eſſet? uel an utrumque ſuppoſititium aut falſum? Gratiarum ergo haec commemoro. Nam magni animi princeps omnium nummiſmatum, quorum ipſe unquam autor, fuerat uero autor plurimorum, mihi exempla donauit in argento. Quae etiamnunc in crepundiis meis ſoleo adſeruare. Pro qua indulgentia principali liceat cineri aut oſſibus illius precari mollem quietem. Scripſi HALAE Venedorum die *II. Nonar. Octobr.* CIↃ IↃ CC XXVI.

nus, qui, *expulſo aere*, non poteſt ſolui *quadrigis*. Id eſt a potentisſimis Europae principibus. Cum epigraphe: *quod ui non potuit*. In altera autem parte, *aere in orbem remiſſo*, ille diſſoluitur. Addito epiphonemate: *ſolutum eſt arte miniſtra*. Differunt uero inuicem in eo: quod ultimo addita ſint quinque *digitis* quinque adminiſtrorum nomina, fraternae diſcordiae auctorum: qui in altero abſunt. In quo etiam *inſignia* deleta, ſuſpenſa in quadrigis, quas requiſiuerat a principum eorum *teſſeris* heraldicis, quorum intererat, fratres reddi diſcordes. Ne ſcilicet offenderet nimis audacter.

LIB.

RELIQVIAE
MANVSCRIPTORVM,
OMNIS AEVI
DIPLOMATVM
AC
MONVMENTORVM,
INEDITORVM ADHVC,
EX
MVSEO LVDEWIGIANO.
TOMVS VIII.

LIB. I.

EXARATIO RERVM GESTARVM INCLVTAE CIVITATIS NEWRONBERGENSIVM,

AVTORE

SIGISMVNDO MEISTERLEIN,

ECCLESIASTE GRVNDLACENSI.

A. MCCCCLXXX.

PRAEFATIO.

OMne ſtudium quantumcunque *diligenti conatu* elaboratum, ſiue in *priuatis* ſeu *publicis* rebus, calumniae tamen ſubiacet. *Mortalium* enim intellectus in tantum ſibi arrogat, ut nec *diuinis*, nec *humanis* parcat. Quid igitur ego *homuncio*, in his rebus priuilegium quaero & a communi lege *exemtionis titulum*? num praeteritus labor caruit maligno interprete? Aemulorum enim meorum eſt tanta *perſidia*, ut in quibusdam locis, ubi probatisſimorum poſui ſententias & verba oratorum, *Ciceronis* uidelicet & *Victorini*, non ueriti ſint manus apponere emendareque. Licet id etiam videre, ubi ex probatis Chronicis aliqua recepi, ubi appoſuerunt talia verba: illud eſt falſum, nolite ita ſcribere.

Metuit ſibi autor a calumniatoribus & maleuolis.

Quorum adlegat ſpecimina.

§. II. Et ubi urbem poſui, correxerunt, quod nomine *urbis*, *Roma*, non *Noriberga* com-

Praeſertim, quod urbs poſita

Roma *sit*, **non Noriberga.** comprehenderetur, ignari prorſus. Nam & Virgilius urbem ſtatuit, dum de *Carthagine* loqueretur; mihique ignari praeſumptionem imputant. Heu nunquam vita noſtra ſine invidia fuit; a dextris & ſiniſtris in me inuidi canes latrant. Non tamen ſum *ſolus*, nulli enim parcere nolunt, niſi *deſidioſis*. Id tamen gloriae aſſecuti ſunt, ut multi ab eis diſſentiant, eorumque *garrulitatem* ſpernant.

Inde autoris curae libri *ſecundae.* §. III. Mihi tamen hunc laborem fecerunt, ut rurſus in diuerſis & antiquis *monaſteriis* quaererem rerum *veritatem*, rurſumque in ordinem redigerem, non praeſumtione, non elatione, non adulatione, (ut garriunt) ſed inſtantisſimis precibus ac impulſu *incliti ſenatus coactus*, praeſertim prouidi ac emeriti *Pro-conſulis* Ruperti *Haller*, collegaeque ſui Nicolai *Groſſ*, quibus & *opuſculum* conſecro. Sperans, quod eorum auxilio a dentibus inuidorum *defenſetur*.

Senatus *autoritate in eoque* **Halleri** & **Grosſii.**

Num theologo *conueniat ſparta, ſcribendi hiſtoriam?* §. IV. Nolo tamen, ut mihi *religionis* titulus obiiciatur, quaſi ſtatui meo hiſtoriam texere non conveniat. Multi hoc *Monaſtici* fecerunt, quos ſancta Dei eccleſia approbavit. Plura in aemulos meos dicerem, niſi me auctoritas Senatus prohiberet, ac ſpernendos iudicaret.

Sed iuſſus magiſtratus inſtar ueniae. §. V. Accipite itaque *prouidisſimi Conſules* ac *patres conſcripti*, per totam *Germaniam* conſpicui, hiſtoriam hanc, iam enim *altera*

ra vice emendatam & ex multis *chronicis* collectam, quos nuper rurſus in *diuerſis locis inſpexi* diligenter. Erit enim (ut ſpero) futuris grata, auctrix prudentiae, vitae magiſtra, ſpeculum virtutum, futurorum doctrina.

§. VI. Arbitror enim pulchrum fore utileque *reipubl. ueſtrae*, ſi poſteri priorum facta ſectentur, eamque *rempublicam*, quibus parta eſt uirtutibus, tueantur. *Honos alit artes, cunctique ad ſtudia gloria concitantur*, ait *Tullius*. Latent ea, quae improbantur. Hoc profecto erit in iuuenibus, dum priſcos multis *experientiis* praeditos ante oculos ponunt, vitia fugient, virtutes colant, pacem amplectentur. Domi foriſque pace & bello clari euadent. *Vrbis inde commoda.*

§. VII. Itaque ordinem aggrediamur, *nugis* poſtpoſitis, quia non *fabulam*, *veritatem*, quam in hiſtoria quaerere ratio dictitat, ſemper ſectantes. Rem gratam facturi his, qui famam, honorem, utilitatem patriae amplectuntur & auctoritate ſubnixam, ut claret his, qui auctorum ſcripta non ignorant. *Propoſitio*

Explicit prologus.

De Octauio AVGVSTO *& duobus adoptiuis filiis eius* Druso *Nerone* & Tiberio *Nerone* & subiugatione Germaniae & Rhetiae & *ibidem gestis per eos.*

Capitulum primum.

ROmanum imperium resque publica *urbis* turbata fuit seuissime per CAIVM IVLIVM *Caesarem*, qui primus monarchiam arripuit, contraque senatum *Germanos Gallosque* duxit, eundemque una cum Pompeio expulit ac ciuili bello strauit. *Aerarium* etiam pro suo libitu *militibus* distribuit, cum *regimen*, quasi praeludium fuit imperii Romani. De hoc plenius *M. Annaeus* LVCANVS, PLVTARCHVSque & alii. Acta sunt haec anno *quadragesimo octauo*, ante Christi benedicti Dei filii natiuitatem. A mundo uero principio *quinquies mille & centum, quinquaginta quatuor.*

§. II. Quo in Senatu interfecto, rursus per *ciuile bellum* gestum cum *Antonio* & *Ptolomaeo* ac *Cleopatra* in Egypto, succedit OCTAVIANVS post *Augustus* dictus, qui quendam senatorem dictum *Tiberium* de inclita familia *Neronum*, de qua familia multa scribit *Suetonius* Tranq. in principio *libri tertii* de vita Caesarum, *Horatius* in Odis, coegit abdicare uxorem suam LIVIAM: cum qua iam duos filios genuerat, *Drusum Neronem* & *Tiberium* Claudium *Neronem.* Post mox, ut repudium a viro accepit, o-

CTAVI-

OCTAVIANVS eam duxit, & ex ea aliquos liberos procreauit, qui omnes, praeter *filias*, defuncti sunt.

§. III. Vnde praefatos duos filios *Neronum* de familia transtulit in stirpem *Caesaream*, eosque adoptauit & non ut *uitricus*, sed ut uerus *pater* dilexit & ad honores promouit.

§. IV. *Gallia*, [quae nunc *Francia* occidentalis dicitur] subacta erat a *IulioCaesare*. Porro circa *Rhenum* (ubi modo inclitae sunt ciuitates) tunc Galli habitabant, sed necdum subacti, nec in prouinciam redacti erant. Illuc igitur misit *Octauianus Mecoenatem Agrippam*, qui Sicambros, modo *Flandrenses* subegit. *Agrippinam* etiam fundauit, illamque uoluit esse *coloniam Romanorum* militum, quod nomen eidem ciuitati nunc versum est in proprium.

§. V. Porro *Drusum* Neronem, inclitum & uirtuosum principem, ad gentes, quae *Rhodanum* & *Rhenum* incolunt, qui *Drusillacum* a nomine suo, *Moguntiamque* a *Mogano* fluuio dictam, erexit. In aemulationemque *Metis Nemetem* (quae modo a fluuio Spira, *Spira* dicitur). *Treueris* tunc maximam potestatem sub se habebat, per *Iulium* prius subacta fuit; de qua LVCANVS: Tu quoque laetata & conuerti proelia Treuis. Postque multa proelia & gesta Moguntiae peste infectus periit & iuxta urbem Pyramide insigni constructa, sepultus in modum *pirae* hodieque cernitur iuxta *sancti Albani ecclesiam*. Obque huius conditoris sui necem ab initio MOGVNTIA NEQVAM dicitur. Scribunt de hoc latius *Valerius Maximus* in notabilibus dictis & factis anti-

antiquorum & Tranq. *Suetonius* in II. & III. Lib. de uita Caesarum & clare in Gallica historia in lib. I.

§. VI. Mox, illo defuncto, misit Augustus alium filium CLAVDIVM *Tiberium Neronem* ad Germaniam, qui BOIOS, qui post *Bauari*, *Pannones* superiores, qui modo Australes, aggressus, domuit, *Regemque Noricorum* debellauit, & *Tiberiam* quadratam, *Imbripolim*, *Hiaspalim*, *Germansheim*, *Regnipolim*, quae, his nominibus omnibus deletis, modo RATISBONA dicitur, construxit & a suo nomine appellauit. Pars illa trans Danubium tunc *Norica* dicebatur. Bauaria uero ultra Danubium [ut quidam dicunt] erat a gente AVARORVM adiecta littera B. dicta.

§. VII. Voluit uero eam ciuitatem esse *coloniam Bauariae*, sicut *Augustam*, olim *Zizarim* dictam, a dea *Cerere Vindelicam*. Post frater eius *Drusus* erexit in Coloniam Gallorum. In talibus enim locabantur *emeriti senes milites*, ut eas custodirent, praesidioque firmato prouinciae in fide tenerentur & sub tributo.

§. VIII. Credo satis jam illo anno per me responsum ac probatum esse *aemulis meis*, qui non erubuerunt publice dicere, illos terminos *Nero* & *Colonia*, fore nomina propria. Videant praefatos ac alios authores, praesertim chronicam *Eusebii*.

§. IX. Porro anno ante natiuitatem Domini *uigesimo* hiemauit TIBERIVS in Rhetia, ubi modo *Nerolingen* oppidum est, & sicut a *Tiberio Tiberiam*, ita hoc oppidum a cognomine nominauit *Nerolingen*. Mos enim erat Romanorum, in quo loco hybernas facerent, fossam aggeremque eiicerent, uallo circumdantes

dantes exercitum, ibidemque tempore aestiuo pro exercitu alimenta reponerent: unde, post eorum discessum, de facili oppida construebant. Ex praefato loco gessit *Rheticum Vindelicumque* bellum. *Vindelica* est *prouincia* iuxta Licum fluuium descendens versus *Bauariam*. Scribit de his gallica historia SVETONIVS, LVCANVS, VALERIVS, in Odis HORATIVS praesertim in illa, quae incipit: *Quae cura patrum &c.* LVCANVS, STRABO, PLINIVS, CORNELIVS, Eneas SYLVIVS, MARLIANVS, super commentarios Caesarum.

§. X. Victis denique Barbaris, 40000. *Sueuorum* cum uxoribus & liberis traducti sunt ad littora Rheni ead. ut tuerentur, prout hodie *linguagium* eorundem circa *Spiram* testatur.

CAP. II.

De BARBARIS *conspirantibus contra* Romanum imperium *& nomine istius* ciuitatis *& opinionibus & qua de causa & tempore fundata.*

Victis barbaris TIBERIVS triumphum insignem egit. Post cum *Pannonia*, quam modo *Hunnorum* gens possidet & *Hungaria* dicitur, multaeque aliae gentes ex *Illyrico* & *Messia* terminos Romanorum coepissent deuastare; similiter & *Thuringiae* rex: ipse *Tiberius* NERO tertio iam mittitur ab *Augusto*. Veritus ergo, ne *nationes* simul iungerentur, statuit aduersus hostes Thuringos exerci-

tum ducere. Quo itinere inter *Noricos & Francos* orientales iter confecit, ubi modo NERONBERG oppidum eſt.

§. II. Et quia ad hoc nomen ciuitatum deuenimus, licet recitare opiniones diuerſorum quid ſentiant. Id inprimis quod ſtolidisſimi *aemuli* mei ſciant, me nihil affirmatiue ponere; ſed (ut dixi) opiniones recitare. Et quamuis ſimiliter nuper fecerim, tamen a ſua natura non diſceſſerunt. Sunt, qui dicunt, nomen ciuitatis a uulgari tractu NVRBERG, id eſt, ſolum' *unus mons*, eo quod in planitie ſitum montem unicum habeat, ſi tamen mons nominari poteſt, cum ſit potius *collis*, vel *petra* caſtrum tantum continens. Sunt alii, qui dicunt, quod dicatur NORGENBERG, eo quod adiaceat *Norico*, quod uulgariter *Norgkew und Norgesberg.* Hi pro ſe ferunt literas quasdam regis Romanorum CVNRADI, qui circa annum gratiae 1106. in humanis fuit, in quibus continetur: *Datum in ciuitate noſtra MONTIS NORICORVM.* Quae literae ſuper certas ſonant curias in ipſa ciuitate ſitas & habentur in Monaſterio *fontis ſalutis ordin. Ciſtercienſium.* Ego nuper peragrando diuerſa loca *Bauariae* uerſus *Bohemicam* ſyluam, in monaſteriis reperi antiquiſſimos CODICES ſcriptos, circa gratiae annum 900. Semper inueni nomen NERVNBERG, praeſertim in *Euſebiis*, qui communiter habentur uetuſtate. Hi libri mihi laetam faciem fecerunt, utinam & noſtri aemuli eos uidiſſent, detractores (ſi uolunt) uideant in *Caſtello*, in *Enzdorf*, in *Walmersbach*, in *Reichenbach*, in ambobus *Altach*, in *Ratisbona*, in *Primglen*, in

Pryel,

Pryel, in *Weichensteffe*, discantque, quanta caecitate laborant, qui nuper ciuitatem exortam latrant, eligantque ex iam dictis, an uelint dicere *Nun-Ainberg* vel *Norgersberg*. Ego, qui exactum & rigorosum examen per me & alios *chronolistas* uolo meam opinionem ponere, quam scio, quod repudio, afficient, cum tamen eos non compellaui, ut teneant.

§. III. *Tiberius* NERO cum suo exercitu uersus regem *Thuringiae* praecedens, prout SVETONIVS refert & STRABO, circa *Noricorum* fines in planitie castra locauit, militemque de *Suevia*, *Gallia*, *Bojoaria* congregauit, eius pauore pauefacti *Thuringi* pacem petierunt. Ipse uero exercitum mox contra *Pannoniam* duxit & eam cum tota *Messia* in *Prouinciam* redegit, usque *Bysantium* oppidum, quod modo *Constantinopolis* dicitur. Cum autem in praefato loco, ubi exercitus congregabantur, PETRA in planitie emineret, speculam fecit & circa eam *fossatum*. Discedens uero cum esset *syluestris locus* & rarus habitator, cinctus etiam circumquaque hostibus, ad rurales *casas* pateret liber aditus, hi ruricolae, qui in *foresta mansos* & *noualia* fecerunt, in circuitu loca castrorum magis iuxta *turrim* & *speculam* ceperunt munire. Non quod omnes ibidem habitarent, sed quilibet aliquod *promtuarium* pro refugio habebat, ubi residuata ultra quotidianas & domesticas expensas collocabat. Si quando uero pro *communi utilitate* prouidendum erat, communis etiam *contributio* pro aedificiis fiebant, miroque modo aggrestis populus *fortalitium* totum lateribus instau-

instaurabat, in suamque uoluntatem quam plurimos *nobiles*, qui in montibus, ubi *Norix* filius *Herculis*, a qua *Norica* dicta, moram fecerat, habitabant, circumquaque attraxit.

§. IV. Vnde & *comites* incliti *nobilesque* plurimi ibidem sua reponebant, ut clarius infra in multis locis dicetur. Processu temporis cum *oppidani* ipsi *Romanis* fidei tenaces essent, fundum peramplissimum adepti sunt. Ipse denique *Tiberius* Cl. N. ac sui successores uoluerunt coloniam esse contra *Thuringos*. Nam *Saxones* nec dum hic erant & contra *Noricos* & *Sueuos* & *Francos* orientales fidelissimum & asylum & fortalitium. Vnde semper mansit illa ciuitas sub alis *Romani Caesaris*.

§. V. Acta sunt haec circa *duodecimum annum* ante *Christi natiuitatem*. Anno uero circa Augusti OCTAVIANI *quadragesimum secundum* sui Imperii & *Olympiadis* 290. ab *urbe* condita 790. a principio *mundi* 5190. Porro calculator potest secundum diuersos chronographos in aliquibus differentiam inuenire, prout fit in talibus. Peritus tamen minime imputabit. Ad *capitulum* aliud festinandum, ut lector respiret.

CAP. III.

Confirmat & declarat ORIGINEM *istius* VRBIS *auctoritatibus & ratione.*

PEnetrauit etiam *Tiberius* NERO Thuringiam usque ad *Albam* fluuium, deinde conuersus ad *Pannoniam* superiorem *Patauim* instaurauit, prout dixi-

diximus, de qua loquitur LVCANVS & eam coloniam fecit. De quibus Colonis loquitur M. T. CIC. *in legem Agrariam* ita: *Est operae pretium diligentiam maiorum recordari, qui colonias sic in locis idoneis contra suspicionem periculi collocarunt, ut non esse oppida alicuius prouinciae, sed propugnacula imperii uiderentur.* Haec consideret exsufflator meus, accipiat & alium *Aul.* GELLIVS quoque ait: *necessitudinem extremam Romanos compulisse, ut colonias instituerent. Iura etiam & iustitia populi Romani habebant coloniae & erant quasi effigies Romanae urbis.* Deducebantur etiam *coloni* cum re familiari.

§. II. Ne autem ob hoc in *tributorum* pensione carere contingeret, cautum erat, ut etiam in *coloniis censum*; sed leuissimum, soluerent, huius rei hodie uestigia sunt.

§. III. De NOMINE uero *ciuitatis*, de qua tractamus, continuantes dicimus, quod si primum placet, quod ab uno *monticulo* nomen habeat, sit. Ego ex *situ* non perpendo. Si autem secundum, uidelicet a NORICO, dico simpliciter cum MARLIANO in expositione *Commentariorum Caesaris* & cum *Aen.* SYLVIO, maximo Cosmographo, in libro de *Situ Germaniae*, qui & STRABONEM diligentissime exhausit, quod mihi minime placet. Nam iidem uolunt & dicunt, esse unum *tractum* inter *Noricos* & *Francos* orientales, cuius incolae proprium sibi LINGVAGIVM uendicent & nulli partium annumerari uelint, prout post patebit. Porro *tertia opinione* uidelicet, quod a *Tiberio* NERONE incepta fuerit, licet

cet post saepius depopulata, mihi tum rationibus, tum traditionibus, tum caeteris indiciis uidetur uera.

§.IV. Quod uero obiicitur de litera CONRADI *imperatoris*, qui eam *castrum Montis Noricorum* nominat, dicimus, quod nullam authoritatem importet, cum FRIDERICVS, *auus* eius, in magna BVLLA generalis pacis, quae etiam *grammatice* est scripta, eam NVRENBERG & non NORGERSBERG nominat & in talibus antiquis donationibus saepius *barbarismi* distorti inueniantur. Maxime cum eo tempore studium literarum omnino suffocatum fuerit.

§.V. Deseruiant alii contentionibus, ego illud ISIDORI eis finaliter obiicio, qui ita ait in *XV. lib. Etymologiarum circa principium: de auctoribus conditarum urbium plerumque dissensio inuenitur, adeo, ut nec urbis Romae origo possit diligenter agnosci.* Nam SALVSTIVS dicit, urbem *Romam*, (sicut ego accepi) condidere & habitauere in initio *Trojani*, & cum eis *Aborigines*. Alii dicunt ab *Euandro*, secundum quod VIRGILIVS: *Tunc rex Euander Romanae conditor urbis.* Alii a *Romulo*, ut ENNIVS: *huius nata auspiciis illa inclita Roma.* Si igitur tantae ciuitatis certa ratio non apparet; non mirum, si in aliarum opinione dubitetur. Vnde nec historicos, nec commentatores, uaria dicentes imperitiae condemnare debemus. Nam & antiquitas creauit errorem. Haec tibi ille. Vnde cum tibi libenter detur libertas, nec compellaris iurare in uerba mea, quiescito. MARLIANVS uero, qui *Fridericum I.* praecessit, (teste *Iacobi Prixiensi*) ex-

expressis & claris uerbis dicit: *Neronbergam inter Noricam & Francones sitam, urbem praeclaram in medio fere Germaniae.*

§. VI. Denique illa praeclara PTOLOMAEI *Cosmographia* ponit eam in *septimo* climate & quod diem parum ultra *sedecim* gradus habeat.

§. VII. Porro territorium, in quo sita est *Neronberga*, uel ut hodie profertur, *Nieronberga*, *Schwanfeld* dicitur, a duobus fluuiis paruis, quibus interiacet, quorum primus per oppidum *Swobach*, alius ab alio latere uersus *Bambergam* ad radices montis *Helsberg* decurrit, ambo tamen *Pegnitium* incidunt.

CAP. IV.

Reprobat NEGANTES ANTIQVITATEM CIVITATIS *huius & adducit* autores, *qui de ea scripsere & cur* antiqua *aedificia adeo* pauca *inueniantur.*

REquirens diuersos autores, in dies plus, qui animum meum in sua opinione firmant, inuenio & ab eis, qui patriae honorem, famamque affectant, affatim ingeruntur. Accedat *Raimundus* MARLIANVS, alienigena ille, qui, ut diximus, in expositione *Commentar. C. I. Caes.* ait: *Boii, post Boioarii dicti, modo Bauari, protenduntur ab eo loco, quo nunc* Nuremberga *sita est, oppidum per agrum Noricum.* Est autem *Neuronberga* in medio ferme Germaniae sita & in *Vindelicos* Augustensesque protenditur.

§. II. Eneas uero SYLVIVS *Historiographorum* & Cosmo-

mographorum de facili omnium princeps, in libro ſuo *de ſitu Europae* & praeſertim Germaniae ita ait: *Vrbs Neorenberga nobilis, magnificis ſtructuris adornata, publicis ac priuatis, amne Pegnitio interlabitur, in agro ſterili ac arenoſo condita. Atque ob eam rem induſtrioſo populo. Omnes autem aut artifices ſunt, aut negotiatores. Hinc multae illis diuitiae & magnum in Germania nomen. Aptiſſima* imperatorum ſedes, *libera urbs & in medio ferme Germaniae ſita.* Et rurſus poſt aliqua: *Newronbergenſes nec Bauari, nec Francones uideri uolunt; ſed tertium quoddam genus. Ciuitas tamen Bambergenſis dioeceſisque ad Francones pertinet.*

§. III. Hæc ille, cum ergo dicit, *tertium* quoddam *genus*, utique a Noricis Franconibusque diſterminans, *Swanfeld*, id eſt, campos inter praefatos fluuios occupantes, relinquit. Et reuera niſi inſtitutio noua principatus per *Carolum* iam ultimum prope inſtituta eſſet, dum COMITES BVRGI creati fuerunt in PRINCIPES REGNI, maxima pars *fundi regalis* tam in foreſta, quam in agris ciuitati ſubiecta foret: quod & ſupra tangere uidetur MARLIANVS, dum fines eiusdem oppidi protendere in *Vindeliciam*, quae *Lico* & *Vinda* fluuiis, qui *Boiouariam* & *Sueuiam* diſterminant, aſſerit.

§. IV. PTOLOMAEVS uero *Vindeliciam* & iuxta *Hyſtrum*, qui & *Danubius*, locat. Idem MARLIANVS Raymundus, qui circa Dominicae incarnationis annum 1020. tempore *S. Henrici Bambergenſis* in humanis fuit, iuxta VINCENTIVM.

§. V. Relinquitur itaque, quod inter *Swabach* & *Schwar-*

Schwarzach contractus proprius facit *Swanfeld.* In quo antiquum & inclitum oppidum potensque constitutum est.

§. VI. Rursus, ut compescantur contrarium asserentes de *nouitate* uidelicet *aedificiorum* ac murorum, aduertere uelint, quod temporibus HENRICI III. *destructum fuit oppidum ac dirutum*, quod prius tamen fuit tam *inclitum*, ut tam *pater imperator*, quam *filius caesar* pro eo cum tot *totius regni Romani* potentia decertarent. Nam ita habeo in EVSEBIO probatissimo *historiographo* & qui per omnia antiqua monasteria habetur, prout in *decem & octo* vidi & antiqua litera anno gratiae 1127. GOTTFRIDVS *Praefectus Norenbergensis* ILLVD REGALE *praesidium, reconciliatus Regi, quod iniuste a regno subtractum fuerat, iuste restituit & per tale egregium donum gratiam eius promeruit.* Haec ille. Quodsi *Castrum* tale laudatur, *ciuitate* iam subuersa, utique prius & *ciuitas*, iuxta praefatos *autores* famosa & inclita fuit, mox per *Cunradum* instaurata, prout *infra* in suis locis tractabimus.

CAP. V.

Qui imperatores *fuerint in* GERMANIA *& de statu huius ciuitatis post* CHRISTI PASSIONEM *& aedificiis.*

EX chronicis habemus & specialiter ex SPARTIANO, qui uitas Caesarum conscripsit, ab eo lo-

co, quo C. *Suetonius* cessauit, usque ad *Constantinum M.* quod imperatores Romanorum saepius *Germaniam* adierunt, ut *Gallorum* excursiones arcerent, ut VITELLIVS, qui ibidem sine consensu Senatus *Imperator* creatus est; similiter & TRAIANVS & MAXIMINVS cum BALBINO, alii quoque.

§. II. Vastabatur tunc *Alemannia* etiam per *barbaras* nationes. Quibus etiam occurrerunt AVRELIANVS & PROBVS, Caesares, peragrantes totam prouinciam.

§. III. Ciuitas uero haec sub *directione Consulum Romanorum*, qui sortiti sunt *Germaniam*, firma & sub *imperio* stabat, licet, prout BLONDVS describit, tota terra calcaretur a *tyrannis barbarorum*, deficientibus tam orientalibus, quam occidentalibus a fide, Romanis praestita, ob *auaritiam* imperatorum ac eorum *officialium* sanguisugarum.

§. IV. Incolae tamen huius *ciuitatis* maxima parte erant ex *praestantioribus familiis* hinc inde *possessionatis*. Qui modo usitato uocabulo & per *yperbolim* uocantur *nobiles*.

§. V. Hi propter pericula *barbarorum* in unum conglobati, etsi possessionibus distincti, fide tamen uniti, oppidum iuxta *Castrum*, pro communi *Asylo* contra hostes tuebantur. Indicant haec nonnullae *fundationes* ac *castra*, locorumque nomina hinc inde.

§. VI. *Castri* uero *antiquitatem* indicat moles congeriesque *lapidum* illius *turris* antiquissimae. Denique *sacellum* illud, ubi *imperatores* diuina consueuerunt audire, sua structura ac *Columnellis* perfite

ſite eſt *Würzburgenſi*, quod *Dianae* olim conſecratum aſſeritur, de facilique perſuadet *Phanum idolaticum* fuiſſe. Quae uero *eccleſiae* antiquiores ſunt, ſuo loco dicetur. Antiquiora tamen *aedificia* ciuitatis muro lateritio exſtructae cernuntur, nondum *lapidicinae quadratarum* uſu reperto.

§. VII. *Situs* tamen ciuitatis notabiliter mutatus eſt, poſt devaſtationem ultimam & etiam poſt *Iudaeorum* humiliationem. Ex parte etiam illa, quae Noricum agrum reſpicit, paucas, ſed tamen inclitas habitationes habuit, maximasque curias, ubi tamen noſtra pene aetate omnia *ſuburbia* cum *monaſteriis* incluſa ſunt *muro*, *foſſa*, *uallo* etiam *cincta*, fortisſimis etiam *turribus* munita.

§. VIII. Diximus hactenus de *temporibus* ſub *Ethnicis* transactis & ſub quibus de noſtra *ſalutifera fide* nullam inuenio mentionem, niſi ea, quae leguntur geſta per *Regem Britanniae Lucium* tempore pene *apoſtolorum*. Qui poſt *epiſcopus curiae Recienſis*: & quae ſub *Diocletiano* triceſimo tertio imperatore, Auguſto pro-conſule *Cajo*, de St. *Afra* & S. *Narciſſo* leguntur. Fuiſſe tamen hic aliquos, minime dubium, cum ſub ipſis *Apoſtolis* (teſte Paulo) in *omnem terram* exierit *ſonus* chriſtianae doctrinae.

CAP. VI.

Cur noſtra geſta *adeo* RARO *deſcripta ſint & de* BARBARIS, *qui hanc terram uaſtarunt & de geſtis usque ad* CAROLVM M.

 Cre-

CReberrimis a temporibus *Veſpaſiani* imperatoris usque ad tempora *Caroli M.* ſub quo *translatum* fuit *imperium*, occidentales prouinciae turbabantur deuaſtationibus, dum *Germani* mitterent duntaxat *exactores* pecuniarum, non defenſores *prouinciarum*; & *Teutones*, fide & perſeuerantia praediti, nollent ſuper ſe erigere *regem*; *Legio* denique Germanica *Romae caput Caeſaris* cuſtodiens per uigilias licentiata & *exautorizata ignominiae* ſuae ultorem *Deum* habuit, dum imperator, auctor facti, mox per Romanos, *fidis cuſtodibus* ſublatis, interfectus fuit.

§. II. Quaerunt itaque curioſi a me: *Quid eſt quod nulla uel pauca ſcripta habemus de geſtis Germanorum?* Qui tamen propter ſuas praeclaras uirtutes Germani ipſorum, qui totum mundum regebant, dicti ſunt: nec unquam *ſubacti totaliter*, ſed in *ſocietatem* pene acciti. Quibus ipſa rei euidentia reſpondet & LVCANVS conqueritur, nobis ſemper defuiſſe *literatorum copiam*. BLONDVS etiam *Aquilegienſis* in libro ſuo inde ab inclinatione imperii in 1. *libr.* aſſerit. *Creſcente republica gloria & magnitudine adoleſcere cum his & poetarum, hiſtoriographorumque copiam, utpote magiſtratu tunc ſemper plus de praemio tribuente.* Noſtri uero ſemper magis *armis*, quam *literis* operam dederunt. Omnibus *armis* offendentes *Romanos*, ab eorum non *promeruere laudari ſcriptoribus*, licet *gloriam* pro qua cum eis magis, quam pro *ſalute* (ut dicit SVETONIVS) decertabant, non tacuerint, ſemper tamen ueluti *aemulorum potentiae* maximo ſilentio prae-

praeterierunt. Licet PLINIVS SECVNDVS in quadam epiſtola aſſerat, *auunculum ſuum, triginta duos libros ſcripſiſſe de bello germanico, in quo ipſe militauit*; qui utinam ad manus noſtras ueniſſent.

§. III. Incurſiones tamen in occidentale imperium fecerunt barbarae nationes plurimae, inter quas *Gothi*, *Wiſigothi*, *Oſtrogothi*, una de ſtirpe, ſi habuerunt 300 millia hominum. Poſt quos ſubſequuta fuit tota fex humanae infelicitatis, peſtiferae uidelicet gentes *Hunni*, qui modo *Hungari* cum ſuo tyranno ATTILA flagello Dei & TOTILA cum ſua ſaeuitia terram uaſtauit. *Theodorus* VERONENSIS de quo cantant, qui de magnis maiora faciunt, pertranſiuit etiam cum ſuis *Longobardis* ſub ZENONE imperatore & occupauit partem Italiae, quae hodie *Longobardia* uocatur.

§. IV. FRANCI quoque orientales egreſſi occupauerunt partem *Rheni* & *Treuiris*, quae tunc partem *Galliae* ſub ſe habuit, ab eis occupatur, *linguamque Gallicam* uſurparunt, modo *francigenae*, i. e. de *Francis nati*, dicuntur.

§. V. CENOMANNI etiam cum *Gepidis*, *Saxones* & *Marcomanni* hodie *Marcha Brandenburgenſis* tunc ſedes inter *incolas* occuparunt.

§. VI. *Heruli* etiam, unde noſtri *Heroldi* dicti & maxima gens *Samaritarum*, *Bohemiam*, *Poloniam* & *Sclauoniam* uaſtarunt & occuparunt. His temporibus *Colonia Agrippina* ſub *Attila* titulo II. m. virginum illuſtratur, uniuerſaeque inclitae ciuitates *Rheni*, *Germaniae* & *Galliae* deſtruuntur.

§. VII. Ferunt tunc incolas huius oppidi ad *Syl-*

ueſtria migraſſe, oppidumque uaſtatum caſtro duntaxat illaeſo permanente. Tragoediam illam omni dolore plenam, donec tranſiret diuina indignatio, norunt hi, qui hiſtorias praefatarum gentium legerunt. Nam ea adeo peſſundedit totam *Galliam*, *Hiſpaniam*, *Germaniam* ac *Italiam*, ut hodie ueſtigia plura deuaſtationis appareant.

CAP. VII.

De translatione imperii a Conſtantinopoli ad GERMANOS *in perſonam* CAROLI M. *& de* tragoedia *ſuper Rom. Imperio & quare translatum ſit?*

HAbenas occidentalis imperii ob *deſidiam* imperatorum, qui in *Conſtantinopoli* uacabant uoluptatibus, nec *Germanos* curabant, tranſtulerunt a *Graecis* in ipſos *Germanos*, in perſonam CAROLI, filium *Pipini*: primo, quidem *Stephanus*, qui perſonaliter in *Franconia* fuit, unde ab eo caſtrum *Stephansberg*. Et *Leo*, qui excoecatus a Romanis a Deo illuminatus, *Carolum* ipſum adiit. Nouisſime *Adrianus*, (de quo ſaepius fit mentio in decretis) eo quoque tempore ſanctisſimus Heremicola, SEBALDVS, philoſophatur circa NEWRONBERG, de cuius *regali ſtemmate* & uita nuper clarius a nobis traditum literis.

§. II. Quo tempore etiam WILIBALDVS in *Areatenſi*

tensi ciuitate, quae modo *Eystat*. In Augusta SIMPERTVS, in *Freisingen* CARBINIANVS, in *Herieden* DEOCARVS, cuius hodie sacrae reliquiae in ecclesia *S. Laurentii* uenerantur Newronbergae. In *Herbipoli* BVRKARDVS claruerunt.

§. III. Hi omnes & quam plures alii secuti sunt clarissimum Germaniae apostolum S. BONIFACIVM, ad quem multas *decretales epistolas apostoli* miserunt. Martirisatum a *Frisonibus*, non in sua tamen *Moguntinensi ecclesia*, (quam in Metropolim erexit) posthabita *Wormatiensi*, sed in *Fulda* monasterio sepultum.

§. IV. Ad CAROLVM nunc stylum vertamus. De Romano imperio hic tangere, parum operae pretium arbitror. Iuxta *Danielis* interpretationem de *quarto regno*, loquentis, *ferro* illud comparat, ob hoc, qui sicut ferrum omnia comminuit, sic ab origine sui truncauerit, domuerit & contriuerit omnia pene mundi regna. Nouissime uero tempore regnum illud, quod in *tibiis* suis *ferreis* diutissime ac fortiter, sine lassitudine steterat, tandem *ferro* suae lassitudinis commixto, cum testa humanae imbecillitatis exacto dominationis suae gradu, cum fragore terribili labere coepit. Modo etiam, uacillante Republica, praedae omnibus pene gentibus patet. Nam *regnum* illud, quod tanto tempore omnes pene gentes mundi praedae & exactioni habuit, modo Dei iustitia miscet ei duplum in poculo, quod caeteris miscuit.

§. V. Legat diligens perscrutator historias *Persarum*, *Gothorum*, *Wisigothorum*, *Ostrogothorum*, *Hun-*

norum, *Teucrorum*, *Bohemorum*, *Sclauorumque* aliorum, has dum *Lynceis* oculis nuper uiderim, tragoedica nouatione plenas reperi, de quibus etiam latius BLONDVS, inde ab inclinatione imperii, nisi denique Deo disponente per *sanctissimos summos Pontifices* translatio eius facta fuisset, in personam *Caroli* & *Germanicam* nationem (*Alemannus* enim & *Franco* orientalis fuit) hodie *aquila* illa nobilis caput nullum haberet, cum unum perdiderit nostro aeuo, *orientali* imperio per Turcas spurcissimos lamentabiliter conculcato.

§. VI. Digresſione hic opus esset de *Francorum orientalium origine*, sed breuitate contenti, dicimus *Pipinum* a Stephano Papa, *Carolum* a Leone, *Zachariam* ab Adriano euocatos contra *Longobardos* & praesertim contra *Desiderium* eorumdem *regem*, qui Romanae *ecclesiae possesſiones* inuaserat, cuius regis *filiam* rex pro tempore post *dux Bauariae Thazilo* duxerat uxorem.

§. VII. Erat ille *Thazilo* de stirpe *Caroli Martelli*; de quo & *Carolus* descenderat, proximusque consanguineus ipsius Caroli. Sed seducebatur a *Luitburga* uxore, quae patris expulsionem a Carolo factam per maritum nitebatur ulcisci, uiroque ob hoc molesta, ut perfide se contra *Caesarem* erigeret, trahit secum in foedus *Hunnos*, qui tunc *Pannoniam* incolebant. Porro hae gentes ascendentes inclitam *Ratisbonam* sacri imperii Coloniam a parte inferiori, ipse cum *Boioariis* suis ab occidente per Noricos uallauit & expugnauit, praesidioque muniuit. De his satis.

CAP.

CAP. VIII.

De adunatione imperii exercitus CAROLI *facta pro parte in* NEWRONBERGA *& fundatione* Castrensis *capellae S.* CATHARINAE *in Vado; & de temporibus St.* SEBALDI, *aliorumque* sanctorum.

ALpium populos, quae Italiam ab *Alemannia* diuidunt, contra *Tazilonem* ducebat *Pipinus* iunior filius Caroli. Ipse Carolus ex *Vindelicia & Rhetis & Francia* Newronbergae congregauit ferocissimos pugnatores secundum. Tertius fuit ex *Thuringis*, qui etiam *Bataüim* applicuit. Porro cum hic moram faceret *Carolus* & esset sibi gentilitium *Venationi* in foresta imperiali indulsit. Vnde mane tempore hybernali tabernaculum in nemore frigens, *Cappam S. Martini* ac alias reliquias sanctorum, altare quoque mobile cum *Capellanis* deuotis ab eadem *cappa* dictis tegens. Sicut autem etiam in foresta *Spenshart* dicta, ita & ibidem *sacellum* erexit, ut, eo recedente, semel *Deo* consecratus [ut ita dicam] per celebrationem diuinorum semper conseruaretur & remaneret, dicitur eadem *Capella* in *uado* antiquo sita, consecrata fore per *apostolicum*, quod mihi fama publica adstipulante de facili persuasum habeo. Nam circa ipsum Carolum successiue *tres apostolici* in propriis personis in his partibus fuere. Vnde merito praefata *capella* summo

honore uenit honoranda. Nec nos latent ea, quae de alio *Leone* narrantur, ut dicemus suo loco.

§. 2. *Tazilo* uero dux angustia pressus, cum undique *angariaretur*, ad *pedes imperatoris* uenit, seque seductum muliebri consilio flendo recognouit. Tandem cum *tertia uice perfidus* factus esset, *monasteriis* certis constructis ac dotatis, ipse *monasterio* includitur: ubi tamen *accerbissimam poenitentiam* egit & laudabiliter uitam finiuit, ut traditur etiam miraculis coruscans.

§. III. Quibus gestis *Ratisbonam Carolus* recuperans, ea gessit, quae in sancti *Petri* extra muros historialiter leguntur, ad quae lectorem remittimus. Post, eo tempore quo idem imperator Roman. bellum per XXX. annos *Saxonicum* gessit, repetitis etiam uicibus NEWRONBERGA fuit. Eo tempore *Simbertus* Augustensis episcopus, nepos eiusdem ex sorore claruit. *Rolandus* quoque, de stirpe Caroli, contra *Saxones* praeclara gessit, a quo *Rolandina* per *Thuringiam* & *Saxoniam* priuilegia emanarunt.

CAP. IX.

De sancto SEBALDO *& stirpe S.* HENRICI *& de gestis sub* OTTONE M. *& aliis usque ad* HAINRICVM *Bambergensem.*

LUcerna tunc, licet in abscondita foresta diu latuerat, sanctissimus SEBALDVS super candelabrum

brum conſtituitur, ut luceret his, qui NEWRONBERGAE habitabant. Manifeſtatus etiam ipſis & ab eis officiis humanitatis refocillatus eſt, ita ut eos dignos iudicaret *gleba nobilisſimi corporis* ſui. Suam poſt iam imminentem mortem illuc mirifice transmittendo, quod iuxta ſacellum *S. Petri* principis apoſtolorum ſepultum fuit.

§. II. CAROLO uero pius LVDOVICVS ſuccedit, ceterique usque ad ARNOLDVM, qui *Ratisbonae* habitans, illuc multas reliquias transtulit, monaſteriaque fundauit. Tradidit filiam ſuam *Adelheidim* duci *Saxonum* OTTONI, ex qua genuit filium *Heinricum* & filiam *Baba*.

§. III. Iſte *Henricus* ex patre *Ottone* procreatus poſt iſtam nobiliſſimam ſtirpem produxit, de qua *S. Hainricus*, dux *Bauariae* deſcendit. *Baba* uero hos terminos inhabitauit, ubi oppidum tunc fuit inceptum *Babenberg*, modo ciuitas & eccleſia cathedralis, deficiente uero linea deſcendente a *Carolo M.* in prole maſculina, iſte *Hainricus ex foeminea*, fit *Romanorum rex*, ſed non adeptus eſt *coronam imperii*, quam etiam non appetiit. Inde eſt, quod aliquando non numeratur inter ſibi *aequiuocos*.

§. IV. Habuit uxorem ſanctam mulierem *Mechtilden* (Mathildim) ex ea genuit OTTONEM inclitum & magnum imperatorem, uirum in eccleſia Dei poſt Carolum laude digniſſimum. Quo tempore uidelicet *Henrici* illius & *Ottonis I.* fuit commiſſum illud imperio per neceſſarium *oppidum ducibus* & *principibus* uicinis ad tempus, ut illaeſum imperatori tuerentur.

§. V.

§. V. Florebat enim tunc illud oppidum *imperiale ciuibus & aedificiis*, ita ut *Romani Caesares curias* suas illuc ac *Comitatus* indicerent. Hoc satis claret ex historia *Bauarorum*, quae habetur *Ratisbonae* saepius & etiam hic apud nos transcopiata & quam saepissime uidimus his *diebus*, in qua ista uerba habes de illo primo OTTONE; qui coepit imperare anno a uirgineo partu 938. quo etiam anno *S. Wenzeslaus* a fratre suo occiditur; haec sunt uerba post aliqua: OTTO *imperator tempore natiuitatis Christi* CVRIAM, *conuocatis omnibus principibus regni, in* NEWRONBERGA *habuit. Circa tempus uero matutinum campanarum sonitum creberrimis utriusque sexus fidelibus ibidem ad ecclesiam gratia audiendi diuina solennia se proripientibus*, OTTO *regalibus uestibus solenniter* (ut mos est imperatorum) *in summis uestiuitatibus indutus*, CORONAM REGNI *gestans in capite, missarum solennia auditurus, multa procerum stipatus ambitione procedit & in chorio super solium regni conscendit.* IMPERATRIX *uero, tota Basilica turba procerum aliisque repleta, etiam adornata pallio* MADERINO, *quod* PVRPVRA *sanina coopertum erat, fibulaque aurea lapidibus Indiae & pretiosis insitis, tandem matronarum comitante caterua in chorum procedit.*

§. VI. Ecce illa tempora capax erat *ciuitas* talis *curiae* in tali *festo*, in tanto *Conuentu Principum* & ad talem *commeatum* praeelecta ex caeteris. Num, quaeso te, *una die* uidelicet praecedenti proxima fuit aedificata? Num subito ecclesia non dico fabricata capax imperatoriae maiestatis? sed errata inficis

ficis mea dicta? Vide quae teſtimonia iam habueris, quae aeque nauci pendis.

§. VII. Denique poſt idem OTTO iuſſit conuenire *Newronbergae Saxonum*, *Thuringorum*, *Francorumque* exercitum cum quo in *ſuccurſum* S. VDALRICO properauit, qui tunc in *ciuitate Auguſta* ab *Hunnis* obſeſſus imperatorem euocauerat. *Barbaros* quoque deuicit, fugientesque eorum Principes patibulis Ratisbonae ſuſpendere fecit, noſtramque patriam ab Hunnis, qui & Hungari, poſt ſecuram fecit.

§. VIII. Filius eidem ſecundus OTTO ſucceſſit, deinde nepos *tertius* OTTO, cum quo dux pro tunc Bauariae HAINRICVS, Romae exiſtens eidem in ſeditione fideliter adſtitit.

§. IX. Poſtque eum ad imperium per *Electores* primus electus eſt, dictus, ob calculi paſſionem, *Claudus*. Sanctiſſimae hic uitae fuit & inter alia *Mersburgenſem* eccleſiam ac *Baſilienſem* reſtaurauit, BAMBERGAMque de nouo erigens in Cathedralem ſeparauit a *Würzburgenſi*, adiecitque partem ciuitatis *Neronberg* ultra *Pegnizium Bambergenſis* eccleſiae, cum prius ſub *Eyſtettenſi* eſſet. Erat tunc ibidem eccleſia *S. Laurentii*.

§. X. Habitabant tunc hic generoſi de NASSAV, multique nobiles praeſtantes, ob frequentes conuentus, qui ibidem celebrabantur, *Principum*, quo facilius ad nutum maieſtatis comparere poſſent. Vnde & poſt *Adolphus Comes*, qui nec dum aliqua circa Rheni confinia poſſidebat, electus ex *conciue* fuit in *Regem*, prout ſuo loco dicetur.

CAP.

CAP. X.

De FVNDATIONE *ecclesiarum in* Nieronberga, *& a quibus & earum prouisione, praesertim S.* AEGIDII *&* Parochialium *&* MONIALIVM *& circa easdem dispositione.*

PAtria, diuina paulatim introducta, uigebat, maxime in oppido *Newronbergensi*. Vnde in dies ad eiusdem debita cum reuerentia exhibitionem erigebantur sacra aedificia. Et primo in arce Castri *idolatricum Phanum* in *ecclesiam* consecratur. Post mox *S. Petri* ad pedes montis Sacellum erigitur, ubi & *funeralis* sepultura constituta est. Deinde mox *St. Martini* & *Catharinae* capellae in colle exstructae sunt. Paulatim etiam *S. Sepulchri* ecclesia trans *Pegnicium* fundatur. Erantque diuersae *subterraneae* ac *effossae Cristae*, quae postmodum complanatae in obsides & altaria ecclesiarum conuersae sunt. Sane ecclesiae *S. Petri* principis Apostolorum ideo huic titulo primo consecrata fuit, ut sicut *oppidum* cum *arce Romano imperatori*, ita & prima ecclesia Romano post Christum primo *uicario* dedicaretur.

§. II. Nomen tamen etsi eadem aliqualiter amisit, ut *S. Sebaldi* hodie dicatur, constat tamen omnibus habitatoribus eundem Apostolum ibidem *primatum* tenere. Superadditae sunt his & alia *Sacraria* successu temporis per diuersas familias, quae in

in ciuitate honorabiles & antiquae ſtirpes fuere & pene nobilium more a progenitoribus in antiquis *diuitiis* enutritae, *in natione germanica* inter praeclaros reputatae, titulis etiam *militaribus* plurimis inſignitae. Hae dotarunt *eccleſias* hinc inde in ciuitate, & etiam circumquoque in propinquis & remotis, ita, ut pene nulla ſit expers eorum *clenodiis* uel *aedificiis.* Et quidem ciuium de *notabilioribus* creatorum tanta eſt *deuotio*, ut conſimilia ornamenta, ac *clenodia paramentaque* uix in Germania inueniantur, nec etiam *metropolitanis* locis. Tantus denique eſt amor ciuium ad deuotos ac irreprehenſibiles *Monachos* ac *Clauſtrales*, ut de ipſis bene inſtitutis poſſimus dicere, egentes, ſed ſine penuria; afflicti, ſed quotidianis *pietanſtris* conſolati.

§. III. Eſt ibidem (primum locum & dignitatem ſupremam poſt *epiſcopatum* tenens) inclita *praelatura*, uidelicet *S. Egidii* abbatiae a *Cunrado Caeſare*, (ut ſuo loco dicemus) in ſacra religione optime *Almi Benedicti* iuxta regulam inſtituta & competentibus ſubſidiis firmata, licet numerus perſonarum ſemper adaequatur eisdem, eleemoſynarum quoque ad fores monaſterii diſtributio. Sunt poſt hanc duae inclitae eccleſiae *parochiales*, multis *ſacerdotibus*, tam conductis, quam *prouiſis* beneficiis ſtipatae, ubi ſolenniter quotidie & continuato tempore diuina peraguntur, *muſicali* modulamine, tam flatus quam uocis.

§. IV. Prima poſt abbatiam praefatam obtinet dignitatem S. SEBALDI, uel ab antiquo S. PETRI, cuius aedificiorum ac omnium ſpectantium ad cul-

tum

tum diuinum ſupremus tutor extat emeritae ſenectutis ac expertiſſimae induſtriae prouidus RVPERTVS HALLER, de illa antiqua familia procreatus, de qua ſuo loco dicemus. Sub illo eſt *Magiſter* FABRICAE *prouidus* uir Sebaldus SCHREYER, is ſimplicia curat negotia, maiora ad ſuum ſuperiorem referendo. Sub his conſtituitur aedis tutor, & *campanarum* ordinator cum famulis, qui ornamenta proponunt. Porro *plebanus* curator animarum eſt una cum ſuis ſubſtitutis & ordinario praedicatore pro tempore, quod officium & pro poſſe aliquando curauimus. Quam ordinatiſſime fiunt omnia, utpote ex diſpoſitis ad talia ſpecialiter & electis *Sacramenta* adminiſtrantur, peraguntque ita, ut *cathedrali* ſeu collegiatae eccleſiae comparetur diuinus cultus. Porro *clenodia* ſunt pretioſiſſima.

§. V. Conſimiliter prouidetur & alia *parochia* ultra *Pegnitium* ſita, nunc S. LAVRENTII dicta, inſignis eccleſia, ſtructuris & ornamentis nonque impar *S. Sebaldi*. Quatuor denique *medicantium Fratrum* conuentis ipſum oppidum continet praefatis *parochiis* adiectos, optimeque religione inſtitutos, uiris doctis decoratos & uerbi Dei declamatoribus, prout dicemus.

§. VI. Ex quibus hinc inde Germania ſibi *fratres* mutuare petit; ſunt & *ſanctimonialium* intra moenia duo coenobia, religioſiſſimas *uirgines* continentia, *S. Catharinae* uidelicet, *praedicatorum* ſub cura, alterum *S. Clarae* minoribus ſubiectum. Porro in temporalibus SENATVS deputat cuilibet, ſicut & aliis *tutores* & *curatores*. Eſt & ſatis inclita *Carthuſia*

thusia cum annexis in *apostolici senatus* honorem duodenario emeritorum ciuium prouisio. Haec de his sufficiant.

CAP. XI.

De HOSPITALI *inclito S.* SPIRITVS & REGALI Capella *B. Mariae Virg.* & FORO, *ornamentisque* & IVDAEIS.

EST & de speciali cura ex bonis ciuium HOSPITALE insigne pauperum S. SPIRITVS copiose dotatum, sacerdotumque sufficienti numero prouisum, ubi *horae Canonicae* diuinaque affatim quotidie persoluuntur, *praedicatura* etiam ac *puerorum schola* decoratum. Cuius omnes officiales dicto *Nicolao* GROSS a Senatu deputato rationem facere, ipse uero eisdem Senatoribus annatim, compelluntur. Cuius loci prae aliis patres conscripti curam gerunt. Nam & SACRATISSIMAE IMPERIALES RELIQVIAE illuc iam dudum delatae, cum omni reuerentia ac cura custodiuntur, de quibus loco suo latius dicetur. *Hospitalis S. Spiritus sacrum collegium.* *Vbi custodia insignium S. R. I.*

§. II. In loco tamen insigniori est REGALIS CAPELLA almae Dei genetricis *Mariae*, ad cuius quatuor partes res uenales exponuntur, & ex eo *forum* nominatur, planities perampla, amoenis aedificiis & eminentissimis splendida, omnique mercimonia repleta. CAPELLA *regalis & forum.*

AQVAEDV-CTVS. §. III. AQVAEDVCTVM porro *consules* a longe per *naualia subterranea* introduxerunt, hinc indeque per ciuitatem locis opportunis tam ad usum incolis, quam pro ornatu, emanatoria fecerunt.

FONS. §. IV. Prorsus tamen insignem ex his & *ornatissimum* FONTEM in foro ipso statuerunt, tam in ciuium, quam mercatorum, qui statutis horis illuc pene de omnibus nationibus conueniunt, oblectamentum.

SYNAGOGA *Iudaeorum* §. V. Pecus illud uenditium IVDAEI olim ibi suam *Synagogam* habuere & tam *subterraneas speluncas*, quam etiam penus ante aedes possidebant; quae synagoga qualiter diuina ordinatione in fidei obsequium deuoluta sit, post suo loco dicitur.

SACELLVM. §. VI. Sancta quoque *Legio* Agaunensium *Mauricius* & sui commilitiones sacellum habent ad meridiem *S. Sebaldi*, a dictis de stirpe *Mendlin*, olim in foro, ubi modo *sal* uenditur, post in isto loco fundatum.

§. VII. Sunt & alia certa loca sacra, curiis applicata, de quibus per singula loqui, longum esset. Digressi a coepta materia, nunc ad ordinem reuertamur, de imperatorum ordine tractaturi.

CAP. XII.

De S. HAINRICO *& fundatione ecclesiae* BAMBERGENSIS *& huius ciuitatis tunc statu &* ducibus SVE-

VIAE

VIAE *& de regimine huius ciuitatis & de nominibus* Comitum, Marchionum & Burggrauiorum *& quomodo intelligenda sint, quae de his traduntur.*

REtulimus de HAINRICO *Bambergensi*, qui erexit *cathedram* & quidem ad spiritualem subiectionem, ab episcopo *Würzburgensi* unum districtum accepit, qui per unum ex Archidiaconis regebatur, una cum certis etiam possessionibus temporalibus, pro quibus tamen iure *Cambii* tradidit oppidum, & ea, quae circa sunt *Moeningen* dictum in *Grabfeld*, quae iure haereditario possidebat. HENRICVS *S. conditor* BAMBERGENSIS *episcopatus.*

§. II. Temporalia uero relicta a *Baba* amita sua, olim quae a se *Babenberg* uoluit dici, eidem imperatori obtigerat. Confirmatis denique *apostolica* autoritate, ac *electorum imperialium* consensu limitibus, & reditibus eidem ecclesiae (nam tunc primum inceperant *electores sua officia* exercere) subsequenti tempore etiam partem *ciuitatis Newronbergensis* ultra *Pegnitium* ab episcopo *Eystettensi* suae fundationi adiecit, in *spiritualibus* duntaxat, ubi tunc multi praeclari proceres, nobilesque curias habebant. *Dos* BABAE *quondam patrimonium; dicatum consensu electorum incrementum per ciuitatem* Noriberg.

§. III. Dilexitque sanctus imperator ciuitatem istam, quia inter suum ducatum Bamberga *delitiae.*

Bauariae & *Noricae* & inter ſibi dilectum locum *Bamberg* media erat, & ad Rom imperii negotia pertractanda aptiſſima. Itaque ſub eo eccleſia *S. Sepulchri*, quae modo *S. Laurentii* dicitur, in dioeceſin *Bambergenſem* etiam in ſpiritualibus cum alia parte ciuitatis deueniſſe.

Succeſſor CVNRADVS

§. IV. Defuncto tamen illo *chriſtianiſſimo imperatore* & in ſua eccleſia *ſepulto*, electus fuit uir acerrimus & probus CVNRADVS de *Sueuia*. Fuit quidem dux dictus *Cunradus* de *Wormacia*, qui in bello contra Hunnos in campo Lici fluminis iuxta Auguſtam occiſus fuit, de quo ad inſtar ducum potentes deſcenderunt, de quibus *Sueuorum* hiſtoriae multa & etiamnum uaria dicunt. Duces tamen SVEVIAE ego puto ab iſto *Caeſare* inchoaſſe &, usque ad *extinctionem* ſtirpis *Friderici*, perſeueraſſe & non ultra, quam tenuit illa ſtirps ſceptrum imperii, propagatos & circa ortum ducatus de *Zeringen* & comitatum de *Wurtenberg* ceſſaſſe in *Friderico II.* Nec ignoro certos mihi contrarium tenere, ſed transeant illa.

de Wormatia.

Origo inde Sueuiae D.

Comitatus SVEVIAE *inſignes.*

§. V. Conſtat tamen comites de *Lepsgemünd* tunc praepotentes fuiſſe, qui monaſterium *Caeſarienſe* fundarunt, nec non & alios multos comitatus *Sueuiae*. Regebatur tunc iſta ciuitas per *Praefectos* Caeſarum Romanorum, quoad illa, quae *imperialia*

erant.

erant. Sed per Consules reipublicae utilitas prouidebatur.

§. VI. Incognitum denique erat nomen BVRGGRAVIATVS, utpote *officii*, non *dignitatis*, quod ut clarius pateat, altius parum reputamus, & quidem de nomine comitatus. Nomen illud, *Comes*, ut dignitatem designat, ait Eneas *Syluius* in historia sua australi, prisca aetas non habuit; nam temporibus *Regum Romanorum* noscitur repertum. Postquam etiam a Roma in Graeciam imperium translatum est sub *Constantino M.* tunc *Africae & Orientis Comites* instituti sunt, de quibus & leges imperiales loquuntur. Fuerant etiam hi tanquam *Procuratores* uel *Vicedomini*, Commissarii ad nutum Caesaris ad certa negotia seu prouincias uel districtus expeditores destinati. Nam hodie quoque *Comites Palatinos* sine tamen *castris* titulo tenus creare solent. Reuocabantur quoque ad nutum *successores*, unde & in lib. Feudorum habet ita Imo. *Similiter feudum dare possunt* Marchio Comes, *qui proprie Regni uel Regis Capitanei dicuntur*; & post, *qui uero de Marchia*, (quae dicitur a Marcha i. e. Cara uel Mare, qui iuxta Mare est) *Marchio dicitur*; *qui uero de aliquo* Comitatu, *Comes appellatur*; *qui de* Plebe, *plebejus siue* Capitaneus &c. similiter qui de *Burgo* BVRGGRAVIVS.

BVRGGRAVIATVS *tum nomen*

Idem cum comitibus *Romanis & Graecis.*

Palatini.

Non hereditarii comitatus.

Vti marchionatus.

§. VII. Post igitur *Praefectos Castri*, de qui-

BVRGGRAVII Nori-

bergae tutelares. quibus & infra, tarde fuerunt hic pro *Castri tutela*, BVRGGRAVII instituti, & etiam amoti, postquam inter *plebeios* hic habiti. Quorum habitatio fuit circa ea loca, quo *S. Iacobi* ecclesia ab antiquo modo annexa est sanctae *Elisabeth*, & commissa ordini S. Mariae *Theutonicorum*. Vnde autem dicatur *Burgum*, testatur ISIDORVS nono Etymologiarum, dicens: *Burgundiones habitabant in castris aliis, & talia a se Burgos uocitabant, & inde Burggrauii*; denique rursus En. Syluius ait: *Marchionatus & Burggrauiatus nomina sunt a uulgari Teutonico tractu, ut manifestum est, & ab imperatoribus Germaniae initium habuerunt. Vetustam nullam historiam reperies, quae* MARCHIONIS *uel* BVRGGRAVII *nomen contineat*; haec ille. BLONDVS quoque asserit, haec esse barbaricas dignitates.

Studia aduersa his adsertis. § VII. Illa olim sufficerent *lectori*, nisi quidam aemulorum meorum circa illa, nuper mihi *libellulum* maculasset, potius quam emendasset. Epigramma quoddam eundem concludat:

Ignotus pereas miser necesse est:
Non deerunt tamen hac in urbe forsan
Vnus uel duo, tresque quaterue
Pellem rodere qui uelint caninam,
Nos hac ab scabie tenemur ungues.

Qui autem allegant uulgare Histrionum, deficientibus eis probatis auctoribus, imperi-

perium Romanorum ſuper certa loca & principatus fundatum; & eadem loca aggregant in angulo Germaniae tantum, nec ad hoc admittunt, aut *Aſiam*, nec *Africam*, nec *Europae* tres maiores partes, plane oſtendunt, ſe non peritiores hic eſſe, quorum dicta allegant & in angulum coarctant tale imperium & a fatuis in fatuatos. Accipiant illud FLACCII: *Pictoribus atque &c.* Et quod primus electus ab *Electoribus* fuit noſter *Hainricus S.* nec ignoramus *Decretalem uenerabilem*, quae loquatur, & a quo & quando emanauerit.

CAP. XIII.

De Regimine Imperatorum ſubſequentium, maxime HAINRICI *patris & eius filii* HEINRICI *& de cauſa* DEVASTATIONIS grauisſimae, *quae facta huic ciuitati, & unde omnia haec, quae dicta ſunt, auctor* collegerit.

Electus fuit poſt Cunradum I. HAINRICVS II. imperator eiusdem nominis ac Germanorum *quartus*, ſeu iuxta aliam computationem V. qui Oldericum ducem *Bohemiae* debellauit. Tresque *Anti-Papas* Romae amouit, ac Sidegerum *Bambergenſem* epiſcopum *Clementem II.* eligi procurauit, HENRICVS II. *ſiue* III.

& ab eo coronam imperii accepit, de cuius uero origine exstat satis miraculosa historia.

Papae Germanici

§. II. *Leo* quoque Papa in Alemannia multas ecclesias dedicauit, nam ipse ex eadem prouincia, sicuti & praefatus *Clemens* & *Victor*, & plures alii fuerunt.

Successores

§. III. Postquam Hainricus III. uir in bonis suis uirtutibus lenis & in malis pertinax regnauit 48. annis, succedentibus sibi prosperis elatus est, & erexit caput suum contra ecclesiam, per *Simoniam beneficia ecclesiastica* conferendo. *Excommunicatur* itaque ab *Alexandro* Papa II. eiusdem nominis, & *Gregorio VII.* & *Victore* & *Vrbano*. Quorum tamen Pontificum nomina ac censuras spernens, *pseudo-episcopos* ignarosque per totam *Germaniam* constituit & pecuniam abradebat. Creuit tunc stolida ignorantia, *uitiosaque uita* in omni *clero*.

Henr. IV. excommunicatus.

Mores aeui.

RVDOLFVS *Sueu. antiCaesar.*

§. IV. Denique post multa per eum perperam gesta Principes Germaniae contra eum RVDOLPHVM ducem Saxoniae elegerunt, ut esset *Capitaneus Regni* aduersus eundem. Et post eius filium HAINRICVM, qui se a patre alienauerat, concorditer aduersus patrem elegerunt, qui apud *Leodium* tandem exercitum eius fudit.

Inde Noribergae *grauia damna & ulti-*

§. V. Mira hinc inde gesta fuerunt, dum patri praestita fides a fidei tenacibus seruatur, & ex aduerso saeua censura patri obedien-

dientia inhibetur. Quo in periculum maximum haec inclita *ciuitas* adducta est & grauissimum *exitium*. Quo discrimine actum est, ut sublatis omnibus *priuilegiis*, *exemptionibus*, *immunitatibus* ac *aerario spoliato*, *praedae*, *incendio* deuastationi, ciuitas tota subiaceret, prout in diuersis antiquis *bibliothecis* sparsim signatum reperi; tanquam adeo notabile factum, de quo mundus loquebatur. Ista autem sunt loca & monasteria, quae eadem de causa in propria persona uidi & in quibus reperi, ea, quae de *ciuitatis deuastatione* scripta. Licet pridem a prudentissimo pro consule Ruperto HALLER destinatus ac olim, dum mente gererem congregandi hanc compilationem, uidelicet *Tegrisee*, *Pewren*, *Wessesprun*, *Werder*, *Fürstenfeld*, *Ebersberg*, ambo *Altach*, *Ratisbonae* maxime ad *S. Emeranum*, ad *S. Iacobum Scotos*, ad *S. Petrum* extra muros, ad *S. Magnum* ibidem, in *Prüel*, in *Priviglen* montis Viti prope *Freysingen*, castello, *Enzdorff*, *Reichenbach*, *Augusta* ad S. Vdalricum, *Caesariensi* monasterio, *Wilzburg*, *Fonte salutis*, *Ahausen*, ambo *Montis monachorum* Bambergae. Denique de *Amberga* mihi sunt consimilia allata. Vidi in praefatis locis in antiqua litera, partim in ordine & serie *Cronicarum* inserta, partim adnotata. Singula quaeque in forma uerborum notando manu

mum excidium.

Testatissimum in pluribus mscris.

propria, postque conferendo, nunc ad ipsum casum accedamus.

CAP. XIV.

De ipsa DEVASTATIONE *facta per* Hainricum *filium huic ciuitati propter* CIVIVM fidelitatem *&* constantiam; *& qualiter* Castrum *obtinere non potuit & de* Norico *& dissensione grauissima* Imperii *&* Ecclesiae.

Ab HENR. V. *inuestitura* episcoporum *Papae indulta.*

IN pace amaritudo *ecclesiae* tunc amarissima, dum sub *specie religionis* & sanctae obedientiae filius uerus *hypocrita patri* rebellaret, ac niteretur omni spoliare potentia. Insurrexit itaque *Hainricus V.* iun. in patrem, conspirationeque magna facta, cum *Principibus imperii* obedientiam pollicetur Apostolicae sedi, *INVESTITVRAMque Episcoporum* & *Praelatorum* pollicetur, se in manus Apostoli traditurum, quam Papa *Adrianus* ad tempus *Carolo M.* concesserat.

Patrem capit.

§. II. Sique Legatis a Latere *Pascalis secundi* missis eligitur, contra Patrem in Caesarem, qui mox patrem persecutus, obsedit eum in castro *Triuels*, quo se contulerat cum *clenodiis* imperii ac *thesauro sanctissimarum reliquiarum*.

SS. reliquiae in Triuels.

Vnde, prout praesens in ipso *castro* ab incolis audiui, *nul-*

lus

lus hodie ibidem *homo*, non *auis*, non *bestia* concipitur sine *corporis* seu *macula* aut defectu, adeo post reliquiarum illuc detentionem locus *munditiam* requirit, quae tamen *reliquiae* hodie diuina dispositione *Newronbergae* detinentur.

§. III. Illuc denique antequam senior se contulit *casus mundi* tentauit pater ibidem, scribendo, monendo, requirendo *Principum communitatumque suffragia* dictis ac scriptis *tragoedico* stylo exaratis. Cum *exercitu* suo denique regno incumbens, dubios mortales reddidit, cuinam obediendum? an *Apostolicae* sedi, quam tunc etiam *Archi-praesules* a patre inuestiti spernebant, cum essent autoritate *Synodali* a tribus Apostolicis omni honore priuati: uel si *Papae*, cui tamen, an illi, quem imperator dederat, *Giberto*, uel qui Petri sedem Romae tenebat. Quodsi obedientiam foret *imperatori*, cuinam potissimum? *Patri*, cui dudum sacramento adstricti erant; *filio?* quem in dies inualescere uidebant. Nec tutum erat, intra eorum *discordias* se intromittere, quorum naturalis timebatur mox reconciliatio. *Patris & filii de imperio contentio.*

§. IV. *Filio* quoque ingereretur contra prouidissimos *Consules Noribergensium*, qui tunc in tota Germania *sapientia* famati erant, scrupulus, ut fidem fractam in patre, frangerent & in eo anno igitur ultimae no- *Consilii in his turbis inops* Noriberga.

strae

ſtrae aetatis 1100. in tali rerum facie *Conſulatus* longa deliberatione habita, iuxta omnem poſſibilitatem ſtatuerunt NEVTRALES eſſe, deteſtantes nomen deſertorum, uel notam infamiae fractorumque fidei, nolentes praeſertim frangere iusiurandum, quo patri erant obnoxii, praeferebant igitur omnino honeſtum utili. Commune igitur decretum *conſulatus* populo propoſuit, id demum eſſe utile reipublicaeque honeſtum, ſeque conſiderare, quod *filius* perſequeretur *patrem* ob cauſas, quas tamen minime uitabat.

Studia principum *diuerſa*

cum his HENRICVS V. Noribergam *expugnat.*

§. V. Minime tamen talia certi trutinabant *Principes Noricorum*, *Alemanniae* & *Franciae* orientalis; porro inter haec, (ut refert noſter *Euſebius*) Heinricus iunior ſecum habens archi-epiſcopum *Rotherum*, eundem *Würzburgae* inthronizauit & ſecuritate ab urbanis percepta, dimiſſis *Saxonibus*, ipſe aduerſus *Boioariam* & ad obſidionem *Newronbergenſium* conuerſus, qui patri fauere uidebantur. Illudque oppidum poſt *duos menſes* capiens ac deſtruens, uaſtauit & *diripuit*, in *praedamque militibus* in terrorem aliorum dimiſit, omnibusque praeter *caſtrum*, diſſipatis, ſoluto exercitu *Ratisbonam* ſe contulit. Quem pater e ueſtigio ſequens *Erlangum*, *Würzburgae* fugato *Rothero* reſtituit. Indeque ad ea, quae filii fautorum conuerſus, omnia deuaſtat. Tandem

dem cum *Ratisbonenses* dolis patri & non aperte fauerent, pater filium, qui Newronberg uastauerat, ex urbe fugauit. Haec hactenus ex multis *Eusebii* libris. In quodam autem ita reperi:

§. VI. HAINRICVS *electus* NEWRONBERGAM *uix obtinuit, sed* castro *potiri non potuit. Cepit tamen ciuitatem ex perfidia seu ignauia* IVDAEORVM, *quorum multitudo magna erat, spem in Iuniore ponebant forsitan.* HAINRICVS *uero senior tutelam Castri, iuxta quod in* CASTELLO, *monasterio scriptum reperitur, commisit praefecto Gotefrido & Cunrado de* RAZAZA. Iste lamentabilis casus ciuitatis omnia *antiqua* uestigia *monumentaque* absumsit, ciuesque hinc inde dispersit. *Testimonium singulare de expugnata* NORIBERGA.

§. VII. Nec tamen *Hainricus* iunior intentioni suae satisfacere potuit, quia, eo viuente, *castrum* per *praefectos* ei nunquam traditum fuit, sed potius in sua *uoluntate* & *potestate* detinuerunt. Circa illa tempora in *Norica* fundatur a *Friderico* comite de SVLZBACH monasterium in *Castello*, cooperante Ottone de *Habsberg*. *Berchta* etiam uxor Manuelis imperatoris Constantinopolitani filia comitis de *Sulzbach*, cum ingenti *thesauro*, illuc deuenit. Duces etiam de *Amerthal* magnam partem Norici occupabant. CASTRVM Noribergense *non expugnatum.* *Eius coenobium.*

§. VIII. Tandem fuit tunc discordia inter *impe-* *Discordia*

sacerdotii & imperii. *imperatorem* Romanorum & *Papam*, ut tota *terra sancta* cum sepulchro Domini amitteretur & imperator papae scriberet:

ROMA diu titubans uariis ERRORIBVS acta
Corruet & MVNDI desinet esse CAPVT.

Papa e conuerso:

Niteris in cassum NAVEM submergere PETRI:
Fluctuat, at nunquam mergitur ista NAVIS.

CAP. XV.

Quomodo tunc CIVITAS *fuerat sita & quomodo sub* Praefectis *mansit & quamdiu desolata & de* S. OTTONE & CVNRADO Imp. II. *& qualiter multa bona fecerit huic* ciuitati *& quomodo rursus eam pro imperio* recuperauit *& quomodo certa bona* & feuda *hinc inde* imperatores *diuersis contulerint & quomodo* hereditaria *facta sunt & de* origine BVRGGRAVIORVM.

Facies tum Noribergae. DEpopulata misere ciuitate, quae tunc sparsim circa *Castrum* & circa *Pegnicium* hinc inde *curias amplas* habuerat, nec dum adeo populosa, nec *Emporium*, quia tunc *Venalia* magis *Ratisbonae* exponebantur, ultraque Pegnicium quorundam tantum

tum NOBILIVM *habitationes* fuerunt, remansit locus sub tutela & POTESTATE PRAETECTORVM *Gotefridi & Cunradi* de *Razaza*; IVDAEI paulatim meliora loca sub eis coeperunt occupare, ciues quoque dispersi ad suos cognatos & affines tam *Bambergae*, quam *Ratisbonae*, quam hinc inde in castris & uillis miseram uitam (obseruata fide) agebant, donec resumtis uiribus rursus domus praetoriumque exstruerent, durauit tamen *uastitas* ultra *uicesimum annum*, antequam rursus serae & portae clauderentur.

Sub potestate praefectorum.

§. II. HAINRICVS enim ille in superbiam contra ecclesiam elatus, rursus *beneficia ecclesiastica* uendebat. Quo tempore defuncto Ruperto, episcopo *Bambergensi*, OTTO *Sueuigena* per imperatorem ipsum inuestitur de eadem ecclesia, cum in manus *Papae* Paschalis resignasset, ab eodem de nouo confirmatur. Decedens uero imperator *Spirae* sepelitur.

HENR. V. *aemulatio adu. papam.*

§. III. LOTHARIVS, qui succedit, optimus ac ecclesiae deuotus imperator, qui post coronationem suam *Veronae* decedit. Hic primo *Saxoniae dux* 1127. imperare coepit & *Romam altera uice* causae Papae adiit & Romanos domuit.

LOTHARIVS.

§. IV. Quo feliciter defuncto, CVNRADVS SVEVIAE ac superioris Bauariae dux & Hainrici IV. nepos, princeps inclitus & clemens

CVNRADVS.

mens a diuo BERNHARDO multum dilectus, eligitur. De corona imperiali parum curans, quia apostolici *stirpem* illam *oderant*, contra tamen *Saracenos* praeclara gessit. Mox ut adeptus est imperium, statuit recuperare *Castrum*, hic & instaurare ciuitatem NEWRONBERGAM, unde per edictum uocauit *Gotefridum* praefectum ad curiam. Qui ueritus potestatem Caesaris, mediantibus aliis principibus, castrum cum semistructa ciuitate *Cunrado* tradidit.

Instaurator Noribergae.

Castri deditio.

Testimonium singulare de CASTRO *reddito*

§. IV. Denique in libris *Eusebii* per *Noricorum* fines dispersis & praesertim in *Amberga* & *Enzdorf*, ita habes: *A. 1131. Gotefridus supra nominatus, Regi nostro reconciliatus oppidum illud* NEWRONBERGAE *egregium, a regno iuste subtractum, iuste restituit & sponte inclinatus, gratiam per hoc eius promeruit.* Ecce o Aemuli ex antiquo Codice *Eusebii* fuisse egregium, etiam mox post illam deuastationem. Erat tunc & fuerat consuetudo imperatorum, *Feuda circa ciuitatem ad regnum spectantia committere alicui, quem praefectum nominabant & pro eo* PARVVM *fortalitium fuit iuxta* CASTRVM IMPERIALE *constructum, illudque ad nutum amouebat, eadem denique praefectura in stirpibus ac praeclaris familiis ab antiquis nobilibus dependentibus, diuersis, fuit jam illius post alterius, qui & certos fundos in fundo imperiali, hereditario iure possidebant, ciuilique*

& Burggrauiatus ratione.

lique iure in ciuitate habitabant. Congregabat denique idem praefectus, quae publico imperiali *aerario*, per *Alemanniam* inferri iusserat. Quod officium tandem quasi hereditarium fieri coepit, paulatim, dum priuata commoda *Praefecti* quaererent, donec *tarde* licet, BVRGGRAVII dicti sunt. *Officia* uero *ciuitatis* per industriam ciuium in ius & potestatem reipublicae traducta per *Deputatos* administrabantur. Praefecti tamen modo ac *Burggrauii* potestas *intra moenia urbis* omnino *abolita* est. CVNRADVS denique iste fratrem habebat sibi hostem, cui *Gotefridus* adhaeserat, *Hainricum* nomine, qui, ut uidit, quod fratri obsistere non posset, ad regem *Hungariae* se contulit, qui iussit in die Parasceues ei *carnes* decoctas apponere; quo haerente rex ait: minus peccatum est iis uesci, quam contra *Christum Domini* & contra proprium fratrem conspirare. Et tantum de *urbis restitutione*. *Comменta de* BVRGGR.

CAP. XVI.

De SS. RELIQVIIS, *quae modo* Neronbergae *reseruantur & restauratione huius ciuitatis & aedificiis & fundatione nobilis Abbatiae S.* AEGIDII *& eiusdem Praelatis &* CVNRADI *imperatoris bene meritis & de certis*

DVCIBVS, *praesertim de* NASSAV *&* *eorum* insigniis *seu armis & praesertim* SCHWABFELD *& etiam huius ciuitatis & monasterii* HEILBRONN.

S. BERNHARDVS *cultor S. R. I.* reliquiarum.

S. *Bernhardus* Abbas regi Cunrado familiarissimus fuit eumque ad incrementa uirtutum salutaribus monitis induxit; unde *& sacras reliquias imperiales*, quae, ut saepius diximus, nunc Newronbergae seruantur, summo amore amplectens, exornare studuit. Nam CRVCEM illam magnam fieri fecit, in quam inclusit *lanceam, clauum*, ac magnam sacratissimae *crucis* partem, sicque, uti fortissimum refugium, secum contra *infideles* in aciem duxit hostesque uelut murum penetrauit. Insculpsit autem hoc epigramma praefatae cruci ut hodie cernitur:

Quibus fugati hostes.

Ecce crucem Domini fugiat pars hostis iniqua,
Hinc CONRADE *tibi cedant omnes inimici.*

S. OTTO *Bambergensis consultor Scoticorum coenobiorum.*

§. II. Erat circa illa tempora in humanis Otto, Bambergensis *sanctissimus episcopus*, ad quem *B. Marianus Scotigena* ex Ratisbona ueniens, eo mediante, monasterium in *Würzburg Scotorum* constituit, sed, cum quidam DVX SVEVIAE graue homicidium perpetrasset regemque offensum haberet, mediante domina *Flora* regina & uxore *Cunradi* pro satisfactione, monasterium *Scotorum*

rum per eundem *Marianum* prope *Memmingen* exſtruxit.

§. III. Cum autem, ut diximus, Cunradus rex ſic regno recuperaſſet *caſtrum* & *ciuitatem*, coepit eam mirifice excolere & circa *capellam S. Martini* & plateam, ſeu uicum longum lateribus *coctis aedificia* conſtruere, nec non *hortos* circa collem *Ponerberg* & pro conſeruatione armorum arcas erigere.

CVNRADI *inſtauratio Norib ergae.*

§. IV. Porro *nobiles*, *comites* & *barones*, diuerſique *aulici* trans Pegnicium proprias curas aedificavere, maxime cum *negotia regni* Cunradus ibidem tractaret. *Regina* autem FLORA contraxerat notitiam & familiaritatem cum *Mariano abbate* & ex eius perſuaſione induxit regem, ut monaſterium ordinis almi *Benedicti* de propriis facultatibus in ciuitate exſtrueret, quod deuotus rex deuotiſſime impleuit & *Marianus* illuc primum *abbatem* charum ſuum diſcipulum dedit. Erant tunc *Scottigenae* deuotiſſimi ac religionis Zelatores eximii. Vnde quaedam loca eis adſignata fuerunt. Poſt uero ob eorum praeruptam declinationem & *laſciuam uitam* iure eisdem ſpoliati ſunt. Monaſterium denique & abbatia in honorem S. EGIDII conſecratur, hodie deuotiſſimis fratribus refertum, quorum in *temporalibus* conſeruatores ſunt *proconſules* & e contra ipſi fratres cum *abbate protecto-*

Incolae Noribergae COMITES S. R. I.

Coenobium S. Benedicti.

S. AEGIDII *coenobium.*

 res

res consulum & ciuitatis, orando multum pro populo & ciuitate ipsa. *Caro* ABBATI successit *Decianus*, qui iuxta *S. Martini sacellum* ecclesiam in modo *crucis* quadro lapide, ut hodie cernitur, exstruxit.

S. MARTINI *sacellum.*

§. V. *Cunradus* igitur, cum laudabiliter regni gubernacula tenuisset, decessit, pro beato habitus, *Bambergae sepultus*, ut dicunt; quamuis uiderim testam capitis eius diademate ornatum in FVLDENSI monasterio; denique de istis dictis in praesenti capitulo, extat LIBER RATISBONAE in monasterio *Scotorum* S. Iacobi, Scotigena uerbositate satis diffusus, optarem itaque, ut maior esset & fama & memoria penes *Newronbergenses* huius *Conradi*, utpote *restauratoris*.

CVNRADVS *num* Bambergae *sepultus, an* Fuldae?

§. VI. MANVEL *Constantinopolit. imperator* tunc in humanis fuit, cuius uxor filia comitis de *Sultzbach graecum Psalterium* cum marmoribus raris monasterium *castellorum* ornauit. Arma uero imperatoris sunt *ala alba volucris* cum *gladio*. Potentes erant tunc duces de *Prawneck*, quorum castra comites de *Hohenloh*, aliaque bona diuersa occuparunt. Et etiam Landgrauii de *Steffingen*, comites de *Nassau*, *Newronberg*, *Swabach* & quae circa sunt possidentes. Porro castri & totius etiam prouinciae dictae *Swabfeld*, modo *Swanfeld*, arma erant *clypeus albus* in fundamento per totum,

Arma imperatoris.

C. de Prauneck.

C. de Hohenlohe.

Schwabfeld *arma.*

tum, habens *tres interliniciones rubeas*. Ex quo clypeo prouinciae partem *ciuitas* retinuit, in altera parte *aquilam mediam* depingendo. Idem fecerunt & certi circa ciuitatem nobiles barones de *Grundlach*, adiicientes *leonem* pro alia parte & dicti de *Schlüsselfeld*.

Insignia Norica.

de Grundlach.

de Schlusselfeld.

§. VII. Nec mirum cum & Burggrauiatus circa *leonem nigrum* his coloribus suum clypeum exornet; & prouincia tota *Sueuorum* medium *album*, alia parte habeat *rubeum* clypeum. Augustenses uero uindelici etiam ad differentiam *pyrae* formam impingunt. Haec arma hodie *ciuitas detinet* speciali pro signo, de aliis suo loco dicemus. Hoc etiam tempore HAILBRONN fundatum fuit, uidelicet 1132. anno.

BVRGGRAVIORVM INSIGNIA.

Hailsbron.

CAP. XVII.

De Friderico I. Barbarossa & quali praeconio tunc ista ciuitas clarescebat & quae sub eodem gesta sunt.

FRIDERICVS I. Barbarossa, Germanus D. Cunradi, electus a principibus, coepit regnare a partu uirgineo 1155. confestimque intrauit *Italiam*, *Derdonam*, *Romam*, *Cremonam*, *Mediolanum*, *Papiam*, *Iconiam* uastauit, uel destruxit, multa bona & antiquorum *thesauros* abstulit. *Trium regum* corpo-

FRIDERICVS I. *in* Italiam *tendit.*

Inde TRIVM REGVM *reliquiae.*

corpora & aliorum ſanctorum in Alemanniam tranſtulit ſibique nomen in toto *Heſperia militum* & perpetuum fecit magisque *Italiae opibus* infeſtus, quam Germaniae prouinciae.

Eius character.

§. II. *Magnanimus*, *largus*, *ſtrenuus* atque *foecundus*, ac in omnibus ſemper *glorioſus*, niſi quod ſe contra *Alexandrum Papam* & ſuos ſucceſſores ſatis pertinaciter oppoſuit. Hic Fridericus I. uolens intrare, ut diximus,

Comitia Noribergae *ad decernendum iter in Italiam.*

Italiam, *curiam* indixit omnibus principibus regni in iam inſtauratam *ciuitatem Newrobergam*, cuius nomen tunc inclitum erat, ob ſeruatam fidem *Hainrico ſeniori*. Illucque rurſus familiae diuerſae congregatae erant. Inter quas notabiles uiri ac ſpectatae uirtutis erant.

Comites itineris.

§. III. Habuit in exercitu ſuo Ockarum, quem regem *Bohemiae* prius ibidem creauerat & Regnaldum Archiepiſcopum *Coloniae*, Ottonem *Palatinum*, *Fridericum ducem* filium Cunradi *regis*, *uires* denique *totius Germaniae*, ſicque *Italiam* intrauit.

LIBRI FEVDORVM *auctor.*

§. IV. Poſt ibidem aggregauit & fecit *librum feudorum* pro parte, ſummaque cum ignominia ciuitatem *Mediolanum* tertio ſolo adaequauit.

Redux in Germaniam.

§. V. Dum igitur ex Italia reuerſus fuiſſet, rurſus in ſuum Aſylum inclitam *Newronbergam* ſe contulit, ubi *generale collegium* principibus indixit. Conueniunt illuc tam noſtrae

ſtrae nationis, quam triplicis *Galliae*, *Angliae*, *Hiſpaniae*, *Poloniae*, *Saxoniae*, *Vngariae*, *Italiae*, *Slauoniae principes*, cum quibus tractauit de pace & concordia totius chriſtianitatis, uolens ſe cum eis diſponere ad generale paſſagium & in propria perſona *terram ſanctam* aggredi. Facta eſt congregatio principum an. 1137. quae omnia clarius ſcribit *Otto Friſingenſis* in ſua Chronica.

Noriberga comitia cogit.

§. VI. Concluſa denique *in publicas literas* redegit, quae ut hiſtoria Sueuorum tradit, *Fried-brief* dicuntur. Quarum literarum tenor ita ſonat:

FRIDERICI I. *decreta relata in* litteras.

FRIDERICVS, Dei gratia Rom. imperator ſemper auguſtus &c. Decet fidelitati noſtrae tempora generali populorum prouinciarumque tranquillitati circumſpectionis ſtudio prouideri &c. ut dum &c. Finis uero ita ſonat: *Noſtrae perpetuae indignationis ſit reus, fiat, fiat. Actum Nurnberg in praeſentia principum, conſilio & conſenſu eorum. Anno incarnationis 1137. tertio Calendas Ianuarii.*

§. VII. Totum tenorem habes in HISTORIA SVEVORVM, ſtylum quidem noſtro tempore ſatis inconſuetum tenet litera, ex quo & *antiquitas* conſideratur. Ex dictis patet, ciuitatem tunc ita reſtitutam, ut inter *oppida imperialia* iam praeemineret, ubi tot principes chriſtianitatis congregati

Quarum ſpecimen in hiſtoria Sueuorum.

ſunt. Vidi etiam quarundam *Bullarum* tenorem, in fine cuiusdam *Euſebii Auguſtae*, quae ſonant, qualiter idem Fridericus *Ducatum Bohemiae* in *regnum* & *marchionatum Auſtriae* in ducatum hic erexerit.

CAP. XVIII.

De HAINRICO *V. alias VI. & quodam mercatore Nieronbergenſi per eundem ad ſuum ſtatum facile reductum.*

HAINRICVS VI. *ducit monialem.*

HAINRICVS V. alias VI. de ſtirpe *diui Friderici* ſucceſſit, & a *Coeleſtino* papa coronatur. Praeclara geſſit Romae & in Italia, ubi *monacham* in uxorem duxit de *conſenſu Papae*, per quam regnum *Siciliae* obtinuit. Quo tempore *Ioachim abbas* prophetias ſuas edidit.

Ioachimi *prophetiae.*

Hiſtoriola

§. II. Fuit natura homo iſte Hainricus *laetus*, unde legiſſe me de eo memini: quod, *habita conuocatione principum Newronbergae*, quidem mercator prae diues factus, ſtatuit ſequi *curiam imperatoris*, ut *inſignia nobilitatis* degener animo poſſit acquirere literis duntaxat. Poſthabitis itaque lucris, lucrata diſpertiebatur, unde a proceribus *adulationes emebat*: Caeſar quoque uidebatur pie eum affari. Tandem *crumena exſtauſta* ſqualore afficitur, obſitus pannis & annis, triſtis & dimiſſa barba incidebat.

Tan-

Tandem conſiderans *Caeſar* uiri triſtitiam, eum affatur: *Fidelis*, inquit, *dilecte, hactenus te uidimus periucundum in curia noſtra, cur ergo, quaeſumus, ſolito triſtior? fretus tamen noſtro fauore incedis?* Ad quem pauper rebus, *fortunae me*, inquiens, *ſaeuitiae ad ultimam ſentinam paupertatis trahit, nec minus rebus, ſed ut ſolet, amicis priuauit: in ea re duntaxat laudanda, quod ſecreuit tales.* Adhaec Caeſar: *Forſitan nos eclogio illo notare uis*, en tranquillo in te & nunc animo ſimus cum alii ſpernant. Subueniam ergo, ut decet, dicito quo caſu *laeſa* ſit tua *ſubſtantia?* ait ille, *Seruis meis, ut allec emerent circa Oceanum & Francis Noricisque inueherent iuſſi; quo autem duplex commodum fieret, illud Alſatica Franconiaque uina transmitterent.* Actum eſt. At *allec* allatum *de Rheni* partibus, ut nauci penderetur meum; *Vinumque frigore* ac aquaticum limpaticumque factum ſpretum eſt ab incolis maris Bohemiticaque plebe. *Equos* cum inſtrumentis hoſpites pro tabernicis expenſis detinuere. Imperator in iocum effuſus, ſi hac uia, o amice! tua negotia non procedunt, contraria attentanda eſt; *accipe decem millia de aerario noſtro aureorum, uehicula diſponere, allec ad ſuum locum reducito, uinaque reuehito.* Adiuratus ſtolidus iuſſa principis captat & contigit eo anno, oceanum *obriguiſſe glacie*, ut nul-

de mercatore Noribergenſi

adpetente teſſeram nobilitas.

Caſus illius in nundinatione 1] uinorum 2] halecum.

mens a diuo BERNHARDO multum dilectus, eligitur. De corona imperiali parum curans, quia apostolici *stirpem* illam *oderant*, contra tamen *Saracenos* praeclara gessit. Mox ut adeptus est imperium, statuit recuperare *Castrum*, hic & instaurare ciuitatem NEWRONBERGAM, unde per edictum uocauit *Gotefridum* praefectum ad curiam. Qui ueritus potestatem Caesaris, mediantibus aliis principibus, castrum cum semistructa ciuitate *Cunrado* tradidit.

Instaurator Noribergae.

Castri deditio.

Testimonium singulare de CASTRO *reddito*

§. IV. Denique in libris *Eusebii* per *Noricorum* fines dispersis & praesertim in *Amberga* & *Enzdorf*, ita habes: *A. 1131. Gotefridus supra nominatus, Regi nostro reconciliatus oppidum illud* NEWRONBERGAE *egregium, a regno iuste subtractum, iuste restituit & sponte inclinatus, gratiam per hoc eius promeruit.* Ecce o Aemuli ex antiquo Codice *Eusebii* fuisse egregium, etiam mox post illam deuastationem. Erat tunc & fuerat consuetudo imperatorum, *Feuda circa ciuitatem ad regnum spectantia committere alicui, quem praefectum nominabant & pro eo* PARVVM *fortalitium fuit iuxta* CASTRVM IMPERIALE *constructum, illudque ad nutum amouebat, eadem denique praefectura in stirpibus ac praeclaris familiis ab antiquis nobilibus dependentibus, diuersis, fuit jam illius post alterius, qui & certos fundos in fundo imperiali, hereditario iure possidebant, ciuilique*

& Burggrauiatus ratione.

lique iure in ciuitate habitabant. Congregabat denique idem praefectus, quae publico imperiali *aerario*, per *Alemanniam* inferri iusserat. Quod officium tandem quasi hereditarium fieri coepit, paulatim, dum priuata commoda *Praefecti* quaererent, donec *tarde* licet, BVRGGRAVII dicti sunt. *Officia* uero *ciuitatis* per industriam ciuium in ius & potestatem reipublicae traducta per *Deputatos* administrabantur. Praefecti tamen modo ac *Burggrauii* potestas *intra moenia urbis* omnino *abolita* est. CVNRADVS denique iste fratrem habebat sibi hostem, cui *Gotefridus* adhaeserat, *Hainricum* nomine, qui, ut uidit, quod fratri obsistere non posset, ad regem *Hungariae* se contulit, qui iussit in die Parasceues ei *carnes* decoctas apponere; quo haerente rex ait: minus peccatum est iis uesci, quam contra *Christum Domini* & contra proprium fratrem conspirare. Et tantum de *urbis restitutione*.

Commenta de BVRGGR.

CAP. XVI.

De SS. RELIQVIIS, *quae modo* Neronbergae *reseruantur & restauratione huius ciuitatis & aedificiis & fundatione nobilis Abbatiae S.* AEGIDII *& eiusdem Praelatis &* CVNRADI *imperatoris bene meritis & de certis* DVCI-

DVCIBVS, *praesertim de* NASSAV *&* *eorum* insigniis *seu armis & praesertim* SCHWABFELD *& etiam huius ciuitatis & monasterii* HEILBRONN.

S. BERNHARDVS *cultor S.R.I.* reliquiarum.

S. *Bernhardus* Abbas regi Cunrado familiarissimus fuit eumque ad incrementa uirtutum salutaribus monitis induxit; unde *& sacras reliquias imperiales*, quae, ut saepius diximus, nunc Newronbergae seruantur, summo amore amplectens, exornare studuit. Nam CRVCEM illam magnam fieri fecit, in quam inclusit *lanceam*, *clauum*, ac magnam sacratissimae *crucis* partem, sicque, uti fortissimum refugium, secum contra *infideles* in aciem duxit hostesque uelut murum penetrauit. Insculpsit autem hoc epigramma praefatae cruci ut hodie cernitur:

Quibus fugati hostes.

Ecce crucem Domini fugiat pars hostis iniqua,
Hinc CONRADE *tibi cedant omnes inimici.*

S. OTTO *Bambergensis confultor Scoticorum coenobiorum.*

§. II. Erat circa illa tempora in humanis Otto, Bambergensis *sanctissimus episcopus*, ad quem *B. Marianus Scotigena* ex Ratisbona ueniens, eo mediante, monasterium in *Würzburg Scotorum* constituit, sed, cum quidam DVX SVEVIAE graue homicidium perpetrasset regemque offensum haberet, mediante domina *Flora* regina & uxore *Cunradi* pro satisfactione, monasterium *Scotorum*

rum per eundem *Marianum* prope *Memmingen* exſtruxit.

§. III. Cum autem, ut diximus, Cunradus rex ſic regno recuperaſſet *caſtrum* & *ciuitatem*, coepit eam mirifice excolere & circa *capellam S. Martini* & plateam, ſeu uicum longum lateribus *coctis aedificia* conſtruere, nec non *hortos* circa collem *Ponerberg* & pro conſeruatione armorum arcas erigere.

CVNRADI *inſtauratio Norībergae.*

§. IV. Porro *nobiles*, *comites* & *barones*, diuerſique *aulici* trans Pegnicium proprias curas aedificavere, maxime cum *negotia regni* Cunradus ibidem tractaret. *Regina* autem FLORA contraxerat notitiam & familiaritatem cum *Mariano abbate* & ex eius perſuaſione induxit regem, ut monaſterium ordinis almi *Benedicti* de propriis facultatibus in ciuitate exſtrueret, quod deuotus rex deuotiſſime impleuit & *Marianus* illuc primum *abbatem* charum ſuum diſcipulum dedit. Erant tunc *Scottigenae* deuotiſſimi ac religionis Zelatores eximii. Vnde quaedam loca eis adſignata fuerunt. Poſt uero ob eorum praeruptam declinationem & *laſciuam uitam* iure eisdem ſpoliati ſunt. Monaſterium denique & abbatia in honorem S. EGIDII conſecratur, hodie deuotiſſimis fratribus refertum, quorum in *temporalibus* conſeruatores ſunt *proconſules* & e contra ipſi fratres cum *abbate protectores*

Incolae Noribergae COMITES S. R. I.

Coenobium S. Benedicti.

S. AEGIDII *coenobium.*

res consulum & ciuitatis, orando multum pro populo & ciuitate ipsa. *Caro ABBATI* successit *Decianus*, qui iuxta *S. Martini sacellum* ecclesiam in modo *crucis* quadro lapide, ut hodie cernitur, exstruxit.

S. MARTINI *sacellum*.

CVNRADVS *num* Bambergae *sepultus, an* Fuldae?

§. V. *Cunradus* igitur, cum laudabiliter regni gubernacula tenuisset, decessit, pro beato habitus, *Bambergae sepultus*, ut dicunt, quamuis uiderim testam capitis eius diademate ornatum in FVLDENSI monasterio; denique de istis dictis in praesenti capitulo, extat LIBER RATISBONAE in monasterio *Scotorum* S. Iacobi, Scotigena uerbositate satis diffusus, optarem itaque, ut maior esset & fama & memoria penes *Newronbergenses* huius *Conradi*, utpote *restauratoris*.

Arma imperatoris.

§. VI. *MANVEL Constantinopolit. imperator* tunc in humanis fuit, cuius uxor filia comitis de *Sultzbach graecum Psalterium* cum marmoribus raris monasterium *castellorum* ornauit. Arma uero imperatoris sunt *ala alba volucris* cum *gladio*. Potentes erant tunc duces de *Prawneck*, quorum castra comites de *Hohenloh*, aliaque bona diuersa occuparunt. Et etiam Landgrauii de *Steffingen*, comites de *Nassau*, *Newronberg*, *Swabach* & quae circa sunt possidentes. Porro castri & totius etiam prouinciae dictae *Swabfeld*, modo *Swanfeld*, arma erant *clypeus albus* in fundamento per totum,

C. *de* Prauneck.

C. *de* Hohenlohe.

Schwabfeld *arma*.

tum, habens *tres interliniciones rubeas*. Ex quo clypeo prouinciae partem *ciuitas* retinuit, in altera parte *aquilam mediam* depingendo. Idem fecerunt & certi circa ciuitatem nobiles barones de *Grundlach*, adiicientes *leonem* pro alia parte & dicti de *Schlüsselfeld*. *Insignia* Norica. *de Grundlach.* *de Schlusselfeld.*

§. VII. Nec mirum cum & Burggrauiatus circa *leonem nigrum* his coloribus suum clypeum exornet; & prouincia tota *Sueuorum* medium *album*, alia parte habeat *rubeum* clypeum. Augustenses uero uindelici etiam ad differentiam *pyrae* formam impingunt. Haec arma hodie *ciuitas detinet* speciali pro signo, de aliis suo loco dicemus. Hoc etiam tempore HAILBRONN fundatum fuit, uidelicet 1132. anno. BVRGGRAVIORVM INSIGNIA. *Hailsbron.*

CAP. XVII.

De Friderico I. Barbarossa & quali praeconio tunc ista ciuitas clarescebat & quae sub eodem gesta sunt.

FRIDERICVS I. Barbarossa, Germanus D. Cunradi, electus a principibus, coepit regnare a partu uirgineo 1155. confestimque intrauit *Italiam*, *Derdonam*, *Romam*, *Cremonam*, *Mediolanum*, *Papiam*, *Iconiam* uastauit, uel destruxit, multa bona & antiquorum *thesauros* abstulit. *Trium regum* corpo- FRIDERICVS I. *in* Italiam *tendit.* *Inde* TRIVM REGVM *reliquiae.*

corpora & aliorum ſanctorum in Alemanniam transtulit ſibique nomen in toto *Heſperia militum* & perpetuum fecit magisque *Italiae opibus* infeſtus, quam Germaniae prouinciae.

Eius character.

§. II. *Magnanimus*, *largus*, *ſtrenuus* atque *foecundus*, ac in omnibus ſemper *glorioſus*, niſi quod ſe contra *Alexandrum Papam* & ſuos ſucceſſores ſatis pertinaciter oppoſuit. Hic Fridericus I. uolens intrare, ut diximus, *Italiam*, *curiam* indixit omnibus principibus regni in iam inſtauratam *ciuitatem Newrobergam*, cuius nomen tunc inclitum erat, ob ſeruatam fidem *Hainrico ſeniori*. Illucque rurſus familiae diuerſae congregatae erant. Inter quas notabiles uiri ac ſpectatae uirtutis erant.

Comitia Noribergae *ad decernendum iter in Italiam.*

Comites itineris.

§. III. Habuit in exercitu ſuo Ockarum, quem regem *Bohemiae* prius ibidem creauerat & Regnaldum Archiepiſcopum *Coloniae*, Ottonem *Palatinum*, *Fridericum ducem* filium Cunradi *regis*, *uires* denique *totius Germaniae*, ſicque *Italiam* intrauit.

LIBRI FEVDORVM *auctor.*

§. IV. Poſt ibidem aggregauit & fecit *librum feudorum* pro parte, ſummaque cum ignominia ciuitatem *Mediolanum* tertio ſolo adaequauit.

Redux in Germaniam.

§. V. Dum igitur ex Italia reuerſus fuiſſet, rurſus in ſuum Aſylum inclitam *Newronbergam* ſe contulit, ubi *generale collegium* principibus indixit. Conueniunt illuc tam noſtrae

ſtrae nationis, quam triplicis *Galliae*, *Anagliae*, *Hiſpaniae*, *Poloniae*, *Saxoniae*, *Vngariae*, *Italiae*, *Slauoniae principes*, cum quibus tractauit de pace & concordia totius chriſtianitatis, uolens ſe cum eis diſponere ad generale paſſagium & in propria perſona *terram ſanctam* aggredi. Facta eſt congregatio principum an. 1137. quae omnia clarius ſcribit *Otto Friſingenſis* in ſua Chronica.

Noriberga comitia cogit.

§. VI. Concluſa denique *in publicas literas* redegit, quae ut hiſtoria Sueuorum tradit, *Fried-brief* dicuntur. Quarum literarum tenor ita ſonat:

FRIDERICI I. *decreta relata in* litteras.

FRIDERICVS, Dei gratia Rom. imperator ſemper auguſtus &c. Decet fidelitati noſtrae tempora generali populorum prouinciarumque tranquillitati circumſpectionis ſtudio prouideri &c. ut dum &c. Finis uero ita ſonat: *Noſtrae perpetuae indignationis ſit reus, fiat, fiat. Actum Nurnberg in praeſentia principum, conſilio & conſenſu eorum. Anno incarnationis 1137. tertio Calendas Ianuarii.*

§. VII. Totum tenorem habes in HISTORIA SVEVORVM, ſtylum quidem noſtro tempore ſatis inconſuetum tenet litera, ex quo & *antiquitas* conſideratur. Ex dictis patet, ciuitatem tunc ita reſtitutam, ut inter *oppida imperialia* iam praeemineret, ubi tot principes chriſtianitatis congregati

Quarum ſpecimen in hiſtoria Sueuorum.

ſunt. Vidi etiam quarundam *Bullarum* tenorem, in fine cuiusdam *Euſebii Auguſtae*, quae ſonant, qualiter idem Fridericus *Ducatum Bohemiae* in *regnum* & *marchionatum Auſtriae* in ducatum hic erexerit.

CAP. XVIII.

De HAINRICO *V. alias VI. & quodam mercatore Nieronbergenſi per eundem ad ſuum ſtatum facile reductum.*

HEINRICVS VI. *ducit* monialem.

HAINRICVS V. alias VI. de ſtirpe *diui Friderici* ſucceſſit, & a *Coeleſtino* papa coronatur. Praeclara geſſit Romae & in Italia, ubi *monacham* in uxorem duxit de *conſenſu Papae*, per quam regnum *Siciliae* obtinuit. Quo tempore *Ioachim abbas* prophetias ſuas edidit.

Ioachimi *prophetiae.*

Hiſtoriola

§. II. Fuit natura homo iſte Hainricus *laetus*, unde legiſſe me de eo memini: quod, *habita conuocatione principum Newronbergae*, quidem mercator prae diues factus, ſtatuit ſequi *curiam imperatoris*, ut *inſignia nobilitatis* degener animo poſſit acquirere literis duntaxat. Poſthabitis itaque lucris, lucrata diſpertiebatur, unde a proceribus *adulationes emebat*: Caeſar quoque uidebatur pie eum affari. Tandem *crumena exſtauſta* ſqualore afficitur, obſitus pannis & annis, triſtis & dimiſſa barba incidebat.

Tan-

Tandem confiderans *Caesar* uiri triſtitiam, eum affatur: *Fidelis*, inquit, *dilecte, hactenus te uidimus periucundum in curia noſtra, cur ergo, quaeſumus, ſolito triſtior? fretus tamen noſtro fauore incedis?* Ad quem pauper rebus, *fortunae me*, inquiens, *ſaeuitiae ad ultimam ſentinam paupertatis trahit, nec minus rebus, ſed ut ſolet, amicis priuauit: in ea re duntaxat laudanda, quod ſecreuit tales.* Adhaec Caeſar: *Forſitan nos eclogio illo notare uis*, en tranquillo in te & nunc animo ſimus cum alii ſpernant. Subueniam ergo, ut decet, dicito quo caſu *laeſa* ſit tua *ſubſtantia?* ait ille, *Seruis meis, ut allec emerent circa Oceanum & Francis Noricisque inueherent iuſſi; quo autem duplex commodum fieret, illud Alſatica Franconiaque uina transmitterent.* Actum eſt. At *allec* allatum *de Rheni* partibus, ut nauci penderetur meum; *Vinumque frigore* ac aquaticum limpaticumque factum ſpretum eſt ab incolis maris Bohemiticaque plebe. *Equos* cum inſtrumentis hoſpites pro tabernicis expenſis detinuere. Imperator in iocum effuſus, ſi hac uia, o amice! tua negotia non procedunt, contraria attentanda eſt; *accipe decem millia de aerario noſtro aureorum, uehicula diſponere, allec ad ſuum locum reducito, uinaque reuehito.* Adiuratus ſtolidus iuſſa principis captat & contigit eo anno, oceanum *obriguiſſe glacie*, ut nulla

de mercatore Noribergenſi

adpetente teſſeram nobilitas.

Caſus illius in nundinatione 1] uinorum 2] halecum.

la captura fieret, vinaque reducta cariſſima fore, quia nedum botri, ſed uiles inriguerant; & tam *uinum* quam *allec* ſuo in natali cariori pretio uendi. Quo facto Caeſar ciuem hortatur, ut ſua fortuna contentus, *gentilicio more* uitam agat, uictumque per ſe, non famulos & homines trium literarum quaerat.

Edictum Caeſaris, ut a uanitate deſiſtat.

CAP. XIX.

De PHILIPPO *rege & geſtis tunc a Papis & de duobus coenobiis ordinum S.* DOMINICI *&* FRANCISCI *hic fundatis, deinde* HEREMITARVM S. AVGVSTINI *ac* CARMELITARVM *& per ciues prouiſione.*

PHILIPPO imperatori.

CUm igitur deceſſiſſet Hainricus iſte V. uel ſecundum alium computum VI. apoſtolicus & omnes Itali ſumma diligentia conabantur impedire, nec de ſtirpe *ducum Sueuiae* de coetero aliquis eligeretur. Quia priores *Hainrici* & etiam *Fridericus* cum quarto *Hainrico* omnes praeclaras res fecerant in *Italia*, armata manu cum potentia intrantes. Vnde cum PHILIPPVS, frater iſtius Hainrici electus per Germaniae Principes *Seniores* eſſet, qui fuerat TVTOR filii fratris inſtitutus & ſe de imperio intromitteret forti manu. Innocentius Papa OTTONEM ducem SAXONIAE a quibusdam electum

Papa excitat

anti-caeſarem OTTO

ctum acceptauit, coronauit & mox excommunicauit, & regno priuauit, eo quod se Romae de imperialibus seu certo ecclesiae rebus nimis intromitteret.

§. II. Noueris, o lector! quod *Italici* aegre semper tulerunt, quod eis sublatum fuit imperium, ac *Germanis* traditum; unde & *Caesarum* facta *deprimunt* nostrorum & nisi *compulsi* laudes minime conscribunt; nacta etiam occasione *uituperia* ingerunt. Vnde nec hunc praeclarum PHILIPPVM caesarem, qui vix pace quaesita *nouem annos* regnauit, nec OTTONEM, de quo diximus, in numero imperatorum ponunt. *Iudicium de genio* ITALORVM.

§. III. Temporibus istis *Dominicus Praedicatorum* Franciscus *Minorum* statuta ac regulas suis fratribus dant. Erat autem tunc ciuitas haec in tanta potentia, ut nondum a confirmatione *ordinis Praedicatorum* XL. annis elapsis fundaretur conuentus ipsorum, quodam praepotente *ciue*, WINCKLER dicto, fundum praebente. Paulo post comes de NASSAV spatium terrae ultra Pegnitium *fratribus minoribus* assignauit, qui duo conuentus religione ac scientia literarum proficiscentes, multos illustres viros protulerunt, insignes scriptis ac publicis declamationibus, per orbem etiam fama notos doctores, uidelicet inter alios multos F. Ioannem NYDER, RAYMVNDVM beatum virum, qui Innocentium attulit reliquias locumque COENOBIA *condit unus ciuis* WINKLER. *Inde uiri celebres.*

que in melius reformauit. Autorem quoque HOROLOGII diuinae ſapientia & alios plures. *Carmelitarum* etiam conuentus inſtituit, qui ordo ab *Alberto Patriarcha* Hieroſolymitano in *Carmelo* monte inſtitutus, quem poſtéa Honorius III. confirmauit ſub titulum fratris B. Virginis. Porro *Auguſtinenſes*, qui *Heremitani* dicuntur, a D. *Auguſtino* inſtituti in *Heremo*, poſt in *ciuitatem* translati ſub Alexandro IV. etiam ibidem conuentum deuotis fratribus refertum habent, qui olim circa partem, quae ad occidentales *Francos* ducit, locum habuerunt. Ciues vero idcirco iſtos conuentus fratrum inſtituerunt, ut *collabentem religionem* per eos erigerent, utque *quatuor flumina Paradiſi* ciuitatem irrigarent, vita, doctrina & orationibus. Curant denique hodie ciues eis deputare *patronos* & potioribus, qui curam gerunt, ut olla communis omnibus non patiatur penuriam & *mendicantibus* depellatur egeſtas.

De Carmelitis.

Auguſtinenſibus.

S. ordinibus fauent Noribergenſes.

CAP. XX.

De FRIDERICO II. *& geſtis & de vacatione imperii, quod* INTERREGNVM *dicitur & concluſio primae partis huius exarationis.*

SUccedit FRIDERICVS II. uir magnanimus

& in

& in rebus arduis auo Friderico similis, sub quo *Guelforum* & *Gibellorum* sectae primo in castro *Nerisheim*, prope oppidum *Norlingen* a duobus fratribus sumpsere exordium, post usque in hodiernum diem *Italiam* deuastant, scribentiumque de duobus gladiis ingenia exercent. GVELF *Papae* fauebat, GIBEL *imperatori*. Historiae de his plenae sunt.

Fridericus II. unde studia Guelforum & Gibellorum.

§. II. FRIDERICO illo defuncto, VACAVIT imperium annis XXIII. eo quod apostolica sedes *ad se uidebatur iura imperii trahere:* & econtra apostolici conquerebantur imperatores *patrimonium Petri* usurpare. Videntes igitur principes *Germaniae* oriri tot scandala ac pericula animarum propter discordias capitum, cessauerunt per tot annos ab *electione Caesaris*, faciebatque quilibet, qui saltem poterat, quod libebat, funestaque facies erat christianitatis, nec sedi apostolicae sua priuilegia ab *Italis* seruabantur, nec erant imperatores, qui succurrerent. Nos in ea illud re tenentes, quod *sancta Dei ecclesia probant*, uolentes clarius scire, ad *chronicarum authores* remittimus.

INTERREGNVM *cuius causam tribui Papae.*

§. III. Fatigati ergo hic *primam partem* tam scribendo, quam dictando concludimus, in anno gratiae 1272. Interregni, ut Itali dicunt, hoc est, vacantis imperii 23. praesidente Romae GREGORIO X. ducante Venetiis Iacobo CONTARENO, temporibus *Synodi Lugdunensis*. Ex-

Finis primae partis.

Exaratio rerum gestarum inclitae ciuitatis *Newronbergensis* in sua prima parte feliciter conclusa, tenet annos 1300. usque ad *Rudolphum caesarem*.

Incipiunt capitula SECVNDAE PARTIS & primo rubrica CAPITVLI I.

De RVDOLPHO *Comite de* HABSPVRG *& eius electione ad imperium & origine* SVITENSIVM.

RVDOLFVS I. *C. de Habsburg.*

VAcantis imperii nubilosa tempora, quae *interregnum* ab Italis nominantur, taedio affecti miseri status ecclesiae, transilientes ad Romani imperii regem RVDOLPHVM nobilissimum comitem, quem *Commarcham* appellant, Cornubiaeque comitem de *Habspurg* nominatum accedamus. Is praeclarus uir dominabatur in his partibus, quae *Suecia* a *Suecis* dicitur.

SVIZENSIS. *Origo commentitia* Suizerorum

§. II. Quoniam *Suetensium* seu *Suetorum* aduentus in montes factus fuit, sub *Attila* Hunnorum rege. Nam duo fratres *Suiter* & *Senner* cum uxoribus, filiis & suppellectili exercitus *Attilae* relicti in his locis, in quibus se de facili tueri possent a *Germanis*, ibidem *Attila* suffocato in proprio sanguine remanserunt. Acta sunt haec anno

no gratiae quadringentesimo quarto. SWITER porro ac *Senner* inter se diuisi, *Switer* ualles ac *Senner* montes cum animalibus occuparunt. Vnde & hodie *Senn* dicuntur pascualia montana apud eos. Tandem quia omnis maiestas impatiens consortis est, maduerunt fraterno sanguine agri. Nam *Senner* a *Switero* fratre obtruncatus est. In his partibus erat circa Rheni caput usque ad Lacum Brigantinum, qui modo *Bodiacus*, a uilla *Potten* adiacente dicitur, permanserunt; de his locis etiam STRABO, qui dicit, hos montes mediocriter altos, Lacumque attinere ad *Hircyniam* syluam, quae modo nigra appellatur.

§. III. Erat autem Rudolphus in armis strenuus & bellicis rebus a pueritia assuetus, nihilque ei deerat ad excellentiam laudis. Vnde cum papa *Gregorius X.* illius nominis uideret *tyrannos* in tota Italia grassari, & omnem Germaniam ab obedientia sedis apostolicae alienatam, *electores*que ob schismata maxima inter *sacerdotium & imperium* facta differre *electionem concilio Lugdunis* Galliae congregato, mandauit ex decreto concilii, cui etiam *Constantinopolitanus imperator* interfuit, electoribus, ut eligerent. RVDOLPHI *uita*.

§. IV. Qui communi & unanimo decreto uirum robustissimum corpore, pulcherrimum aspectu, consilio, magnitudine ac egre- *Habitus & inauguratio*

egregia liberalitate donatum *Rudolphum* praefatum elegerunt, decedensque mox ab obsidione *Basilienſium* Rheno, non ſine periculo ſuis rebus deuectis *Aquiſgrani* ſe contulit, & rebus ordinatis *Curiam Newronbergae* cunctis principibus indixit, LEGES toti Germaniae dedit, generali pacis reformatione facta. Fuit tunc maxima hic totius chriſtianitatis, congregatio, gratulans de tanti ac tam neceſſarii principis ſublimatione.

Comitia Noribergae.

§. V. Magna mox uirtute regem Boheminiae *Okarum* oppreſſit, quia tamen rex poſtea reconciliatus caeſari, *filiam* eius accepit. Cum principes erga eum inſtarent, ut *Italiam* ingrederetur, *Romaeque coronam imperii* benedictionemque perciperet, ipſe eos ESOPICA illudebat fabula, *vulpem non velle adire antra leonina, eo quod ueſtigia intrantium antrum, non exeuntium impreſſa cerneret.* Frequentem tamen Comeatum ſemper hic *Newronbergae* habuit. In eiusque loco etiam abſentis duces de *Nazoe imperialia* hic *tractabant iudicia.* Quae uero ſub eo geſta ſint NEWRONBERGAE, numerantur anno gratiae 1273. & circa.

Res geſtae & recuſatio itineris in Italiam.

Curia imper. Noribergae.

CAP. II.

De moribus & regimine ipſius Rudolphi regis & eius curia Nieroberga & qualiter ordinauit, quod literae uul-

uulgari theutonico scriberentur & qualiter hic factum inceperit.

FInita itaque curia maxima & conuentu *Nieronbergae*, rex Rudolphus PRAEFECTVM, qui post BVRGGRAVIVS est dictus, in paruo admodum *castro* iuxta *imperiale castrum* habitantem secum *Augustam* Vindelicam recepit, ubi totius *Venetiae*, *Lombardiae*, *Liguriae*, *Thusciae*, *Campaniae*, *Emiliae*, *Ethriae*, *Apuliae* *LEGATI AMBASCIATORES* comparuerunt, eumque ad *ultra montanos* inuitauerunt.

RVDOLFVS *ab* ordinibus Italiae *requisitus.*

Comes ei Burggrauius.

§. II. Quibus tamen absolutis & aliquibus ciuitatibus libertatem uendidit & aliquibus sub certo tributo constitutis, ut semper hactenus Itali a barbaris, ita econtra ipse ab Italis ingenio artificioso extorsit.

Indulgentia erga Italos.

§. III. Postque mox *Vlmam*, nouum tunc oppidum adiit, ex quo *Heinricum Burggrauium Nieronbergensium* cum aliis prouidis uiris misit ad *Ockarum* Bohemiae regem & *incubatorem ducatus* superioris *Pannoniae*, quae modo AVSTERIA seu AVSTRIA dicitur, ut eam postularent, caesaris nomine & authoritate, quam tamen multo cum sudore ab eo postmodum ablatam *filio suo* proprio contulit. Vnde *duces* hodie a Rudolpho descendentes, *ducatum*, prius *marchionatum* possident, ut etiam noua arma ipsius *ducatus* testantur. Nam prius tres al-

HENRICI Burggrauii *legatio in Bohemiam.*

Austria recuperata & illata familiae.

albas aquilas transuersas in flauo campo ferebant.

Curia imper. Noribergae *an.* 1285.

§. IV. Denique idem Rudolphus, cum multa imperio adiecisset suamque genealogiam mirifice sublimasset, rursus *curiam* omnium *Principum* NEWRONBERG indixit. In qua solemni decreto interposito, ut *literae contractuum*, *obligationum*, *feudorum*, *testamentorum*, omnium denique negotiorum, sicut hactenus *latine*, ex *institutione Romanorum*, ita de coetero *germanica* teutonicaque lingua dictata literis tamen rotis repertis conscriberentur, *robur* eis tribuens ac *confirmationem*. Quo factum est, ut *idioma nostrum* perpolitum inciperet fieri, *leges*, *iura*, *sacram* denique *theologiam* in eam transferri. Denique in suo imperiali *consistorio Newronbergae* notabiliores ciuitates in praeclaros euaderet oratores, qui lucide, ornate, polite, in omni genere dicendi persuadere scirent, prae coeteris tunc mortalibus. Quod *decretum*, quantum attulerit reipublicae, totius Germaniae considerationi, statui relinquendum *lectoris*. Id tamen affirmauerim, tunc *Italorum* garrulitatem dicacitatemque non minimam incepisse habere iacturam. Conclusa sunt haec hic NEWRONBERGAE, an. 1283. & plane ordinate conscripta in *monasterio Noricensi* WALBACO, quod fundatum est a Landgrauio de *Steffingen*, non inueni-

Vbi constitutio: de idiomate Germanico *in curiis Germaniae.*

Constitutio superfit in Walbacensi *coenobio.*

es

es aliquas nostro in *idiomate* literas sigillis roboratas, quae hoc tempus transcendant.

CAP. III.

De ipso RVDOLPHO *&* *ecclesia S.* LAVRENTII *& morte* ducis BAVARIAE *hic in* hastiludio *& prouida consulatur prouisione.*

RUdolphus idem certa priuilegia dedit huic felicissimae *abbatiae S. Egidii*, prout patet & multa *feuda* hinc inde mutauit, creauit & contulit *Newronbergae*. Sub eo etiam frater *Adolphi comitis* ac *curiae magistri* intrauit hic conuentum fratrum praedicatorum, qui postmodum electus est in *archiepiscopum Treuirensem*, uir fama praeclarus. Quo etiam tempore ecclesia *S. Sepulchri*, mutato titulo, beneficiis tamen ecclesiasticis remanentibus, S. LAVRENTII almi martyris dici coepit & una turris a dictis comitibus de NAZOE aedificatur, qui amplissimas ibidem tunc possessiones habebant, ubi nunc diuersa oracula. *Abbatia S. Aegidii.* *S. Laurentii*

§. II. Memorabilis tunc & quidem lamentabilis casus his temporibus hic accidit. Nam cum tempore leuitatis ante sacra *quadragesimalia* ludi exercerentur admodum periculosi, *Germanis* tamen prae coeteris assueti, quo se cum *uibratis acutisque* hastis, laxatis frenis *caballis* non *trottantibus*, *Casus in torneamentis.*

 sed

ſed (ut ita dicam) *pedibus alatis currentibus* impetant, contigit in tali ludo ſpectandae uirtutis adoleſcentem LVDOVICVM *ducem* BAVARIAE concurrere cum *barone de* HOHENLOHE, qui modo poſt deceſſum baronem de BRAVNECK comites dicuntur & eundem ducem per *guttur* ſtrangulari: oritur ingens tumultus ſeditioque inter principes BAVARIAE & ſuos, ex una & *caeſaris ſatellites* ex altera. Sed ſumma prouidentia conſulatus, qua praecauerant locatis hinc inde prius armatis, portae clauduntur, munitiora loca occupantur & uiae publicae obcatenantur, denique omnis tumultus mox ſedatur. Fuit hic iuuenis filius *Ludouici ducis*, qui monaſterium in *Werdea S. Crucis* & *Furſtenfeld* fundauit, ob necem uxoris de *Brabantia*.

BAVARIAE *ducis, proſtrati ab* HOHENLOHE *barone.*

CAP. IV.

De garrulitate Hiſtrionis *per Rudolphum regem facete illuſa & talium* GARCIONVM *cauillatione & bene geſtis ipſius regis.*

RIdiculoſum praefatis adiicimus & ſic de inclito RVDOLPHO concludamus. Cum *caeſar Newronbergae* quadam uice ſtipatus regni *baronibus* procederet, hiſtrio quidam, nunc merito ſic dictus, olim a *Heroylis Heroaldus* (ut placet En. Syluio) quos modo *curiales ruſticos* dicimus, qui proditorem tegunt

Hiſtoriola *de cognatione cum Rudolfo a ſannione ſibi adrogata*

tegunt *frizata* rusticali toga & quorum officium est, reddere ex stultis maxime insanos. Cuius officii pignus habent, dum percipiunt, auditores praebere patulas aures. Talis etiam caesarem publica statione adortus, ei *caesareum aue* ingeminauit, inquiens: *Aue*, *aue*, *consanguinee coniunctissime*, quam te opportune praestolans olim reperio, id quod res expostulat percepturus, uti fido amico conuenit, etiam mihi tribuere, ne merito rusticitatis, imo & arrogantiae possis me spernendo argui.

§. II. Ad quem nobilis RVDOLPHVS summa cum tranquillitate animi laetaque facie respondit: Mihi dilecte amice, qui melius me nosti & calculum ponere ascendentium & descendentium linearum, collaterales denique reos a te dudum suppullatos, quaeso digneris punctatim ostendere *gradum nostrae consanguinitatis*. Parens, inquit, meus tuusque *Adam*, *Eua* uero mater, qui pater, si hodie in humanis esset, cum filia tua contrahere non posset, nec Eua cum filio etiam in uiduali statu constituto. Tua autem *o Caesar!* industria nouit calculare, quid me attineas. His consideratis caesar, licet offenderetur *garrulitate nebulonis*, uolens tamen se redimere ab eo, afferte, inquit, *saccum magnum*, profecto beabo te, misere mutuo talem adeptus praestolabatur *imperiale* donum, *a Caesare eluti*

 sed

ſed non tale, ſed ut erat ipſe, accepit. Nam Caeſar *quadrantem*, quem *obulum* ſeu *hallerum* nominamus, in ſaccum iecit, dicendo: *facito tu, ut quilibet in orbe eadem linea qua nos attingis, tantum tribuat erisque praediues.*

Principum lapſus, audire ſanniones.

§. III. Inſerui hoc, ut exemplo tanti principis illud pernicioſum genus hominum a ſocietate ciuitatis ſequeſtratum, *Simeis* ante fores aſſocietur; non in publicis *conuiuiis* reficiantur, quia ea refectione non contenti, uelis, nolis, ditato proditore ac cauillatore damnum habebis. Non etiam te reinuitabit, ut *pauperes* in aeterna tabernacula. Deceſſit *Rudolphus* ſumma cum gloria, prole amicisque ſtipatus. Qui Rom. imperium dilataſſet, protexiſſet, non minus aut *Carolo M.*, aut *Honorio*, uel *Friderico I.* ſi in ea tempora incidiſſet, quibus eidem iam declinante occurrere potuiſſet.

CAP. V.

Qualiter tunc hic multi NOBILES HABITATIONES *habuerunt & fundatione S.* IACOBI *& electione Adolphi de* NAZOE, *qui tunc hic* reſidebat *& quomodo idem* ſedem *ſuam mutauit & eius fratre & eorum* curia *hic & de ciuibus* Haller *dictis & monaſterio* S. Clarae *& incremento* ciuitatis.

Fue-

FUerant ſub Rudolpho rege glorioſo hic *Newronbergae* multi praeclari ac incliti *uiri generoſi* ac *nobiles*, ſuas *habitationes* prope *Caeſaris palatium* ſtatuentes, prout etiam aliquae *fundationes* beneficiorum oſtendunt.

NORIBERGA *illuſtrium plurium domicilium*

§. II. Nam & tunc *hoſpitale* ſub ordine *S. Mariae Teutonicorum* inceptum fuerat, quod ex ipſis nobilibus aliqui introierunt. Qui nobiles ſupra dicti *familias* & *ſtirpes* crearunt adhuc extantes, habebant nihilominus caſtra & poſſeſſiones in collibus ac terminis *Noricae* prouinciae *Franciae orientalis*.

Hoſpitale ordinis TEVTONICI

§. III. Inter quos erant praecipui & excellentiores, in *curia Rudolphi* potentiores ARCHI-COMITES *Comarchi* ab Italis dicti, de NAZOE, praeclari ſatis in rebus bellicis, ac prouidi in conſiliis. Vnde principes *electores* unum ex eis uirum expertum in cauſis imperii ADOLPHVM unanimiter elegerunt. Id prae ſe ferentes, *quod omnia regni negotia ſub Rudolpho tractaſſet*.

Comites de NASSAV.

§. IV. Qui electus multas aduerſitates paſſus eſt, maxime cum totum *aerarium* Rom. imperii filius Rudolphi dux Auſtriae *uſurpaſſet* & *Miſnienſes Bohemique* ei reſiſterent, quare compulſus maximum exercitum hic fecit congregari, anno gratiae 1294. Quo congregato & hinc inde circa ciuitatem diſperſo contigit, ut mora profi-

ADOLFVS *electus imperator.*

ciſcendi in Misnienſes interueniret quinque ſeptimanarum. Fuit autem Caeſar ipſe tantae *religioſitatis*, ut *monaſterium* in omnibus ſuis *Coloniis* ac rebus in *quinque libris Hallenſium* damnificatum non fuerit. Cum autem ad ipſum Caeſarem *Comitatus* circa *Rheni* loca deuolutus fuiſſet, deficiente uirili ſtirpe illum filio ſuo contulit. Ea uero, quae penes *Nieronberg* habebat, uidelicet SWABACH cum ſuis uiculis in notabiliorum ciuium manus deuenerunt.

Inde turbat.

Vxor. §. V. Habuit porro uxorem Mariam de Luzelburg natam, cum qua etiam perſolennes nuptias hic celebrauit. *Dietherrus* quoque *frater* eius, qui ordinem *praedicatorum* hic intrauerat, uir in eccleſia Dei nobilis doctrina & uita, eligitur in archiepiſcopum *Treuirenſem*. *Filiam* denique, uel ſecundum alios, *ſororem* habuit *monialem* eiusdem ordinis in *Gnadethal*. In fundo uero eorum, ut diximus, fundatum eſt coenobium *fratrum Minorum*.

Frater.

Soror.

Gens HALLERORVM. §. VI. Illo quoque tempore dicti moderno quoque tempore ciues HALLER *caſtellati* fuerunt in *caſtro Summeraw* prope *Rotenberg* & in tanta fama, ut etiam unus ex eis, qui ordinem fratrum B. Virginis *Teutonicorum* intrauerat, in MAGISTRVM totius *ordinis* eligeretur. Laudabiliter denique & ſtrenue religioni ac in armis praefuit & profuit in *Bruttenia toti ordini*, qui tamen

tamen postmodum inter ciues mutato nomine, ut in factis multis *Newronbergae* discerni potest, HALLER dicti sunt. Dominos tamen eos ab antiquo *castri* patet fuisse, etiam per *authenticas* literas.

§. VII. Sub eodem rege ADOLPHO *Beguttae* quaedam, extra ciuitatem habitantes, sub titulo *poenitentium* & erant sub dominio nobilium de *Berg*. Habent in armis, *ain Segen*, paupertate coactae mutarunt domicilium & auxilio dictorum *Ebner* se submiserunt tertiae *Regulae S. Clarae* & fratribus *Minoribus* deputatusque fuit locus iuxta *Portam Noricalem*, quae porta ab eis post *Dominarum* dicta est; Et erat tunc ibidem suburbium paruum. A *Friderico* igitur primo usque ad illa tempora imperatores *gubernationem urbis* omnino in potestate *Seniorum* de *consulatu* dimittebant, tam in eorum praesentia, quam absentia, ita, ut nullus *officialium caesaris* aliquid contra *Senatum* tentare praesumeret. Vnde *respublica* mirifice *incrementum* accepit.

Sodales poenitentium.

CAP. VI.

De Alberto duce Austriae & eius coronatione hic facta & eius hic solenni curia habita & controuersia inter episcopos orta & de comite de Hirsperg.

ALBERTI *hostis*

DUx Austriae ALBERTVS succedit Adolpho, qui perfidia potius suorum, quam inimicorum fortitudine iuxta Spiram fuerat oppressus. Hic *Albertus* satis armis & bello strenuus, huic *Bonifacius papa*, *homo arrogantissimus* ad tempus restitit, post eundem confirmauit, ac ei etiam *Franciae regnum* subiecit.

PAPA, *homo arrogantissimus.*

Noribergae *coronatus*

§. II. Inueni in quadam chronica monasterii *Castellensis*, quod anno gratiae 1299. ALBERTVS coronatus fuerit NERONBERGAE & quod post anno quinto *generalem conuentum* omnium *principum* habuerit ibidem contra regem *Bohemiae* WENCESLAVM. Et subiungitur: Idem *Albertus saepius illuc conuocauit principes.*

ibi comitia.

Emporii Noribergae *origo.*

§. III. Erigebatur tunc ciuitas paulatim in *Emporium Francorum & Noricorum* & ciues allecti dulcedine *quaestus Venetus* & *Alexandrae* commercia coeperunt exercere. Quare autem puto, ut, cum *Newronbergenses* adeo tarde accesserint ad *mercantias*, aestimentur hodie pene fere nouissimi. Sed, Deo auspice, tarditatem *morae* recompensant *generali frequentatione* in omnibus angulis terrae.

Satis tarda.

Testimonium *singulare de curia* Noribergensi,

§. IV. Rursus in *Waltatu* monasterio scriptum reperi: 1300. ALBERTVS *rex* CVRIAM NVRENBERGAE *habuit*, *in qua rex* DACIAE, *rex* BOHEMIAE *& omnes* ELECTORES *principes*, *duces*, *marchiones*, *comites*,

nobi-

nobiles, quinquaginta, liberae conditionis trecenti militum quinque millia, exceptis episcopis, praelatis &c. interfuerunt. At - - ingenio meo: *Num tu stolide bicornate aestimas oppidulum paruum hos conclusisse?* ad alia transeamus. Porro rursus in monasterio PRIELLINGEN iuxta *Ratisponam* & etiam S. EMERANI ita habes: *Rex* ALBERTVS *circa festum Martini habuit ingentem curiam* NEWRONBERGAE, *in qua rex uolens ostendere magnificentiam suam, qualiter in Germania nusquam fuit auditum. Nam inter alia rex* BOHEMIAE *Wenzeslai Sororius regis ex superabundanti, ut* PINCERNA CORONAM CAESARI PRAEFEREBAT, *superque eo facto mox priuilegium accepit, ac testimoniales apices, quod ad hoc rex Bohemiae non esset regi Romanorum obligatus.*

in satis ampla urbe.

Mscta *testimonia.*

§. V. Orta est etiam tunc foeda contentio inter *episcopos*, quis eorum uideretur *maior*; quilibet enim eorum diligebat primum *accubitum.* Nam EYSTETTENSIS praesul iuxta sua priuilegia & antiquam praescriptionem ad *dextram Metropolitani* in ecclesia uolebat sedere. WORMACIENSIS econtra idem desiderabat, quasi is, *penes cuius sedem olim archi-episcopatus fuerat.* Nam ante tempora *Bonifacii*, Germaniae apostoli & martyris, de quo *Gratianus* in decretis repetitis uicibus mentionem facit,

Praecedentiae *dissidia inter* WORMATIENSEM & EICHSTADIENSEM *episcopos.*

apud

apud *Wangionum*, quae modo WORMATIA dicitur, metropolitana dignitas fuit. Allegabat *Areatensis*, quae modo EYSTETT, quod idem *S. Bonifacius S. Wilibaldum* destinauerat ad suam sedem. Cuius meritis & institutione hactenus semper sua ecclesia receperit incrementum, in eoque uigore esset, ut a *S. Bonifacio* & *Wilibaldo* fuerit instituta. Econtra WORMATIENSIS ecclesia usque ad feces declinasset, replicans, quibus de meritis sui antecessores fuissent tanta dignitate priuati. In hac *foeda dissensione particularitates* factae, dum metropolitanus MOGVNTIENSIS suo uicino faueret & cum fouere niteretur, furor *arma* ministrabat. Et nisi prudentissimus *Senatus neutralis* in facto, obicem cum suis armatis posuisset, *diabolus* hunc diem bellicosum fecisset. Maxime enituit ea in re industria generosi *comitis* GELHARDI de HIRSPERG, pacis amatoris, qui erat dominus oppidi *Berckheim* & castri *Hirsperg*. Sua tamen, cum heredem non haberet, ecclesiae EYSTETT. tradidit. Sepultus in monasterio *Rebdorf*, canonicorum regularium.

CAP. VII.

De combustione IVDAEORVM *& impignoratione aliquorum locorum & ditatione* BVRGGRAVIORVM

RVM *&* *de* HAINRICO VII. *&* *Papae exilio.*

ADmodum magna copia *iudaeorum* erat *Neronbergae*, quod *uenditum pecus* circa imperatoris sedem locum occupabat, refugioque erant coeteris per orbem; & non solum multi, sed etiam praepotentes habebantur potioraque loca occupabant; unde *ciues* offensi, ac eorum inquietationibus lacessiti, ALBERTO regi querelas fecère instantius. Quibus fatigatus tacite consensit, uel potius dissimulauit, ut deleantur tam *Herbipolis*, quam in *Windsheim* & etiam hic aliisque *ciuitatibus*; unde IGNI traditi LVXERVNT suam miseriam, donec Caesar prohiberet.

Noribergae multi IVDAEI.

Qui combusti, caesare conniuente.

§. II. Cum autem oppidum *Thonawerd* & oppidum *Noui-fori* certaque alia pignori essent locata duci *Bauariae* & Rudolphus *Bauariae* dux offendisset caesarem, mulcta punitus eadem & alia certa loca imperio *libere* restituit.

Donawerd *&* Nouumforum *oppignorata Bauariae ducibus.*

§. III. Cum autem ALBERTVS *Argentinae* moram faceret, *Burggrauiatum*, qui hactenus per *officiales Newronbergae* administrabatur, pro tempore Burggrauiis in *feudum hereditarium* contulit eosdemque de *Castello* minori inuestiuit, quod tamen iam omnino *destructum* est. Et sic aliqua bona *comitum de* NASSAV & dominorum de ORLAMVND & comitum de TYROL in montanis

BVRGGRAVIATVS *Norib. factus* HEREDITARIVS, *adauctus territoriis* 1) *Nassouior.* 2) *Orlamund.* 3) *Meran. s. Tirolens.*

tanis; nec non poſt baronum de BRAVNECK aliorumque peruenerunt ad *Burggrauios*, quae longum eſſet per ſingula enarrare. Adolpho itaque nuper proditorie occiſo, (ut diximus) praefati BVRGGRAVII aliqua eius *bona occupauerunt*, paulatimque ipſi Burggrauii obſequendo Caeſaribus euaſerunt *in tantam excellentiam*, ut poſt circa noſtra tempora in PRINCIPES crearentur.

] Braunek

PRINCIPALI *dignitate illis collata*

HENRICI Luzelburgenſis *res geſtae in Italia.*

§. III. Deinde HAINRICVS eiusdem nominis VII. *Luzelburgenſis* comes, unanimiter electus, mox Italiam intrauit & *Mediolanum Thaurinenſes, Aſtenſes, Veronenſes*, quibus SCALIGERI dominabantur; *Vincentinos, Brixionam*, denique totam *Lombardiam* in deditionem recepit, manu forti eos compellendo. *Genuam* ueniens, totius Italiae legatos ad ſe traxit, deinde *Romam* ueniens, a *tribus Cardinalibus* coronatus eſt, quos illuc *Clemens* papa ob hoc miſerat de *Auenione*. Nam propter Romanorum ſuperbiam & quia caeſares cum *apoſtolicis* diſſentientes, Germanorum imperatorum diſſenſione carebant, apoſtolica itaque ſedes ex Italia ad *Gallos* coacta fuit migrare, ubi per annos LXX. moram traxit, donec ſub Gregorio XI. reducta fuit. Glorioſus igitur HAINRICVS reducturus *Romanum imperium* in priſtinum ſtatum, obiit in *Italia*, non ſine *ueneni* dati ſuſpicione, *Florentinorum* perfidia, utque praefertur *in potu calicis*

Mors ibidem ueneno ſacerdotis in S. calice.

cis poſt *ſacram communionem.* Vacauitque imperium *anno uno.* Hactenus ex his, quae ex diuerſis codicibus aggreuamimus, usque ad imperium LVDOVICI ducis Bauariae, quem iterum apoſtolici perſequuntur, Itali uero proprio *uix dignantur nomine*, ſed *Bauarum* appellant.

CAP. VIII.

De diſcordia in electione LVDOVICI *ducis* BAVARIAE *&* SCHWEPPERMANN *& quomodo diſcordia inter papam & imperatorem orta ſit &* Italia *ſubiugata & de dolo* Cancellarii *imperatoris ex fundatione* Püllenrewt *& extinctione* Caeſaris.

LVDOVICVS igitur circa gratiae annos 1315. in diſcordia electus, concurrente in eadem FRIDERICO duce AVSTRIAE, contra quem tamen ſatis cruentam bello uictoriam obtinuit eundemque captiuum abduxit. Antequam tamen congrederentur ciuitates, *imperialia oppida* hinc inde mutabant circa octo annos conſpirantibus Principibus & in diuerſas partes declinantibus, donec contractis uiribus iuxta *Müldorff* congreſſi ſunt. Porro quidam conciuis huius ciuitatis SCHWEPFERMANN dictus, conſtitui-

LVDOVICI IV. & FRIDERICI *Caeſarum de* imperio *contentio.*

ſtituitur a Ludouico *Aquilifer* in proelio, qui eandem & manu una fortiter geſſit, & altera *enſe* non minus pugnabat uiriliter, donec hoſtis terga daret. Cum uero poſt uictoriam Caeſar *Ludouicus* exercitui coenam praeciperet dare & cibus, praeter *oua* gallinacea deeſſet, dixit Bauaricus Caeſar: *Ja botz Laus, Ainem ain Ey, dem trewen keken Schwepferman zwey.* Praepotens fuit ille ciuis, *curiam* ultra Pegnitium habens & *poſſeſſiones* in *Norico*; ſepultus apud monaſterium *Caſtellenſe*; parta uictoria *Ludouicus* in arrogantiam uerſus, parui pendere coepit apoſtolicum, ſibi ante coronationem imperialem, excellentiam uſurpauit.

Iter LVDOVICI *in Italiam.*

§. II. Congregato enim exercitu *Italiam* intrauit potenter, ac totam *Lombardiam* & *Etruriam*, deinde *Thuſciam* peragrauit. *Romam* ueniens, excipitur cum ingenti gloria a *Romanis* apudque *Lateranum* iuſſu populi ac cleri a cardinali *Stephano* de COLVMNA coronatus eſt. Nam, ut diximus, *Papa* cum *Auionis* erat.

Noui PAPAE *adpellatio.*

§. III. Mox imperator creauit *aliam papam* Romae, uel potius *idolum*, Petrum de ordine minorum & NICOLAVM V. appellauit, qui tamen poſtea *Auionis* productus, in *carcerem* a IOHANNE Papa traditus, turpiter obiit. Sub illo tempore CAROLVS filius regis Bohemiae in Italia exiſtens *Mutinam* ac alias ciuitates forti manu occupauit.

§. V.

§. IV. Paulatim uero Italia in *Ludouico* defecit, deinde *Principes Germaniae* & potissime Electores, ob crebras *Apostolicorum fulminationes* contra eum, quibus & ipse *Ludouicus* occasionem praebebat, cum inauditis exactionibus *pecuniarum*, per quas ne dum *Bauariam* totam, sed & omnia imperio subiecta abradebat per fas & nefas.

Fulmina pontificis in LVDOVICVM.

Occasione imperatorum tributorum.

§. V. Habuit imperator quendam *Vdalricum* fidelem *Cancellarium* Augustensem de familia *Hagenbor*, cui omnia *secreta* committebat. Is aliquando inculpatus de perfidia a suis aemulis *nobilibus*, ut fit in curia, nisi se purgaret cum *viginti Praelatis* spiritualibus & totidem secularibus, iussus fuit subire poenas falsi; propter tamen sua in cunctos merita, se hic *Nieronbergae* in magna curia purgauit, restituiturque officio suo. Sed liuore in *Ludouicum* grauatus, cum eidem suggessisset, se nomine *imperatoris* literas *Clementi* Papae uelle supplices pro *absolutione* mittere, confecit uituperiosas, appellans APOSTOLICVM BESTIAM ascendentem de mari & Antichristum. Porro cum *Bauarus* omnino nesciret literas, talia non suspicabatur; quae res rursus imperatori maximam *diffamiam* intulit.

CANCELLARII IMPERIALIS *purgatio per* sacramentales.

Illius litterae: ubi papa BESTIA

§. VI. Sed Papa mox *Electoribus*, ut procederent ad *Electionem*, mandauit. Sentiens hoc Ludouicus, filio suo infanti STEPHANO oppidum *Laugingen* cum suis atti-

Destitutio LVDOVICI, *suggestione papae.* Laugingen *imperialis.*

nentiis pignori locauit & *imperio* abstulit. Opera tamen sua & diligentia monasterium canonicarum in BÜLLENREVTH iuxta *Newronbergam* construitur in honore assumptionis *Dei genetricis* primamque ipse arborem incidit. Voluit esse *duodecim Dominas* duosque sacerdotes. Sed cum prouentus non sufficerent, ciues de *Newronberga* & praesertim de *Stirpe* dictorum GROSSEN, multa addiderunt. Habuit LVDOVICVS fratrem comitem PALATINVM RVDOLPHVM, qui genuit *Rupertum*, post regem Romanorum. Quo tempore ea, quae circa *Ambergam* sunt, uenerunt in potestatem *Comitis* eiusdem. AMBERGA Bauariae quoque diuisa est, ut hodie permanet; postquam uero Ludouicus certa priuilegia monasterio S. EGIDII dedit & coenobium ETAL fundauit, in uenatione per potum, ex *flascone duplicato* in *medio* & *uertibili ducillo* a *Comitissa* de TYROLIS inuenenatus, in sinu pauperis *rustici* tantus imperator decessit, sepultus *Monaci*, ubi tunc S. S. RELIQVIAE IMPERIALES erant.

Bullenreuth *coenobium.*

Grossii *largitio.*

Amberga.

MORS imperatoris.

CAP. IX.

De excommunicatione LVDOVICI *& quomodo* STEVRAS *& exactiones facere aggressus est & eius* priuatione *&* electione CAROLI IV. *regis Bohemiae & eius initiis.*

Neces-

NEceſſarium omnino ratus ſum, diffuſius tradere de LVDOVICI, CAROLI ac WENCESLAI geſtis, ut aptius & diffuſius poſt *Newronbergenſium* geſta tradamus. Cum ergo *Ludouicus*, ut diximus, notaretur a pluribus *Apoſtolicis* anathemate, uidens Papa *Clemens* principes diſſimulare electionem, minus de transferendo imperio a Germanis interpoſuit eccleſiaſticumque *interdictum* in *Moguntinenſem*, *Treuirenſem* & *Colonienſem* eccleſias poſuit. *De LVD. IV. destitutione*

§. II. Vnde compulſi Principes NEWRONBERGAM iterum commune colloquium indicunt; quo tempore *Ludouicus* coactus egeſtate & publico aerario omnino exhauſto, ad rapinas ſe contulit. Subſidia a *Regalibus* & *imperialibus* fundis, *tributa* a ſuis Bauaris grauiſſima popoſcit, quaſi *nudato gladio* petens. *in* Noribergenſibus *comitiis.* *Imperator nimius in* tributis.

§. III. Nam de EQVO ſeptuaginta duos *Hallenſes*, de OVE uel PORCO ſedecim, de IVMENTO *quadraginta* octo Hallenſes poſtulabat. Congregataque multitudine principum uniuerſi etiam *Pro-conſules ciuitatum* unanimiter ſeparatim ſua conſilia *Newronbergae* congeſſerunt unoque animo imperatori contradixerunt, maxime, cum iam multa *alienaſſet* ab imperio, in *Flandria*, *Brabantia*, *Britannia* & *Gallia* tentaſſetque maiora in Germania ſuper impignoratione. Vnde ueriti ne ipſi ſub hac *Tributa 1) animalium a) equi b) porci, ouis c) iumenti.* *Cauſae depoſitionis 2) alienationes.*

fraude quid paterentur, tandem cum principibus conferentes, cum etiam *Legatus* absolutionem *apostolicam* publicaret, *a iuramentis fractori fidei* fidem abdicarunt diemque eligendi alium praefixerunt & locum, uidelicet *Wolckmarus* COLONIENSIS, Baldewinus TREVIRENSIS, Gerlacus MOGVNTINENSIS de Naussau natus; cum eis dux AVSTRIAE ducesque inferiores BAVARIAE comitesque SVEVIAE, adhaerebant duces SAXONIAE; sed frater Ludouici comes PALATINVS & Marchio BRANDENBVRGENSIS, ut proximi affines, quiescere statuerunt.

3) papae remissio iurisiurandi.

Inde electores in his Austriae *duces.*

Electio CAROLI IV.

§. IV. Conuenientes tandem & *apostolicis Legatis* praesentibus sanior pars elegerunt CAROLVM IV. illius nominis filium *Iohannis* regis Bohemiae, factum in die *Margarethae*, in uilla *Renz*, *Treuerensis dioecesis*. Comes autem quidam Guntherus de SCHWARZENBVRG Thuringus a Palatino accersitus & sibi adhaerentibus frustra se ingerere pro rege uoluit: sed Carolus mox a *Clemente* confirmatus praeualuit. In illa discordia IMPERIALES CIVITATES ad tempus quiescebant, donec digesto ac maturo consilio, Carolo adhaerendum, diffinierunt. Contigit tamen in illa haesitatione illud inclitum oppidum NEWRONBERG, ciuili discordia maxime periclitare, prout dicemus. Nunc autem ad ipsius CAROLI gesta accessuri, de *stirpe* eius parum altius inci-

Antiecaesar.

incipiamus, quia praeclara facinora ſub eo geſta narraturi ſumus. Nec quis miretur, nos *imperatorum geſta retexere*, cum utique ordo in aſſumto noſtro negotio ſine eis ſeruare non poſſit & ea, quae traduntur, etiam electa ſint pro clariori notitia circumſtantium negotiorum. Regnum itaque *Bohemiae* his temporibus incrementum habuit, de quo dicemus & mox ad *ciuilem* diſcordiam accedamus.

CAP. X.

De IOHANNE *rege* Bohemiae *& adoleſcentia ipſius* Caroli *& pugna contra* Veronenſes *&* Tartaros *& aliis eius factis & geſtis & quomodo cauſa filii ſui* WENCESLAI *multa ab imperio alienauerit.*

HAINRICVS VII. huius nominis imperator reliquit filium IOHANNEM regem *Bohemiae*, qui V. regni ſui anno genuit CAROLVM filium & regnauit poſt triginta annos apud Bohemos. Qui *Iohannes* cum eſſet uir bellicoſus, accerſitus uenit in *Italiam* in eaque multa praeclara facinora peregit, dominiumque aliquarum ciuitatum obtinuit, de his *Blondus* diffuſius. CAROLI IV. *Genealogia*

§. II. Quas denique ciuitates poſt CAROLVS filius armis tutatus eſt; pugnauit idem CAROLVS *adoleſcens* cum *Veronenſibus* & eos CAROLI IV. *res bello geſtae.*

graui proelio fudit, in ea pugna bis *equo* deiectus est, non dubitauit *tertio* ascendedere, fortissimique *militis* facinora edere. Pugnauit etiam feliciter contra *Tartaros*, qui tunc ab *Aquilone* totam christianitatem uexabant. Ferunt in ea aetate Carolum *alienos thoros* uiolasse, nec increpatum a patre abstinuisse. Cum natus esset, accepit *Wenceslai* nomen, sed traditus *Carolo regi* Franciae, ad rudimenta *militiae* percipienda, in *sacra confirmatione* nomen Caroli accepit.

In gratiam DELPHINI,

§. III. Erat tunc *Delphino* bellum contra ducem *Bauariae Sabaudiae*, in quo rex IOHANNES statuit auxilium *Delphino* praestare filiumque *Carolum* transmittere. Nocte praecedenti, qua iter accipiendum erat, uidit CAROLVS in somnis conspicua *iuuenem* forma *raptum* in eminentiorem locum eidemque iniicere *lictorem uirilia*. Interrogatus *Castrater*, quis *iuuenis* esset? Respondit: hunc *Delphinum* esse, *regis Franciae primogenitum*. Somnium *Carolus patri* referens, derisus est. Altera die *Delphinum* sagitta in *inguine* percussum ac defunctum nunciatum est.

de cuius interitu somnium.

CAROLI IV. *a*] *pietas*.

§. IV. Fuit profecto uir CAROLVS *magnorum operum* regnumque *Bohemiae* cum *religionis* cultu, tum *aedificiis*, tum *legibus* ac bona industria inclitum formidabileque fecerat. *Schola* quoque sub eo artium liberali-

ralium aliarumque facultatum *Pragae* erecta est. Sua opera Palatium etiam regium *aedificatum*; *Monasteria* multa fundata, *Arces* constructae admirabiles, *pax* toti regno tradita. Adeptus imperium rursus Italiam potenti manu intrauit eamque in deditionem accepit. Qui cum iustus esset, certa edicta proposuit ac sanciuit, quae CAROLINAE dicuntur. Soli Bauari propter Ludouicum a tribus Apostolicis exauctorizatum ad tempus eius iugum spreuerunt. Ipse tamen magnanimiter ultro citroque in Italiam eundo, imperium disponebat.

b] instauratio academiae. *c] leges Carolinae.*

§. V. Corpus etiam *S. Viti Pragam* detulit & eandem ecclesiam in *metropolitanam* erexit cum prius sub Moguntina fuisset. Clarus profecto imperator, in magis *Bohemici regni* gloriam quaesiuisset, quam imperii. *Modernorum* scriptorum stylo praedicatur, licet *Gibellini* eum sugillent, quasi ab *auctoritate imperii a Papa* iuramento prohibitus sit. Et hoc praesertim BLONDVS & Franc. PETRARCHA. Sed *liuore* nemo caret.

PRAGA metropolis. *Moderni. Pontifici obsequens.* Blondus *&* Petrarcha *partium studiosi.*

§. VI. In *senectute* sua, habitis diuersis tractatibus cum principibus, uoluit filium suum WENZESLAVM subrogare in imperium, quod tamen difficulter progrediebatur. Tandem cum *pecuniae* obedient omnia, ex ea *funes* traxit aureos, quibus *electores* attraxit, promisit enim cuilibet

WENCESLAVS successor emtus aere.

& uectigalibus S. R. I. alienatis.

centum millia aureorum, quos cum eis numerare non ualeret, publica eis *uectigalia* & *oppida imperii* obligauit in perpetuum malum imperii. Hinc *Romana* poteſtas ad *nihilum* redacta eſt, nec poſt haec extollere *caput imperium* potuit, cum ſibi *electores* omnia meliora retineant imperatoremque electum *iuramento*, quaſi ualido *muro* non redimere uelle includant. Haec partim *Eneas* SYLVIVS, alia ex chronicis praemiſimus, nunc deſcendamus ad *patrem Newronbergenſium* ipſum CAROLVM latius deſcripturi.

Incipit TERTIA PARS chronicae Newronbergenſis.

CAP. XI.

De cauſa & origine PERNICIOSAE SEDITIONIS, *quae facta Nieronbergae & de* diabolica fraude, *quae eandem excitauit.*

Bellum Noribergae inteſtinum.

TUrbulentiſſimum ac periculoſum domeſticum *malum* in *auiſamentum* futurorum deſcripturi. *Ciuile* dico *bellum*, horret mens, nutat calamus animusque tremore concutitur. Quare, ut ſermo faſtidior procedat, neceſſe eſt, dabit tamen lector ueniam maxime, cum, quem in ordine ſequar, non habeam *lingua latina*

non deſcriptum L. Latina.

na. Operae tamen pretium exiſtimo, ut poſteris talis caſus diffuſius tradatur, quo in futurum conſimile uitatur.

§. II. Origo autem narrandae rei fuit: LVDOVICVS imperator terribilibus ſententiis fulminatus omnique dignitate priuatus, per *tres* ſibi ſuccedentes *apoſtolicos*, incumbebat tamen *regno exactiönesque* faciebat in *ſubditos*. Cum uero *Treuirenſi*, *Moguntinenſi ac Colonienſi* graue eſſet *interdictum eccleſiaſticum* aliisque principibus *translationem imperii ex Germania* minaretur *apoſtolica* ſedes, *imperiales ciuitates* & exactiones etiam a LVDOVICO declinarent, contigit turbari *ciuitatem tali caſu.* CAVSA *eius diuerſa ſtudia in* diſſidiis CAESARIS & pontificis

§ III. Ab antiquo fuerunt hic poſſeſſionati notabiles *ciues* ex nobilibus procreati, Romani imperii *Baronibus* & circa *Cameram Caeſaris* & aptiſſimam *ſedem* imperii ob negotia occurrentia moram facientes; quibus & *Caeſares* per tempora FEVDA conferebant & per eos etiam *extra oppidum* in *fundo regni* cuncta diſponebant. Ipſi denique ex diuturnitate & conſuetudine *praetorium aerariumque publicum* regebant ciuitatisque *tutelam* curabant. Si communi conſilio habito, decreuerant *Electoribus Principibusque* & ſedi *Apoſtolicae* adhaerere, eo quod olim *tota ciuitas*, in tali caſu, refutatum *Caeſarem*, quem fouerat, *deſtructa fuiſſet*, quod decretum *populo laſciuo* diſplicuit, NORIBERGA *ſubiecta* Burggrauiis. *Qui* ciues *in* obſequio *retinere ſtuduerunt* imperatoris.

cuit, arbitrati, id idcirco per consules fieri, *ne steuram de iumentis*, quibus extra ciuitatem abundabant, ut supra diximus, *compellerentur soluere.* Nam populo id in ciuitate necdum fuit impositum. Machinabantur malum in eam rem IOHANNES & ALBERTVS BVRGGRAVII, qui *nec* dum *Principes* creati erant, sed tamen ab imperatoribus effecti *potentes* & ex *fundis aduentitiis* abunde ditati, cooperabatur malignus *spiritus*, qui cernens florentem *religionem* diuini cultus cottidie ex pietate ciuium in Deum florere, exquisitus fraudibus cor suum obseruabat, unde penes *acherontem* consilio malignantium cadunato, qualiter noceret *reipublicae florentissimae* conciliatus est cum suis satellitibus.

Sed patritii appetunt nouum imperatorem.

de Patritiis.

CAP. XII.

De tribus spiritibus, *uidelicet* AMBITIONIS, INVIDIAE *& spiritu humani* TIMORIS, *qui populum Nieronbergae seduxerunt & qua uia facinorosam rem aggressi sunt, contra* Senatores.

F*Urias* itaque congregauit pacis inimicus & *Tysiphone* perorante conciliatae sunt de prosperitate concordiae inter ciues eneruanda. Ne, ut coeperat omnipotente Deo, ciuitas haec in laudem *religiosis uiris*, deuo-

Noribergae *tres furiae*

deuotis ciuibus, amplitudine *ecclesiarum*, augmento diuini cultus, ut iam cernebatur, floreret in dies ac cresceret; callidas ambages itaque texebant penes *stygias infernales*. Tandem *tres* spiritus *infernales* ex omnibus elegerunt, qui olim in sua arte probati ac experti erant, quique *Troiam* in Asia, *Carthaginem* in Africa, *Romam* in Europa euerterant. Nam & isti cum essent dolosi, se de conclaui *Hypocrisis* uestierunt. Illis denique totum negotium destinatur, uidelicet spiritui INVIDIAE, qui ex eo descendit, cuius inuidia mors intrauit orbem terrarum. Et spiritui timoris humani, qui ex crebris facinoribus hominum pessimorum in cordibus eorum tanquam ligni uermiculus nutriebatur, dum poenas luerent in corde suorum facinorum. Cohors autem infernalis soluto consilio in domo *inuidiae* eosdem anguibus crinitos ad floridum locum *Newronbergae* mittunt, qui auersis oculis liuidis a florida republica inter se officia diuidentes, quilibet sibi olim notam domum furore aggreditur.

quae olim perdidere Troiam, Carthagin. Romam.

Inuidia malum princeps.

§. II. Erant tunc in oppido *tria genera* hominum *infelicium*, quibus omnis potestas inuisa erat. Primi quidem *stolidi*, inexperti, temerarii, forum terentes & atria, rebus aliqualiter mediocriter ditati. Hi, ut *Athenienses curiosi*, semper aliquid noui audire uel dicere satagentes, praesentium

Ciuium tria genera Noribergae.

fasti-

faſtidioſi, nouarum rerum, cupidi, incerta pro certis captantes, melioribus denique ſemper inuidentes, uitia ſuperiorum narrantes uel certe fingentes, cum plauſu ſemper eodem exaſperantes. Hos reperiens ſpiritus *ambitionis*, per os unius ſibi olim *familiaris*, qui & aſtutior coeteris erat, cum eos nulla re honeſte deditos, ſed in foro otioſos ſtantes anteque *praetoriam* loqui, ea, quae non proſunt, reperiſſet, tanquam honeſtus & rerum experientia praeditus & qui mores hominum lataque terrae uiderat, ſe eis aſſociat.

Quibus inuiſa procerum & patritiorum poteſtas.

§. III. Refert noua curioſis auribus, de *Bauarico Ludouico*, qualiter fulciatur Principibus ſibi fauentibus, *Guntherum de* SCHWARZENBERG extollit, colluſionem fore futuram inter eos promittit, CAROLVM nauci pendit ac tandem ſuperiorum uitia, ueluti ſi aliena eſſent, narrat, *iuſtitiam* nunc *tyrannidem* appellat, *circumſpectionem perfidiam*, *prudentiam* aſtutiam, *modeſtiam diſſimulationem*, *perſeuerantiam pertinaciam*, *grauitatem ſuperbiam*; proh! vacat inquiens iam in ciuitatibus potentibus opprimere, *magnatibus* dominari, ſubditis gemere. Reſpublica in *paucorum* potentia eſt circumque quaque *Coloni* eis obnoxii ſunt tributaque pendunt ſicut *Principibus*. Multi inter eos viri induſtrioſi, ad communem reipublicae utilitatem diſpoſiti, *ad officia*

Quod 1] Carolo IV. adhaererent.

2] *plebi nullus* honor, *penes quam tamen* reipublicae *uis*.

officia idonei, incliti, prudentes, ſine tamen *gratia*, ſine *authoritate* eſtis: vos his obnoxii, quibus tamen, ſi *respublica* ualeret, merito formidini eſſetis. Omnis gratia, omnis potentia, honos, diuitiae, penes illos *in praetorio* ſunt, aut certe, penes quos uolunt, uobis pericula, egeſtas, contemtus relinquitur. Ignauorum eſt haec pati & uecordium diſſimulare. Emori ſatius praeſtat, quam tam inhoneſtam uitam ducere ſub *alieno imperio*, miſere officia ſingula inquiens, poſſeſſores, ſeu potius incubatores habent & *abraſores*, non gubernatores. Licet intueri, imo compelluntur priuata, non domicilia, ſed caſtra, non familias, ſed exercitus, non rectores *aerarii* publici, ſed *ſpoliatores*. Satis eſſet ſub uno *Siculo Tyranno* uitam agere, quam tot ac tantis exactionibus opprimi. Deinde *Catilina* ille coepit narrare uitia ſuperiorum & eadem exaſperare, *praetorum*, qui ea hora in conclaui erant, iuſtitiam tyrannidem, prudentiam aſtutiam, circumſpectionem doloſitatem, aequanimitatem negligentiam, conſtantiam pertinaciam, affirmabat. Rem denique publicam & *aerarium* in paucorum poteſtate eſſe, eos praepotenter alios opprimere, uicina quaeque urbi *eis tributa* pendere. Ex aerario eos *tributa* ſibi uendicare & quo *maiores* fierent *contributiones*, eo duriores exactiones;

3] tributis, ſoli plebi impoſitis, patritios diteſcere.

Inde mereri patricios, ſubuerti.

nes; quousque tandem patimini fortissimi uiri? nonne emori per virtutem satis praestat, quam inhonestam uitam sub alieno imperio agere? *Victoria in manibus* est, viget uestra *aetas*, praediti morum *grauitate*, etsi non ut ipsi, erigitis *palatia*, profunditis *aurum*, domos *copulatis*, noua *diruitis*, tamen grauitate, iustitia, circumspectione inferiores non estis, fortuna uobiscum erit; nam reipublicae utilitatis caussam tractabitis, *populus* omnis in uos *oculos* coniecit & patronos libertatis sperat futuros, gemendo sub graui iugo uos rempublicamque uendicaturos. *Arma capessent omnes ad nutum uestrum.*

CAP. XIII.

De VITIOSA VITA *illorum, qui auctores* CONSPIRATIONIS *erant &* BVRGGRAVIORVM *dolo & ciuis mali inualescentia.*

Intestina NORIBERGAE *bella a) hominum otiosorum.*

ORante haec *spiritu maligno*, stabant in altera parte fori post praetorium homines non *humili* loco nati, partim etiam *honesto* & *nobili*, curiae & armis dediti, otiosi tamen & uictum *otio* desiderantes, quibus *uis* animi magna erat, *malum ingenium* & prauum, qui semper *intestina bella* amauerant, proni ad libidinem ab *otio*, caedes, rapinas, discordias, in usu habentes, audaces

ces, ſubdoli, uarii omnium rerum ſimulatores ac diſſimulatores, aliena appetebant ac ardebant inconcupiſcentia rerum.

§. II. Coeteris ſatis inerat *garruloſa eloquentia*, quibus aeſtimabantur uitiis palliatis uiri induſtrioſi, cum tamen nec literis, nec rerum experientia praediti eſſent. *b)* garrulorum.

§. III. Certos ex his animo agitabat inopia rerum *Iudaeorumque foenus* grauiſſimum, quo tunc pene media pars ciuitatis premebatur; alios *domeſticarum* utenſilium ſub haſta uenditio. A quibus, mutato ſtatu ciuitatis, liberationem ſperebant diuidebantque iam inter ſe theſauros abſconditos. *c) odia in* foenus *Iudaeorum* *d)* egeſtas.

§. IV. Erant & tertii flagitiis obnoxii, quibus aeſtuabat mens ex *conſcientia ſcelerum* & iuſtitia praeſulum uerebantur, unde eorum poteſtatem inſectabantur. *e) facinora* ſceleſtorum

§. V. Porro cum *tabernarum publicarum* maxima copia eſſet, in quibus pene inſtar per *lupanarium ſcorta* extabant, plebs nulla diſciplina corrigebatur hique qui ſola manu uictum in dies querebant, eundem *abutendo* feſtiuis diebus *tabernis* abſumebant, *noctem* in *diem* uertentes. Paulatim hi inter ſe ſectas, poſt *conuenticula*, deinde principes, poſt coniurationes ſeditionesque fecerunt, LIBERTATIS ſe, non ſeditionis AVCTORES fatebantur. *f)* lupanaria *g)* conuenticula. *h) tegumentum* libertas.

§.VI.

i) OPIFICIARIAE *leges*.

§. VI. Erant denique certis se *mechanicis* artibus sustentantes, sed eadem *artificia* sophisticantes, quibus dum certae LEGES ac media per *Consules* datae essent, quibus limitarentur eorum *uenalia*, aegerrime id tulerunt & *Senatum*, tanquam *ignarum*, accusabant.

BVRGGRAVIORVM *comitiator, quasi illi fomes turbarum.*

§. VII. Alebat hoc intestinum malum *domesticus* inimicus. Nam BVRGGRAVII iam *potentes* effecti, CASTRVM in monte, iuxta *imperiale*, habebant certaque *officia feudaque* ab *imperio* in proprios usus *ultra iustum titulum* aggrauabant ad ciuitatisque dominium omnimodum aspirabant. Quod fieri hac saeua tempestate praesumebant.

Sectae & factiones in urbe.

a) *Pauonici.*

b) *hircini.*

c) *geisbarthii.*

§. VIII. Partes denique iam animo unitae, speciales tamen in *sectas* diuisae sunt, quo facilius *conuenticula* celebrarent. Vna eorum, de quibus retulimus, erat circa *theatrum* ac *praetorium* deambulantium nouaque perscrutantium, OCIOSORVM, qui ob incessus sui compositionem, quam gradatim ac pene ex arte faciebant, cum quodam signo conspirationis, uocantur PAVONICI. Altera pars foetida, HIRCVM olens, nigram *capram barbatam* pro capitali ductore habens, de artificio ferri ferarumque foetidum profecto monstruosum distortumque animal. Ad illam confluxit omnis *fex* & ut in sentinam totius ciuitatis. *Tertia* uero pars, erant cupidi *alienae rei*, *dilapi-*

lapidatores propriarum, perditi, prodigi, *lenones*, *adulteri*, *ganei*, *blasphemi*, lusores, percussores, inuidi ultimoque supplicio dignissimi, qui exhaustis deperditisque bonis, non solum rebus, sed & fama turpiter incedebant in foribus *tabernarum*, tumultum praestolantes. Omnes, ut *capra* cum aliis scandere alta cupientes, agitati inopia. Et licet merito nomen illud infaustum abolendum esset, ut illius, qui *Ephesinum* templum incendit, tamen forsitan licet iis secundum accidentia nomen dare. Igitur *Geisbart* sunt dicti, hi & alii seorsim non in propatulo, sed in angulis collecturas fecerunt, trans *Pegnitium* in arcis diuersis. In concione denique clandestina *barba* caper instigatus ab alio spiritu uidelicet *timoris* mundani, suos alloquitur & inprimis promittit *immunitatem*, *exulibus* reditum, *proscriptis* patriam, *infamibus* restitutionem, uniuersis maximam praedam, rapinas, domos, agros, possessiones.

§. IX. Habebat autem circa se magnam cateruam, impudicos, adulteros, ganeos, aleatores, ventri plenos. Qui *paterna bona abligurierant*, qui alienum aes conflauerant, qui flagitio aut facinore grauati, praeterea omnes parricidas, sacrilegos, conuictos iudiciis, aut pro factis iudicium uerentes, quos alebat perfidia erga creditores, egestas domestica decoquebat. Hi omnes *Excitatio ad seditionem.*

adulando *barbicapram* demulcebat; maxime uero inducebantur ad *tertiam ſectam* conſtituendam perditiſſimi luxus homines, tabernarii, nebulones, molles & paternarum rerum abliguriatores. Hos ſpiritus auaritiae concatenabat, ſicut & *pauonicos* ſpiritus ambitionis. Vnde hi res, hi uero officia & dignitates iam diſtribuebant. Viſus denique artus reipublicae ignisque domeſticus reipublicae ſic miſere incubuerat.

CAP. XIV.

De SEDITIONE *&* *eius publica eruptione & quomodo* SENATORES, *illud ſcientes, niſi ſint* impedire?

LEGATIO *a Ludouico IV.* *instructa requirens* TRIBVTA.

ALebatur uenenum tacite intrinſecus *Praetoribus* ſemper meliora ſperantibus. Interim IMPERIALIS AMBASIATVRA, a *Ludouico Bauaro* miſſa, interuenit, *taxam* grauiſſimam impoſitam ciuitati ac locis regni Romani poſtulans. Cuius *ſolutionem* primo a *ſenatu*, priuatus tamen imperio, exigebat *Ludouicus*, cum eſſet & *Norico* propinquior, tum quia ſenatu & prouidis uiris famoſior, tum quia ſentiebat, ſe facilius *ciuili diſcordia* nutantem ciuitatem in ſuam partem tracturum.

Quae Caeſari *negantur a ſenatu.*

§. II. Eodem tempore ab *omnibus* imperialibus in communi conuentione *Caeſari* con-

contradictum fuerat. Contradicere statuit hic etiam prouidus *senatus*; sed experientia rerum ciuitatisque graui discrimine territa, etiam periculosa in consimili - - - - deuastatione sententiam suspensam tenuit.

Vnde turbae ciuium.

§. III. Vnde primo quidem in ciuitate ultra *Pegnicium uulgus tumultum excitauit*, in quo uarie tumultuose proclamata fuerant, quae tamen ad ea tendebant. Inculpabatur *senatus*, quod *imperatorem* ob *uilem*, qua aerarium abundabat, pecuniam contemneret utque leuitati innitentes, nescio quid incertum pro certo captantes, contemneret, tanquam *Ludouicus* exutus sit *fasciis imperialibus* a *Papis*, non *Romae*, sed *Auionis* rumoresque amplecteretur; fragiles esse uires *Caroli Bohemi*, praetense electi contra *Ludouicum*, nec omnes Principes eius esse partis. GVNTHERVM quoque de Schwarzenburg comitem ad imperium destinatum foueri auxiliisque PALATINI comitis adhaerentis *Ludouico* una cum *Moguntino*. Qui ut electioni non adfuisset *Caroli*, STEVRAM illam sine qua re uel an consulta, *praeferendam* esse ex *publico* aerario, qui ingentis esset ponderis. Opus non esse aut *pedagio*, aut *uectigali*, uel *steura* exigere. Nec opus esse, uereri *Caroli* indignationem, cuius aeque salus in dubio esset eumque in expeditione contra GVNTHERVM occupatum.

quod a) LVDOV. IV. non sit exutus imperio.

b) PAPAE fulmina bruta.

c) CAROLI IV. spes ualde dubia.

d) tantum in aerario, quantum requireret imperato.

LVDOVICI IV. *focii* a) Burggrauii. b) *marchio Brandeburg.*

§. IV. Denique duos BVRGGRAVIOS adesse libertati, MARGGRAVIVM LVDOVICVM BRANDENBVRGENSEM, filium imperatoris aeque esse in armis. Quod si opus futurum, *pecuniam* copiosam esse in *praetorio*, qua potentissimi *Principes* in sententiam trahantur. Tumultuose haec uulgus proclamat; tandem ad sua *diuerticula uino* indulsati, curis posthabitis, *Baccho* sacrificant per talentaque cuncta negotia totius *imperii* proloquuntur. Interim SENATVS tacite perscrutari nititur, *auctores coniurationis* per internuncios, quibusdam *immunitatem* pollicetur & *pecunias*, conscios, qui prodant, absoluit & tamen in tanta *colluuione* neminem certum reperire potuit, qui nodum infelicem enodaret. *Barbatus* enim *Capricornus* inter praecipuos secretum signum dederat, quod non omnibus patebat. Sic dies iste funestus concluditur.

CAP. XV.

De FAMOSIS CIVIBVS *& familiis, quae tunc* Nieronbergae *erant & imperatoris* OFFICIALIBVS *& quomodo multi* IVDAEI *ibidem erant & de* murorum ambitu *& Senatus tristitia.*

Familiae Norbergensium

FAmosae & compares *nobilium* inclitaeque tunc erant in ciuitate *familiae*, *praediui-*

diuites possessionibus & possidentes in territorio circumquaque oppida & castra simulque in ciuitate curias praeclaras, prudentia ac magnanimitate in toto Romano imperio perspicuos uiros habentia. Inter eos *Hallerensium* stirps oppidum *Frewenberg* & castrum *Osternau*, nec non & aliqua circa *Voburg* possidebant dictique *Stromayr* officium *foreste* diu in *feudum* habentes. *Ebner* quoque & *Forchtlin*, *Grossen* & perplures, quorum proles hodie ciuitatem curant, de quibus forsitan *alio loco dicemus*. *patritiorum.* *Halleri.* *Stromeier.* *Ebneri. Forchtlini. Grossii.*

§. II. Porro imperatores semper *officia Forestae* ac alia in *feudum Regni* in *Commendam* seu tutelam uel *feudum* committebant. Constat denique dictos *Pfinzing*, post recessum comitum de NASSAV, *Swobach* oppidum possedisse aliosque alia. Semper inter eos & ex eis *strenui milites* armigerique prodierunt, prout latius potest quilibet perscrutari in materia de *fundationibus & armis Newronbergensium*. Fuerunt etiam hic tunc FORESTARII IMPERII modo *Coler* & *Forstmeier* dicti, denique praeclarissimarum hic familiarum nomina praeterimus, tempus in aliud reseruantes. **FORESTALES** *imperii.* *Pfinzing.* **heraldica** *Noriberg.* *Coeler & Forstmeister.*

§. III. Habebat etiam tunc imperator PROPRIVM IVDICEM super *fundum regium* ac *foresta*, qui dicebatur in genere BVTTIGER, coram quo causae uentilabantur ac decidebantur *rurales syluicolasque* con- **BVTTIGER** *Caesaris.*

cernentes, nec dumque ea potentia erat BVRGGRAVIIS, nouiter a Caesare institutis, ut in aliquo *consulatui* resistere uel impedimento esse possint.

BVRGGRAVII.

§. IV. Sed & *nobiles Barones* militares, certique diuersa loca circa castrum potissime incolebant, qui locus PONERBERG dicitur, domus etiam quasi *fortalitia* habebant, imperatori familiares; migrauerant etiam hinc ob loci aptitudinem, diuersae *familiae* insignes, ut *Volckamer* & *Graeffen* & dicti *Imhof*, ciuitati se incorporantes.

Nobiles ADVENAE.

Ponerberg.

Volkmani. Greffii. Imhoff.

§. V. *Iudaeorum* quoque ex Caesare auaritia quasi speciale *asylum* erat, in potioribus locis ciuitatis & praesertim eum locum occupabant, ubi nunc *forum pulcherrimum* est rerum uenalium.

Iudaeorum *multitudo Noribergae*

§. VI. Porro *antiqui muri* hodie apparent, hinc inde reliquiae. Vnde constat uerum ambitum *murorum paruum* fuisse, sed *curias* ac possessiones perpulchras extra *moenia* sitas fuisse, denique & certa *Monasteria* nec dum inclusa.

Noriberga *mirum prolata finibus.*

Coenobia.

§. VII. Haec idcirco diximus, ut Lector animaduertat, quae fuerint occasione *inuidae plebis*, ut ad tantam rabiem declinaret, quo pene inclita ciuitas deleta fuit. Ministrabat inuidiae fomitem *nobilium* quotidiana cum *imperatore absentia* & reipublicae ex eis nulla *subsidia* fiebant, *Iudaeorum* creditorumque saeuitia, inclitorum ciuium *muni-*

FOMES *turbarum.*

a] *nobilium absentia.*

b] *foenus iudaeor.*

munificus status, domestica egestas, Caesarum CAROLI, GVNTHERI ac LVDOVICI ciuilis discordia, quae omnia praefatus spiritus *ambitionis*, pro dignitatibus obtinendis, cum spiritu *auaritiae*, pro alienis possidendis, ante oculos conspirantium ponentes, exaggerabant, extollebant ac promittebant, ea uidelicet futura ac cessura uincentibus.

c] Anti-Caesares plures.

d] ciuium egestas.

§. VII. Cum autem SENATVS illa nocte omnino in *angustiis* degeret omniaque mala, quasi ante oculos statuisset, mane, non quidem ex *publico praetorio*, quo tutus aditus non erat, sed ex *priuato* quodam coenaculo, *legatum*, qui populum alloquebabatur tumultuantem, destinant, qui legatus concionem affari statuit.

Senatorius LEGATVS *ad ciues sedandos.*

CAP. XVI.

Quomodo prudentissimus Senatus, ORATORES *ad* Plebem *destinauerit* & ORATIO PERSVASIVA *eorum, pro pace & periculis belli ciuilis & concitatione per* AVTORES SEDITIONIS.

HUius urbis ciues *moribus* ac *ornatu* corporis culti prae coeteris *clari* Germanis habentur, ob mercatorum & aliorum illuc quotidie aduentantium multitudinem & gerendorum per eos negotiorum grauitatem. *Culti* igitur & perhumani existentes,

Flos, NORIBERGAE inuidia.

 tes,

tes, procrearunt instar Romanorum ex se inclitos *Ciues*, *Consules* potentes, *Rhetores* facundissimos, graues & disertos, qui *splendidissimas domos* in ea, foras sumtuosas *possessiones* habebant, certabant inter *se uirtutibus*, *iustitia* fideique integritate. Omnia haec etsi *imperatoribus* pro tempore grata, pessimis tamen *grauissima* in *oculis* erant.

SENATORVM *legati* oratio *ad ciues* sedandos.

§. II. Legatus igitur cum grandi difficultate ad *concionandum* admissus, *silentio* facto: *Persuasum uelim uobis*, o ciues *esse* VOLVNTARIOS *humeros tenere sub potestate uestrorum* Pro-Consulum, *maxime cum eorum* regimen *subiectum conformeque sit diuinae regulationi ac militet communi utilitati reipublicae. Si enim eorum facta & mandata* diuinis *reluctarent* mandatis, *uel* publicis *insudarent incommodis, Deus cuiuis homini praeferendus esset. Cohaereant igitur* o amici! *sic inferiora superioribus, sic uniuersa membra se subiiciant* CAPITI, *ut caput* DEVM *& diuinas respiciant regulas, membra capitis sequantur directiones. Nec ita arbitramini* Consulatum *uti sua uoluntate, ut nesciat se* REGEM *habere* CAESAREM, *penes cuius tribunali cunctorum gestorum compellitur reddere rationem, cuius iussui ac mandato simulque* APOSTOLICAE *sedis nunc se conformat. Quamuis ex uobis sint rerum ignari, qui* ROMANVM IMPERIVM *dicunt natare; Senatui conscientia incolumis est, inclinet*

Concepta, quasi omnia ciuitatis penderent ab imperio CONSVLVM *uel* SENATVS.

clinet se res utcunque. Famam in regno CONSVLES *habent, fidei tenacitate sunt cunctis* IMPERIALIBVS *ciuitatibus spectabiles.* O Ciues, *ut in summa concludam, uideo enim* MALEVOLOS *me grauiter audire, dum humiliora a maioribus diligentius fuere tutata, ciuitates stetisse incolumes; dum uero superioribus subdita inferiori, periclitatas ac desolatas.* ANTHENOR *&* ENEAS PRIAMO *insidiantes* TROJAM *tradidere. Athenienses dum sapientibus parent, Graeciam gubernauerunt eis - - - - - - stomacho fuerunt. Id Lacaedemoniis contigit:* CORINTHIS*que, qui Romanos docuere illud eclogium perpetue* PRAETORIIS *inscribendum:* CONCORDIA PARVAE RES CRESCVNT, DISCORDIA MAXIME DILABVNTVR, *ut sileam de aliis, dies enim non satisesset ad enarrandum exempla. Quid ipsam* ROMAM *caput mundi peruertit, nisi Quiritum contra conscriptos Patres frequens discessio. Laesio* CAPITIS *ad totum caput corpus respicit & cuiuslibet membri uulnus iniuste irrogatum. Cura* CAPVT *sollicitat. Caeterum quod a membris contra* CAPVT *dolo uel malitia praesumitur, crimen est grauissimum & proximum sacrilegio.* CONSVLATVM *habere Deum prae oculis, decet. Vos autem* CONSVLES, *qui loco* DEI *imaginem repraesentant diuinitatis, uos sollicitantes, concitantes tumultum, suscitantes conspirationes*

facientes, contra securitatem & quietem ciuium agentes, nec in mortis articulo liberabimini. Vestra denique & DAMNABITVR MEMORIA *& bona heredibus auferentur, nepotibusque ignominiae erunt. Quapropter si quis est famosus inter uos* crimine, *si quis aere uel* chirographis *obligatus, si qua* muletae *uel etiam* criminis particeps, *qui de his, quae nunc in ciuitate uersantur, indicium* Senatui *fecerit,* IMPVNITATEM, LIBERTATEM *ac* DONA *reportabit a* SENATV. *Certe tormentis quidam ex certis* indiciis *subiecti fuissent ratioque id exigebat; sed* pietas Consulum *moderatius statuit se habere, parcens, ne* MVLTITVDINEM *in* PERNICIEM *trahat, locum dans meliori uti animo posse, nec affectant in uos crimen* LAESAE MAIESTATIS *impingere, scientes, rem sine graui periculo ciuitatis nunc sedandam. Constat* SENATVI, *qui haec habent, qui seditionum* AVCTORES, *de armis, de telis, quae occulte portantur, de* NOMINIBVS *eorum, qui iam neci addicti a uobis sunt, de confiscatione singulorum, dant tamen licentiam discedendi ab armis. Clementia magna in* PATRIBVS *est, ut nec hodie supplicibus suffragia, nec oppressis auxilium & leuamen denegare uelit.*

Ciuibus obsequii *sola gloria.*

§. III. Haec Legato concionante & si pars plebis inclinaretur, ut *Senatui* suggereretur querelarum occasio & ab armis discederetur;

Ideoque nihil proficitur.

tur; foetidus tamen CAPER CAPRISSANDO PAVOQVE *centoculus* caudam concutiendo is ex inuidia & foetore *auaritiae*, is ex *superbia* & *ambitionis* radice primus inficiendo, alter territando, proteruiter clamorem incertum, quo tenderet, suscitant LEGATIque uocem retundunt concioque mox dissoluitur *tumultuario furore*.

CAP. XVII.

De EVASIONE SENATVS *ex oppido &* spoliatione direptioneque *bonorum ac publicarum rerum dissipatione*.

NOctis beneficio *macellariorumque*, qui *consulibus* fauebant formidinique caeteris erant, *tutamine*, nec non eorum *artificum*, qui a potentibus se suamque domum nutriebant, (nam per illos duntaxat *potentes* pecunia ciuitati inferebatur) *auisatione*, *patres conscripti* euaserunt; alii tanquam *funus* elati, alii *ueste* peregrina tecti, alii *uxorum habitu*, alii *fimo* inuoluti, ex *castello*, quod contra eos erat, profugerunt. Partim etiam inter *monachos* ueluti *confratres* absconditi, furtim enim tunc latitare uel euadere pium & necessarium erat. Dispersi denique hinc inde *possessionibus* circa oppidum non fidebant, sed ad tutiora profugebant praesidia.

Proceres Noribergae *metu turbarum clam secedunt* urbe.

§. II.

Hinc in urbe spolia, depraedatio, direptio.

§. II. Expectabat populus, ut ad consuetum *nolae sonum*, SENATVS in *praetorio* congregaretur. Statuerunt enim *tyranni*, ex eis destinati, tunc consules insimul aggredi, sed frustra iacitur rete ante oculos *pennatorum*, mora transacta *domus* & *lares*, penus & conclauia cunctaque latibula perscrutari, *lictoribus* suis praecipiunt. Non habetur deliberatio, sed omnium, qui effugerant, *bona publicantur*, male quidem, sed astute; perditum *uulgus* ex *praeda* rapaciter capta animabatur fortius in *conspiratione*, *publicantur* itaque *domus*, *aurum argentumque*, *lapides pretiosi*, *ornamenta* mulierum, *utensilia domestica*, *lamentabiliter* diripiuntur.

Facies rerum tragica in urbe.

§. III. AVARVS denique spiritus immittens ignem cupiditatis, facit pene discordiam inter *debacchantes bultrones* pro rebus praeripiuntque sibi singuli *pretiosora*. De *clauibus* nulla fit quaestio, dum *securibus* ac *malleis* res agitur; *Ostia* ac *ualuae machinis* impelluntur, patent *triclinia* ac *penetralia*, absconditique *thesauri* publicantur; *frumentum* pro communi necessitate repositum, de promtuariis non aufertur, sed dispargitur; *matronae* honestissimae spoliatae *seminudae* in publicum producebantur, *filiae* spoliantur, *senes* sine omni reuerentia illuduntur, iniuriose prorsus in *decrepitos*, in *impuberes*, *in uirgines* animaduertitur, *tor-*

tormentis exigere uolentes proditionem progenitorum. Et ut o *lector*! huius *tragoediae* summam habeas, saeuiebat *ignobile uulgus*, absumebatur *dies infausta* sine cibo, sed tandem coepit mens esse in *popina*; ea quae ad liguriandum inuenerant *prodigi* in *tabernas*, ad *symbolum* singuli compotant, pro re gesta furioso *Baccho* litaturi, *uino* facinora *abluere* statuunt, *Bacchanalia* celebrant leuantque *furiis* sicque se ex *doliis* armant, rursus *cornua* sumentes, clamoribus indulgent. *Ignaui* tunc gloriantur, tanquam re bene gesta.

CAP. XVIII.

Qualiter se AVCTORES MALORVM *in officia ingesserunt &* MACELLARIORVM *fidelitate &* PRAETORII *ac* AERARII *dissipatione ac quomodo aliquos* PRINCIPES *in suam sententiam traxerunt, per* scripta *ac* munera.

Turba SEDITIOSORVM *pollicetur ciuibus libertatem, conculcatam a senatu.*

ILlucescente tertia die aggregati *Barbicapri* & *Pauonici*, mox *millenarium* quemlibet seditiosum creant. Deinde *Centenarios*, hi *Decuriones*, hisque *portarum turriumque* custodia demandatur, ne quis latitans possit euadere. Deinde ante *praetorium* ad plebem concionantur acerrima orati-

ratione contra *senatum*. *Exactiones* se sublaturos affirmant ciuitatemque *liberam* reddituros, a *plebe* fidem postulant dantque uicissim omnia in tuto esse, aequo animo ut sint.

Contra Macellarii.

§. II. Cum autem in his omnibus MACELLARII uti rerum gnari & qui considerabant, pecunia recenti dilapidata, ciues egestatem habituros, profligatis illis, qui inferebant & qui cum *territoria* circuirent, *proditorum infamiam* subituros, omnino se subtraherent. Non minima incesserat sollicitudo *conspiratoribus*, ne quid contra eos attentarent, ad eos tamen destinant uerba pacifica in *dolo*, a quibus tamen destinati nil certi reportantes, nihilominus coepta infeliciter, infelicius prosequuntur.

Inuasio praetorii, aerarii. *Nouus* magistratus.

§. III. *Praetorium* inuadunt, *aerarium* aperiunt, dona largiuntur suis satellitibus MAGISTRATVM NOVVM creant, SCABINOS sicut amurca de fecibus, ita ipsi de populo extrahunt, officia inter se distribuunt, cuilibet *artificio* specialem *tabernam* & theatrum cum *chorea* assignant.

Archiui *institutio* & *priuilegiorum custodia*, *non* dissipatio.

§. IV. Et tandem, *synagoga* facta, conciliabulum aggregatum *secretario* includunt, conflaturi detrimenta in rempublicam. Qui *secreta ciuitatis PRIVILEGIA IMPERATORVM, MVNIMENTA* reipublicae, pro *nouis fabulis*, secum domum gestant, publicant ac dispergunt. Heu! heu! constat tunc multa

ta *Caesaribus data*, a CVNRADO I. huius nominis usque ad LVDOVICVM huic ciuitati PRIVILEGIA pene omnia *deperdita*, de quibus tamen id, quod super est, alio loco dicendum.

§. V. Rebus ita se habentibus ingressi sunt numero non pauci *aerarium publicum* uidentesque *aeris* copiam, dum extollere *prouidentiam senatorum* debuissent, incusarunt *auaritiam* nullamque futuram *calamitatem*, qua his opus esset, rati, manus ad *dilapidandum* iniecerunt & tanquam de pleno renascituro, per *noctes* aceruo tulerunt.

ABRARII OPES *produnt senatus iniurias, ob simulatam* egestatem.

§. VI. Et quia semper saeua praesumit perturbata conscientia, uerebantur, ne CAROLVS contra GVNTHERVM praeualeret, prout euenit & post attentorum ultor fieret. GVNTHERO iudicarunt adhaerendum, qui *anticaesar* tunc circa Rhenum congregabat exercitum, sed a suis *propriis proditus* a *Sarmatibus* quoque, qui modo *Poloni*, *Bohemis* ac *Regni* primoribus debellatus, coede interiit; licet sibi tunc *duo Newronbergensium* BVRGGRAVII fauerent, IOHANNES uidelicet & ALBERTVS. Filius quoque *Ludouici* tunc decessit, ut quidam dicunt, *ueneno*. Pollicebatur GVNTHERVS seditiosis subsidia, sed frustra, sua salute periclitans.

GVNTHERO *Caesari inde mittunt pecuniam.*

Qui illis pollicetur auxilia.

§. VII. Attentauerant saepe numero di-

uersis

Excusant CIVES *reipublicae metamorphosin oratione singulari an. 1348.*

uersis modis BVRGGRAVII & certi *principes* potiri *ciuitate*, sed frustra. Vnde cum *conspirationis auctores* huius rei notitiam haberent, sperabant assensuros petitis. Miserunt igitur ad eos *ambasiaturam* cum muneribus ac stipulandi de aliis autoritate munifici etiam facti inuenta pecunia, in qua non laborarunt, dantes & *epistolas* sub tali tenore: *Illustribus ac magnificis dominis* IOHANNI & ALBERTO BVRGGRAVIIS *Newronbergens. consules ac* IVRATI *eiusdem* VESTRAE *ciuitatis se ac sua, uti fideles, ad uota. Testamur* DEVM & HOMINES, *nos arma non cepisse contra* VTILITATEM PATRIAE *neque ut* CONCIVIBVS *nostris periculum faceremus, sed uti* CIVITAS VESTRA AB INIVRIIS TVTA *foret. Nam nos miseri, egentes, uiolentia atque* CRVDELITATE CONSVLVM *coacti, qui sponte sua conscientia exagitati scelerumque multitudine profugerunt. Compulsi rempublicam uendicamus, tanta in illis erat* SAEVITIA, *ut respirandi, oppressis ciuibus, nullus daretur anhelitus. Insuper nos &* CIVITATEM VESTRAM *statuerant tradere in manus* BOHEMICI TYRANNI, *quem tamen nec legitime electum, nec coronatum accepimus. Quare instanter supplicamus, ac humiliter, ut nos* VESTRI SVBDITI *ac* VESTRA CIVITAS *uero Caesari commendemur, nec subdolus quisque suam celsitudinem sinistre occupet, nostrisque*

BVRGGRAVIIS, *quod* Noribergensium *ciuitas.*

oppressa SENATVS crudelitate.

& proditione urbis BOHEMIAE *R. Carolo.*

Preces, ut Burggrauii misereantur SVORVM subditorum, *Noribergensium.*

ſtrisque ſub expenſis pericula occurrentia remouentes, inſuper noſtrorum Conciuium relationem beniuole auſcultantes. DATVM *ſub* SIGILLO *noſtro* NOVO prid. Cal. *Auguſti* 1348.

§. VIII. Conſimilia etiam ſcripſerunt LVDOVICO BRANDENBVRG. *Marggrauio.* Quorum intentio tunc erat *Carolo aduerſari*, ante omnia tamen ſimul & ſperebant in his ſeditionibus, ſe poſſe *ciuitate potiri*, in qua iam certa ſibi de facto vendicauerant iura, ante omnia vero *pecuniam* ſibi transmiſſam, *honoris titulo*, laeta facie acceperunt. *Similia ad* LVDOVICVM *M.* Brandenburgenſem.

§. IX. Deinde, paucis diebus elapſis, CAROLVS de omnibus *aduerſariis triumphans*, ſine omni difficultate, BVRGGRAVIOS in ſuam ſententiam traxit, *proditoribus patriae*, vt ſit, deriſis ac in ſentinam perfidiae demiſſis. *Sed* CAROLVS IV. Burggrauios *ad ſe trahit.*

CAP. XIX.

Vbi SENATVS *ſe ſecuritati tradiderit & de* CVNRADO *de* HAYDEGG *& quomodo* IVDAEOS *ſpoliarunt de ſtatuque tunc imperii.*

Cum ingenti ſollicitudine portae *ciuitatis* cuſtodiebantur; ſed tamen non ea, quae *carnifices* compelleret a *coepta fidelitate* deſiſtere. Nam per ſe filios ac famulos in dies *ſenatoribus* deſtinabant nuncia. *In his* CARNIFICES *omnia pertulere ad Senatores extorres.*

Qui etsi primum dispersi essent, paulatim tamen se certificantes & iussu *Caesaris* CAROLI in illud indictum castrum HAYDEK ad generosum Baronem *Cunradum* conuocati fuerunt; ex alto fortunam ciuitatis prospicientes.

CAROLVS IV. *Caesar* Haydeccio *committit extorrium* tutelam.

§. II. Erat tunc praefatus *Baro* in *regno* perspicuus, temporalibus *bonis*, *castris*, *territoriis* inclitus. Cui CAROLVS famosissimum *senatum* tuendum commisit, donec, regni negotiis sedatis, per se curam adhiberet. Erat periucundum tunc videre in tali *castro* tot prudentes emeritos *consules*, cum tali milite in *negotiis regni*, quamuis essent *exules*, incumbere. Fouebat enim eos benigne & humaniter ad eosque *confortandos*, consolandos & recreandos.

Exauthorat nouum urbis sigillum.

§. III. *Ciuitates imperiales* in *Rhetia* constitutae, *Sueuia* ac circa *montes*, *Rhenum* & ex *tota Germania* nuncios miserunt. CAROLVS insuper mox *sigillum a seditiosis factum suo decreto exauthorizauit* nouasque adhibuit *adinuentiones*.

In IVDAEOS *dirae*.

§. IV. In ciuitate vero constituti alio *gustato pane*, allecti eius dulcedine, dum bona ciuium *absumsissent*, conuersi in IVDAEOS primum, ut ea, quae sponte locauerant pignora, deinde omnia bona abstulerunt illudque venditum pecus nudauerunt, uti ipsi *benedictum filium* Dei.

§. V. Incredibile est, quanta & qualia gens illa con-

illa congregauerat. Nam eam *planitiem* & *domum*, ubi forum nunc eſt, occupabant, *ſynagogamque* ubi almae *Dei genetricis* modo *ſacellum* regale eſt, habebant ſubterraneos quoque meatus. His rurſus *famelica plebs* ſaturata, ad tempus domi continebat. Nam progrediens *extra portam proditorio* cauterio inſigniebantur, paulatim dum viderent, ſibi & populo, quem ſeduxerant, ſubſidia ceſſare.

Eorundem coactae opes.

§. VI. Et illud frequentiſſimum primariumque *oppidum*, nobiliſſimum etiam *emporium* ab omni frequentatione exterorum *deſolatum*, nullam quoque *pecuniam* inferri, admodum anguſtiari, coeperunt, omnem quoque modum, quo *ſenatum* interciperent, excogitare. Sane, cum ſpopondiſſent plebi immunitatem & *pedagia*, *vectigalia* & *aliae exactiones* minime ſufficerent, ad *onera ciuitatis*, nulla pedagia praeſumebant exigere, ne in *ſua primitiua* plebs rediret, iuxta *rerum* tamen *abundantiam* cuilibet *contributionem* imponere, ridiculum erat. Cum illi, qui prius cumulatim in *aerarium* intulerant praepotentesque fuerant, plurimos etiam ex *ſutoribus*, *ſartoribus*, *ſellatoribus*, *inſtitoribus* aliisque ſecum enutrierant, *extra ciuitatem* eſſent, hi quoque qui regebant duntaxat, de *publicis* viuebant incommodis nulliſque priuatis negotiis dediti.

NORIBERGA *derelicta commercis.*

Nouus modus collectandi *ſecundum* opes.

H 2 §. VII.

NORIBERGAE *salus in morte* LVDOVICI IV. *imperatoris.*

§. VII. Durauit haec res iam in *secundum annum*, donec huiusmodi casus, Deo optimo volente, dedit; LVDOVICVS dux *Bauariae & imperator* praefatus a *tribus apostolicis* sibi succedentibus *priuatus* & *a principibus* merito *refutatus* venationi in *foresta* ESTENLOHE dicta, indulgens, visitatus inopinate a COMITISSA de TYROLIS MALATHESTA dicta, de equo descendit, sitim conquestus, illa sibi vasculum, quod *flasconem* dicimus, habens in medio etiam distinctionem & desuper *ducillum versatilem*, obtulit, porro in una parte merum *vinum*, in altera *lethiferum venenum* erat. Vt vero suspicionem tolleret, ipsa prior bibit, post quasi causa honoris, *ducillum* tersit, ac *girando* versum LVDOVICO obtulit, qui hausto auide veneno, decidit infrigidatus & tantus *vir* in gremio unius *rustici* decessit, CAROLO *imperio* dimisso. Sacrae tamen imperii RELIQVIAE *monaci* ad tempus permansere, ut dicemus suo loco.

qui ueneno obiit Margarethae MAVLTASCHIAE.

CAP. XX.

Quomodo per CARNIFICES SECRETA *& per Carolum attentata cassabantur &* MILITIS famulus *captus patefecerit perniciosa* consilia *conspirantium contra eundem militem.*

Vigi-

VIgilanti cura *portae custodiebantur*, elapsis tamen *auibus*, ut dicitur. CARNIFICES vero sua negotia intra moenia non potuerunt *farcinata* facere. Hi egrediebantur & senatui grauissimo, qui *castrensis* effectus in HEYDEGG residebat, cum praeclarissimo militante *Cunrado* secreta, quae poterant, reuelabant. CAROLVS vero Caesar, LVDOVICO extincto & GVNTHERO deuicto, mox DECRETVM IMPERIALE promulgauit, cassans vigorem noui *sigilli conspiratorum* contractusque & stipulationes euacuans, *militi* præcepit, ut tueretur senatores, quousque personaliter rebus consuleret, sciens, quod *oppidum* illud *castrumque* esset, (ut SYLVIVS poeta ait) *aptissima sedes imperii regnoque Sclauoniae Bohemorum conterminium*.

CAROLI IV. *Caesaris interdictum pro* senatu.

§. II. Casus, sanctis id *Sebaldo* ac *Laurentio* Deo caroque impetrantibus, tunc se talis dedit. Habebat idem *miles* in sua familia *unum* prae coeteris *curue domesticae* aptum, qui omnes vias, curas, homines, redditus in notitia habebat. Is *praedia* visitans, incidit in *insidias oppidanorum* gaudenterque in vincula coniicitur, nique iuret se *proprium dominum Cunradum* proditurum, nudato ense morti iam mancipatur. Terrore, ignarus, ut *gloriosum exitum* declinaret, percussus, iurat tempus, locum & modum. Tradit *dominum* suum *militem*

Casus de prodendo L. B. de HAYDECK, *Noribergae tutelari.*

tem ad villam ROSTALL, quod ſub ſuo dominio erat, ut *colonos* inſtituat, tali die circa meridiem affuturum ſeque ipſum cunctis terminum indixiſſe affirmat. Pacti igitur ſunt & *pecunias* ſe daturos & ſpopondit & quaerebat opportunitatem, ut eum traderet.

Eluſus a famulo HENNIKE.

§. III. Dimiſſus famulus, cui nomen erat HENNIKEN, ad *caſtrum* rediit praefixaque die *dominus* miles cum *ſenatu* manicabat prandium ſumere, poſt ad ROSTALL caballaturus. Stat *Hennicken* ante menſam, tenens *uaſculum* uini *Domino* porrecturus. Cui (Deo volente) ait Dominus: *quid fieret de nobis, o* HENNICKEN! *ſi latrunculi illi vulpini e latebris ſuis proſilirent nosque inuaderent fraudulenter.* Num tu es iunctus ſpe *auri*, me, uti *lupi* ouem, ad uictimam traheretis? Quibus uerbis prolatis, *uasculum* e manu *ignaui* cecidit in *palloremque* verſus ſe ipſum prodidit, iuxta *poeticum* dictum: *Heu! quam difficile eſt, crimen non prodere vultu.*

Proditae ab illo inſidiae.

§. IV. Strenuus miles oculos in *ſenatores* proiiciens, o amici! *uidetis proditorem illum aliqua in perniciem noſtram molitum.* Asſit tantum *lictor*, *torturis acerrimis* exquiſiturus; & miſer fidem *conſulum* implorans vitæ conſeruandae, ſe per *maximum nefas* dicturum, quo *percepto* & *audito fraus* in auctores *de facili* retorqueri poſſit, inter-

interpellantibus cunctis, *miles auidus* rei audientiam praestat, proficua si dixerit & vitam pollicetur. Ille vero *rem omnem*, ut *gesta* erat, narrat insidiasque tali hora, talibus mediis ac signis, quod daturus erat, quoque loco lateant, enarrat.

CAP. XXI.

Quomodo MILES *dolum contra dolum instaurauerit pessimosque ciues ex insidiis ceperit eosdemque patibulis adiudicauerit gulamque restibus fregerit & de adolescente proditioso & penuria, quae inuasit ciuitatem.*

Milles cum *senatoribus* deliberans, clam missis hinc inde *nunciis ad uicinos nobiles*, *equestres* congregat maximamque multitudinem *rusticorum capitaneisque* solis quid agendum sit, mandat, ut *hora noctis quarta* aliqui viam ex oppido (ne reditus pateat fugientibus) certi curent. Reliqui, [dum flamma ex paruo fortalitio in ROSTALL emicuerit] ipsum *fortalitium* adoriantur eousque, qui circa fossata reperti fuerint, quam maxime *uiuos*, si non *mortuos* subigant; deinde ipse caute se ad ROSTALL transfert. INSIDIAE *ciuium elusae.* *In Rostall.*

§. II. Aduenit nox praefixa, *vulpes* egrediuntur fraude instructi, numero ultra *du-* *Aduenientes* ciues *capti*;

 centi.

coniecti in uincula. *centi* armati & ex populo *Gommoreo* circa *trecenti.* *Hennicken* caute custodibus in *fortalitio* signum dare proditionis compellitur; hi aduolant ex insidiis, miles *pyramidem*, quam in tecto fecerat, *accendit.* Alii quoque sui videlicet, insurgunt remque gladio agunt, *obtruncant*, *capiunt fugaeque* praesidium intercipiunt & ad *ducentos uiuos* neruis constringunt. *Miles* victoria laetus, *lictoribus* etiam nouis creatis, omnes morti destinat fortesque *furcae* eriguntur, denique *consules* euocati ac e proximis *districtibus* SCABINI iudicium ferunt.

ad mortem condemnati IVDICIO SANGVINIS. §. III. CAESAREVM DECRETVM olim militi transmissum profertur, sententia rogatur, ac, ut moris est, SOLENNE IVDICIVM SANGVINIS contra reos profertur in monteque EYBERG concatenati educuntur altisque in *patibulis* strangulantur, licet ut *proditoribus* forsitan terribilior vindicta infligenda esset, tamen propter *multitudinem* *Cunradus* hac contentus. Erat inter alios quidam adolescens *procerae staturae*, *uenusta facie*, *filius* hospitis unius, cum cuius patre *Boro*, *Cunradus* dum aliquando *Nieronberga* esset, *hospitabatur*, quique semper solitus fuerat eidem *calciamenta* detrahere aquamque ministrare & ad *stratum* eundem assiociare, cuique *miles* res & corpus credebat. Is iam cum aliis *strangulandus*

adolescens superior mala cruce

landus, gratiam, ob praefata clamans, petebat: *Ah tu*, inquit *miles*, *perfidissime omnium hominum, in me, nequitiosissime proditor, desperastine de coetero lares intraturum paternas, ut me ibidem traderes, exiuisti ob hoc, cum gladiis & fustibus. Quapropter gratiam tibi singularem faciam iussitque post omnes, quandam arborem altam truncare ramis eumque GVLA SVPER OMNES suspendere.*

§. IV. Restat nunc cuilibet rationibus perpendere, qualis *luctus* & quale *iustitium* publicum fuit in *oppido*, dum pene quaelibet *familia* aliquem lugeret, alius *patrem*, alius *filium*, alius *fratrem mulieresque maritos*. Deficiebat AERARIVM, *redditus nulli*, cum *omne negotium* quiesceret. *Strata publica, urticis uepribusque obducta, spolia IVDAEORVM* absumpta, *MENDICANTIVM ordines* suis precibus reditum senatus optabant, a quibus *uictum*. Nam isti inopes potius *tabernariis* dabant. Vt igitur fit in talibus, multi, quibus nouae res placuerant, iam rursus *ueteres* laudabant *macellariosque* beatificabant, maxime cum suprema *egestas* iam trans muros totam *ciuitatem* inuasisset. *Inde LVCTVS communis.*

CAP. XXII.

De CAROLI *contra* ciuitatem profectione, *de* POENITENTIA, *quae*

inuasit plebem & *huius ciuitatis* OBSIDIONE, *de* PACIS *reconciliatione, nouique* SIGILLI *caracterumque innouatione* MACELLARIORVMQVE *priuilegio & occasionum radicibus, exstirpatione qualiterque* CIVES *mox multa* SACRA LOCA *fundarunt.*

CAROLVS IV. *Noribergae* INSTAVRATOR.

HIs gestis, vicinia ingenti gratulatione *imperialiaque oppida* turbantur, ob desolationem tam *inclitae ciuitatis.* Porro inter ipsos *conspiratores moesta* erat rerum *facies,* propter *expectationem*, quam audiebant, in dies commoti Caesaris CAROLI, qui congregabat *magnum exercitum*, iturus contra eos & iam *uictualia nulla* inuehebantur. *Incusat* igitur iam ille illum & mutuas *calamitates* non patienti animo ferebant. PAVONICI *praetorium* occupantes, nitebantur CAPRIBARBIS tributa rursus abolita imponere, sed hi refutabant, *uectigalia* nulla obueniebant, nec de *petagiis* ultra spes deficiente, ne dum *Baccho*, sed etiam *Cerere.* Feruebat vero *indignatio* CAROLI, ne dum contra *auctores* conspirationis, sed etiam contra *duos* BVRGGRAVIOS praefatos, IOANNEM videlicet & ALBERTVM, nec non contra *Marggrauium* BRANDENBVRGENSEM, qui videbantur eos fouere, quae vix

sexto

ſexto poſt *anno* ſopita fuit, ut geſta CAROLI teſtantur.

§. II. Superuenit tandem CAROLVS cum *exercitu Bohemorum*, *Saxonum* ac *Thuringorum* caſtraque metatus eſt, circa villam *Megeldorff*, ſuum tentorium circa *Kircham* ibidem; eique mox occurrunt *Franciae orientales* omniumque *imperialium ciuitatum* auxilia. Sed cum *machinis* non eſſet opus contra *moenia*, nam *macellarii* iam multos ſibi adiunxerant; de placando CAESARE tractatus habiti ſunt. Et quidem CAROLVS, exactis precibus, quaſi coactus, dum iam *Italiam* decreuiſſet petere, *conditiones* PACIS, cum deditione acceptauit, certaque STATVTA edidit, modosque, quibus futuris temporibus, *conſulatus*, *ſenatores*, *electores*, *diffinitores*, *negotiorum praetores ac officiales* fierent, ne locus ultra ſeditioni daretur, SECRETVM SIGILLVM pro *conſulibus* determinauit ſpeciale.

Suſcipit eam in PACE.

nouis conſtitutionibus *factis de* formula *ciuitatis*.

§. III. Nam *triplicibus* ARMIS utitur *ciuitas*, integra nigra AQVILA more aliarum *ciuitatum imperialium ciuitatum* BICIPITI; alia *arma* ſunt *media* AQVILA reliqua parte ſumtis COLORIBVS ALBO & RVBRO de prouinciae *Swanfeld* inſignibus & TERTIA AQVILA AVREA cum capite *uirgineo* corona aurea ornata.

INSIGNIA *Noribergae indulta* triplicia aquila biceps

§. IV. Deinde CAROLVS datis *priuilegiis* certis *macellatoribus*, ut omni genere *ueſtimentorum auro & pretioſis dyploidis* muratori-

PRIVILEGIA *Carolina* carnificibus.

toriisque circa carnis priuium *incederent*, perpetuis temporibus. Poſt etiam PACE facta inter reductos SENATORES & EXPVLSORES, ne quid in *ciuitate* mali paterentur, exiſtentes, *amphiboletico ecclogio* decepit intransque *ciuitatem* cum incredibili plauſu excipitur, *pro concioneque laudatos* aliis *uirtuoſos* in exemplum proponit, coeteris quietem indicit. Quod ni fiat, rem iam abolitam repullulaturam. PAX denique indicta SCABINISQVE remotis, *priuata* quoque *theatricaque conuenticula* prohibentur.

Seditionis auctoribus aegre id ferentibus.

§. V. Aegre hoc *hircus* CAPRIBARBATVS tulit, tamen cum quidam ad *uillas* egrediuntur clam, quaſi in *ſeditione*, per ſubmiſſos trucidatur, diſſimulante *Carolo* rem, qui omne mox ſtudium pro CIVITATIS DILATATIONE ac *exaltatione* appoſuit; FEVDAQVE multa & PRIVILEGIA reipublicae in *augmentum* dedit SENATVI, quae prius *priuatis* data erant perſonis.

BENEFICI *in cauſas* pias.

§. VI. Prouidis itaque viris ac emeritis reſtitutis, ſtudebant *obſequi imperatori* & eorum *induſtria imperator* uti, nec ingrati DEO, dicti STROMAYR, locum Fratrum MINORVM exornarunt. HALLER vero emancipauerunt locum, ubi tunc S. CRVCIS humaniſſimum *Hoſpitale*, remotis incluſis *Beguttis* ante portam nouam pro aduenis peregrinis fundarunt. EBNER ante portam verſus *Noricum monaſterium St. Clarae* translatis

latis sororibus de Loco von BERG, ubi nunc *dominarum porta*. GROSSEN locum, ubi famosissimarum deuotarumque *Virginum S. Catharinae* conuentus nec non & eum locum, quo hactenus *Cisterciensis ordinis* moniales in S. Spiritus honore. MENDLIN de foro publico in *Cimiterium S. Sebaldi Capellam S. Mauritii* transtulerunt, cum Missa, quae hodie in *Parochia* prouidetur & capellaris dicitur & inclitam Carthusiam fundarunt. PORRO BÜLLNREVTH iam per imperatorem Ludouicum & GROSSEN dictos fundatum erat. Monasterium etiam supremum dignitate *S. Egidii* tunc incrementum sumsit. TVCHER quoque & PFINZING affinitate iunguntur, in augmentum prolis notabile, de quibus & multis aliis, grandis sermo superest, nec facilis ad pronunciandum illi, qui nil nisi reprehensionem & inuidiam reportaret, dum ueritati studeret, quilibet enim vult sua extolli & praedicari. *Reseruemus igitur aliis* vel in alia *tempora stomachum* opprimentes nostrum.

CAP. XXIII.

De noui PRAETORII *aedificatione & maxima* Pestilentia *& qualiter ex* MONACO *oppido* RELIQVIAE IMPERIALES *adductae sint & quomodo* CAROLVS *quoque diuersas* CONVOCATIO-

TIONES PRINCIPVM *hic habuerit & reliquiarum ostensione.*

PRAETORII *instauratio*

AD *publica* reuertentes imprimis PRAETORIVM nouum construitur historiisque ex *Valerio Maximo*, *Plutarcho* ac *Agellio* receptis, laudabiliter depingitur, quae satis diligentiam ad literatos tunc *senatus* ostendunt, motiua enim exempla depicta, ad iuste iudicandum vtique praebent, quæ vtinam, sicut pictura, ita & practica hodie non negligerentur; maxima tunc *pestis* pleblem inuasit. Vnde ager ACHELDEMACH in suburbio consecratus est, *tertio Caroli* anno & iuxta *S. Ioannis Sacellum*, vbi hodie est leprosorium.

Pestis in urbe.

Comitia Noribergensia.

§. II. Deinde in anno *iubilaeo* a virgineo partu 1350 indixit Carolus *generalem curiam* omnibus *principibus* in *Newronberga* arduaque *negotia imperii* prouide tractabat.

RELIQVIAE IMPERIALES *a Bois traditae imperatori.*

§. III. Cum filii LVDOVICI *Bauari*, nec dum Carolo totaliter *reconciliati* essent & S. S. RELIQVIAS IMPERIALES vsque ad hanc diem in oppido *Monaci* detinuissent, mediantibus *principibus* inducti, easdem in NERONBERG in *mense Aprili* presentarunt. Diuinam videlicet LANCEAM, dulces CLAVOS viuificamque CRVCEM cum aliis CLENODIIS, semper *Romano imperatori* ab antiquo *collateraliter* appropriatis, allatae fuerunt, cum maximo *tripudio cleri ac populi* in CASTROQVE pro tempore recondi-

tae,

tae, post etiam in quadam domo iuxta S. *Egidium*, vbi MVFFEL habitabant. Sicque *duces* BAVARIAE & etiam LVDOVICVS *Marchio Brandenburgensis*, filii Ludouici *Carolum* venerantes, in *uerum imperatorem* recognoscebant.

§. IV. Exactissimus enim & deuotus RELIQVIARVM INQVISITOR ac venerator fuit idem CAROLVS in imperio, prout PRAGENSIS ecclesia testabatur, ante *Hussitarum* prauitatem. Nam & ab *Innocentio papa* ob earundem RELIQVIARVM venerationem, impetrauit confirmationem specialis FESTI, cum maximis *indulgentiis*, prout literae circa easdem desuper conseruantur. *Earum cultor* CAROLVS IV. *earum* FESTVS *dies* & indulgentiae.

§. V. Post tamen RELIQVIAS ad CASTRVM *rubei montis* clandestine extulit postque PRAGAM delatae sunt. Qualiter vero econtra delatae sint, post clarius dicemus. *Inde migrant* PRAGAM.

§. VI. Habuit & idem CAROLVS inauditam *congregationem Newronbergae*, PRINCIPVM, ubi BVLLAM AVREAM publicauit, de *electione* Romanorum *imperatoris feudaque* multa *principibus* conferens, *foedera pacis* per Germaniam indixit, terræ tamen motus subsecutus, *Basileam* euertit. Eius anno vndecimo strenuus ille miles & Baro Cunradus de HEYDEGG fatis decessit, circa *Newronbergenses* emeritus. Cuius gratia consulatus post vsque ad nostra tempora, circa eius heredes omni conatu gratitudinem ostendere conatus est. *Comitia ad* AVREAM BVLLAM. *L. B. de* HEYDEGG *mortuus*.

§. VIII.

Carolus NORIBERGÆ 1360. *oſtentat* *SS.*reliquias.

§. VII. IOHANNES quoque BVRGGRAVIVS deceſſit. Reuerſus vero Carolus Newronbergam anno *ſexageſimo*, ſupra *tricenteſimum milleſimum*, attulit rurſus SACRAS RELIQVIAS & poſtquam imperiali maieſtate Paſcha celebrauit, ſequenti poſt *Paſchalem* terminum feria ſexta easdem *publice oſtendere* facit, ex eminenti pinaculo *Regalis* nouiter aedificatae *Capellae*, de cuius origine, quia locus poſtulat, ſequenti capitulo dicturi ſumus.

CAP. XXIV.

Quomodo alma uirgo MARIA *pene miraculoſe gentem* IVDAEORVM *de foro procurauerit amoueri & ſuam* CAPELLAM *in loco* SYNAGOGAE *fundari, pulchra narratio & fori purgatione.*

Sacellum D. MARIAE *ſubſtituitur* Iudaicae *Synagogae.*

ALmae Dei genitricis MARIAE deerat ſpeciale SACELLVM Newronbergenſibus. Nam inimica gens *Iudaica* ſacrilegum genus abundabat. Cuius conſortium fugiebat caſtiſſima piiſſima *dei genetrix* ut pia filii eius *necatrices*. Sed ſapientiæ vaſculum, tandem uicit ſceleratiſſimæ gentis piaculum & id prout reipublicæ *Newronbergenſis* ſtatus in omnibus, ita in hoc caſu inopinato miraculo declaratur. CAROLVS *Caeſar* cis & citra Rhenum fidem recipiens

piens a *principibus, ciuitatibus ac castellis* moram faciebat.

§. II. Casus se obtulit, ut consules ad eum AMBASCIATAM mitterent, unum de familia STROMAYR, qui per certos menses *comeatum* sequebatur, quem causa dilectionis, qua *Senatum* nouiter reductum, mire Caesar amplectebatur familiarique sæpius colloquio aduocabat, inter alia hinc inde conferens uerba, qualiter, post *pacatum imperium, fixum* haberet, *Newronbergam* incolere, tanquam aptissimum locum, maximeque sibi cordi esse, ut locus *aedificiis, campis & foris* esset perspicuus.

CAROLI IV. *animus figendi sedem* Noribergae.

§. III. *De facili*, inquit, *o inuictissime DOMINE AVGVSTE, id fieret*, si IVDAEI in uestra ista *ciuitate* non optima aprica loca occuparent, sed ea est ibi *multitudo*, ut quaeque optima sub & super terram occupet loca & CHRISTOCOLAS quasi in angulo coarctet; uertitur enim quasi in dubium, an CHRISTVS uel MOYSES penes nos *triumphet*. Nolo tamen per haec mea uerba *imperiali* praeiudicare *fisco*, cuius hoc *emtitium pecus* est. At Carolus subridens ait: minime *fisci* nostri damnum erit, quidquid in honorem nostrae *maiestatis* redundat; proinde sub nostra indignatione *literas* nostras tuis amicis *nostris fidelibus* defer, idque ut fiat, quod mandamus operam cum ipsis quam citissime dato. Mox literas

Inde IVDAEI *expulsi urbe. fisco Caesaris addicti.*

mandataque dat omni *confulatui*, ut *foro* amplo, ubi erant *domunculae*, *gazae* & *tiguria carnificum*, *piſtorum*, *penaticorum*, *piſcatorum*, *inſtitorum* & eorum, qui res ſub haſta uendebant, omninò amouerentur. Ex poſt IVDAEORVM domus hinc inde *uenales* exponerentur *Chriſticolis*, infra *anni* ſpatium purgarentur aedes *ſacraeque imagines* angulis applicarentur, SYNAGOGA in medio in *capellam* & SS. ECCLESIAM beatiſſimae DEI GENITRICIS PATRONAM ROM. IMPERII cum pretioſis aedificiis conſecraretur, eccleſiaſticis officiis ac beneficiis inclita redderetur.

Caeſaris mandato ſingulari.

§. IV. STROMAIR, decretis receptis, dum rediret, magna cum triſtitia oppidum ALBIPOLIS nunc *Weißenburg* ſe contulit, pro ſaluo conductu uel ſecuritate ad *conſulatum* mittens, quorum decreto ad eum miſſi ſunt, qui perſcrutarentur, quid tantus uir egiſſet, cauſam percipiunt, relationem faciunt. *Conſulatus* rem diuinitus ordinatam conſiderant *Stromair* accerſito, mox omnia uno impetu aggrediuntur, forum purgant, pro negotiis alia loca deputant, IVDAEOS *remouent*, ſacram *capellam* ſumtuoſe aedificant, feruet opus incredibili uelocitate abſoluendum, patent etiam *ſubterranei meatus* in eo loco, ubi nunc *fons* profilit, in quibus *ſcelerata gens*, *pignori* oblocata olim abſconderat. Legi a domo illa quam a *Iu-*

Quod ſenatus exequitur.

a *Iudaeis* HALLER emerant iuxta praetorium usque ad *synagogam meatum* fuisse subterraneum. Quale meritum SANCTISSIMAE DEI GENITRICIS tunc incrementum fecerit ciuitati, inspector illius amoenissimi fori consideret, simulque aduertant incolae illius *fori*, quid *beatissimae* VIRGINI teneantur ibidem uerissimae ac potentissimae PATRONAE. Instituta sunt ibidem perplura beneficia, *horaeque septem Canonicae* in laudem *sacrae* VIRGINIS persoluuntur, cum *antiphonia serotina* celebri de ea, postque ab ALBERTO *Plebano S.* SEBALDI obuentiones ac oblationes pro certa summa redemtae ad usum CAPELLAE; de qua summa idem doctus uir in *dote* sacellum in honorem annunciatae *Ambasiaturae* extruxit. Erat ante illa tempora ecclesia *S. Sepulchri* in ecclesiam S. LAVRENTII mutata. Habes ergo, o Lector, utinam grato inspicias oculo *forum* non *angustum*, sed *augustum*, MATREM ciuitatis, non MINERVAM, ut ego suspicor olim antiqui *Newronberg*: sed MARIAM sanctissimam Dei genitricem, quae animo recipias humano.

CAP. XXV.

De uxoribus CAROLI, *de natiuitate filii eius* WENZESLAI *&* FESTO *hic* Nieronbergae *facto; & aliis ge-*

stis & de controuersiis ciuitatum *&* principum, *praesertim istius ciuitatis &* BVRGGRAVIORVM *& de* dieta *super punctis habita & qui* iudices *& actores*, *ac litis* decisione.

Sigill re opus pro, finire.

SIgillandum nec dum est coeptum opus, charitate quorundam impellente, qui grati extabant, licet quidam nauci pendebant, sed eis - - - de CAROLO patre *Newronbergensium* super extantia dicamus; habuit *quatuor uxores*, dominam BLANCAM de stirpe regis Franciae, Margaretham de SWEDNIZ & dominam *Mathildim*, ducissam BAVARIAE, quam uulgo *Mezam* appellarunt; nouissime quartam dominam ELISABETH de *Stiria*; patent haec depicta ad arma in *sacra Capella*.

Caroli IV. VXORES *quatuor.*

conspicuae in Capella.

WENCESLAI *natiuitas*

§. II. Natus fuerat eidem praefatis temporibus filius Newronbergae in sacra quadragesima, priusquam celebraturus erat pascha, ut supra diximus & postquam adductae fuerunt RELIQVIAE &, ut diximus supra, in nouiter aedificatae *Capellae* promunctorio ostensae, sequenti *dominica*, qua *misericordia Domini* cantatur, eundem baptizari fecit in *S. Sebaldi* ecclesia, cum indicibili *pompa* principum, eique uocabulum WENZELAI imposuit, erat tunc uero quadraginta dierum; nam in die *S. Gertru-*

dis

dis natus fuerat. Aderat tanta multitudo *principum*, *baronum*, *militum* & *armigerorum*, ut *torneamenta*, *ludi* & gladiatorum *exercitia*, *duella* etiam fierent, ut nedum omnes plateae, ſed etiam *prata* circa *ciuitatem* hinc inde repleta eſſent. Videbatur tunc omnis *natio Germanica* una fore. *ſolenniaque eius uniuerſaeGermaniae.*

§. III. Eadem dominica uoce praecelſa, per omnes plateas publicatae fuerant INDVLGENTIAE, quae emanauerant ab INNOCENTIO papa ſuper *feſto lanceae*, *clauorum* & *reliquiarum* in ea forma, ut in *coena domini* ROMAE. Moxque dominica *Iubilate* *chorus S. Sebaldi* aedificari incipitur. INDVLGENTIAE *feſti armorum chriſti.*

§. IV. Fecerat votum CAROLVS de filio naſcituro ad *Aquisgranum B. Virgini*, auri uidelicet tanti ponderis, quod pondus mox illud deſtinauit, deinde *Pragam* reuerſus eſt. In tantis tamen rebus *Pro-conſules* ac *Conſules*, Praetoresque experientia recepta notabiles in regno facti ſunt. *Votum* CAROLI IV.

§. V. Inſurgebant ibi BVRGGRAVII iam affinitate Caroli iuncti & in *principes Rom. imperii* aſſumpti, ditati enim fuerunt, ex aduentitiis fundis multorum, de quibus ſuperſedendum erit modo. Contigit igitur, quotidie oriri *controuerſias* inter *ciuitatenſes* & eosdem *Burggrauios*, dum hi *libertatem* ſuam tuerentur, illi uero ſibi *iniuſte pedagia*, *uectigalia* & *fundi reditus imperialis* uendicarent. BVRGGRAVIORVM *inſtauratio* principalis *dignitatis*, *ſibi adrogant in* urbe REGALIA.

Singularia recensentur IVRA BVRGGRAVIORVM *in urbe, ac foris.*

§. VI. Fatigatus CAROLVS partium querelis, se *Newronbergam* contulit, auditores causarum controuersarum inter FRIDERICVM BVRGGRAVIVM & CONSVLES deputauit. Proponunt BVRGGRAVII suum ius in *forestam* de TERTIA arbore & in FVNDOS trans *Pegnitium*, *uenandique* in FERINA PRIVILEGIA, per haec *usum* FORESTAE uolentes cassare, penesque se esse autoritatem SIGILLANDI diffinita per IVDICES, SCVLTETVMque omnibus inuitis dare posse & se esse in *possessione* unius PORTAE, alia quoque multa, quae eis *permissa* fuerant tempore illius *procellosae conspirationis*, de qua diximus. FEVDA etiam eis quaedam pro tempore *concessa*, ad nutum tamen *imperatorum* etiam post aliis sibi omnino uendicantes. Opprimebant *libertatem ciuitatis*, omnia sibi adiudicari postulantes.

IMPERIALIS *inde* DECISIO *ignota adhuc.*

§. VII. Sed per imperatorem deputati causas & relationes audiebant, inter quos erant GERLACVS archiepiscopus Moguntinensis *Cancellarius* imperii per Germaniam, Rupertus PALATINVS princeps elector, *Pincerna* imperii, aliusque Rupertus, BAVARIAE dux Palatinus, Rudolphus etiam SAXONIAE dux, Cuno etiam Administrator TREVIRENSIS natus de FALCKENSTEIN, Albertus etiam episcopus WÜRZBVRGENSIS, Iohannes ARGENTINENSIS, Otto & Fridericus duces BAVARIAE, Wilhelmus Marchio

Palatinus *Pincerna* *S.R.I.*

chio MISNIAE & Landgrauius s. Comarcha HASSIAE, hi cum aliis residentes, *pacis* & *concordiae* tractatus attentabant. Porro CONSVLES NEWRONBERGENSES elegerant ad agendum ex se electos *Praetores*, uidelicet Vdalricum STROMAIR, possessionatum ad Rosam, Albertum EBNER, alterumque Vdalricum STROMAIR, Conradum SVNE & emeritum uirum Bertholdum HALLER, simulque Berchtoldum TVCHER, Hermannum VORCHTEL, Petrum STROMAIR, Henricum GEVDER & Fridericum KOPF, hos decem uiros, prout quidam Andreas SCHREYER *in Camera Caesaris praepotens tunc* existens describit, negotium ciuitatis contra BVRGGRAVIOS uiriliter defensabant & ut usque ad unguem examinarent, instabant. Decisaque fuerunt omnia ac in IMPERIALES LITERAS redacta, datiuoque casu mediante pacificae uexationes redemtae, in perpetuum uniuersae deciduntur, literarum denique *absolutio*, id in profesto S. Benedicti conclusum ostendit. *Procuratores urbis.*

CAP. XXVI.

Quomodo BVRGGRAVII *erecti sint in* PRINCIPES *&* *de* muro *sub* castro *constructo & quomodo* FRANCFORDIAE *causa fuit audita & tandem pacifice sopita & de mirabili* CON-

STANTIA *ac prudentia* CONSVLVM.

CAROLVS IV. *Burggrauios fecit* PRINCIPES

IAcet ſordetque omnis res geſta, ſi non per ſcriptorum monumenta, praeſentes *qui uiderunt*, oſtenditur, quod tamen poſteris pergratum erit, ſi traditur, id nobis contingere & quo animo ferendus eſt, ſed tamen etiam *nota praeſentibus* literis mandare libet poſteris. CAROLVS noſter, de quo hactenus ſermo, obſequio delinitus COMITVM CASTRI, quod tunc BVRGVM uocabatur, penes antiquum IMPERIALE ſitum, maxime cum FRIDERICVS aduentitiis rebus *dominorum* de MERAN, de ORLAMVND, de ZOLER praepotens effectus eſſet. Carolus itaque *affinitate* eidem iungi uoluit, parum dotis tribuens. Primo eundem FRIDERICVM creauit in PRINCIPEM, ultra ſuorum progenitorum dignitatem, notabile afferens per *priuilegium* membrum *Romani imperii*; *monetae* ſtigmata tribuens, *diſtrictum conductus* aſſignans, tandemque quaſi *dote* data *filiam* propriam deſponſauit filio eius IOHANNI, laetasque nuptias NEWRONBERGENSIBVS prius cum eo *quietatis* celebrauit.

indultis regalibus 1) monetae, 2) conductus cete-risque.

Stratagema NORIBERGENSIVM clandeſtino MVRO *intercipiendi iura Burggrauiorum*

§. II. Deinde expeditionem contra *Anglicos*, qui *Alſatiam* olim *Helwiciam* dictam intrauerant, profectus eſt. FRIDERICVS uero & filius IOHANNES nonnullas moleſtationes ex CASTRO ſuo, BVRGO dicto, prope IMPERIALE, tempore etiam nocturnali

nali ciuibus inferebant. Vnde permoti CONSVLES, *murum in pede montis in crepidine circumduxerunt semicircularem* & quidem ueloci opere, ita ut in *quadraginta diebus* absolutus uideretur. Erant tunc praefati BVRGGRAVII *absentes, muro* illo eorum *aulici* prohibebantur ab *ingressu ciuitatis*. Mira erat in PRO-CONSVLIBVS constantia pro *reipublicae utilitate* ac pertinax uoluntas, non cedere loco, ubi iustitia.

§. III. Sed nec defuit BVRGGRAVIIS malae rei conceptae obstinatio, nam armis & guerris rem acriter econtra reuersi aggrediuntur; sed tamen *Caesar* duobus existentibus praehonorare uolens ueritatem, diem ad FRANCFORDIAM indicit, partibus promittens, se cum consilio causam decisurum. *Newronbergenses* uero ex meritis causae suorumque prouidorum *Consulum* animositate confisi, audaci animo se ad defendendum accingunt, postularantque assistentiam a cunctis *imperialibus ciuitatibus*.

Querelae BVRGGRAVIORVM *fraudis commissae.*

§. IV. At BVRGGRAVIVS suas querelas proponit de MVRO, quo sui aulici a prophanis arcebantur & se proscribi a POSSESSIONE TITVLI SVI PRINCIPATVS asserebant, resque potius stupidos, quam dubios reddidit auditores.

Expositae Francofurti de spoliato Norico *principatu.*

§. V. CAROLVS considerans rem omni silentio dignam, petiit dari SENTENTIAM sibi *INTERLOCVTORIAM: an uidelicet imperatori inbe-*

Inde sententia interlocutoria *Francofurti commentitia.*

iubere ac praecipere liceret, aedificare & destruere, uel non? existimans per hanc quaestionem & se circa BVRGGRAVIOS iam affinitate iunctos & erga IMPERII fideles in maxima copia congregatos, petitiones partium posse eludere. Quod & factum est. Nam *sententia procerum imperii*, id liberum *Caesari*, dictabat. Carolus murum suo de *mandato* dicebat *factum*, ciuesque obtemperasse, sperabat *Burggrauios quieturos*, ne uiolentiae per aulicos canes per ciuitatem factae proxalarentur.

BVRGGRAVII *instant de spolio.*

§. VI. At illi BVRGGRAVII uidelicet litem suspensam dimiserunt, armis uel rursus conspiratione finem daturos se, praesumebant.

Quo agnito demum MVRVS *iterum ruptus*

§. VII. Sed post animositate PRO-CONSVLVM victi concordiam inter se *domi* fecerunt: *ut uidelicet murus staret, sine tamen portis & seris*, nisi eo tempore, quo BVRGGRAVII se contra ciuitatem opponerent. CATENAE tamen transuersum ponerentur. *Aulicis* etiam, si quid in *ciuitate* attentarent, poenae infligerentur iuxta demerita. Expost tamen ciues, mediante ingenti pecunia, tam BVRGGRAVII, quam eorum *machinamenta* omnino eliminata sunt, *murus deletus, nobilium domusque euersae, castrum* destructum, funditus omnia *annihilata*, ut iam pene qui oculis uiderunt, negant fuisse.

demum diratus.

Liuor au-ctoris ad-

§. VIII. Libertas semper quidem iure oppida-

pidanis debita, licet violentia aliquoties perturbata, nunquam uendita, sed vendicata, in dies plus amplectitur. *Vides*, o lector & consideras, *quam animosa* & constans uoluntas, in rebusque gerendis experientia fuerit in consulibus, qui tantis negotiis arduisque impugnationibus reipublicae negotia tam constanter ac prudenter ad portum tranquillum perduxerunt. Quorum exempla & *moderni* eodem tueantur in *portu*. Iuxta enim sapientem non minor laus est *parta tueri, quam acquirere*. Mira diximus si cordi reponant haec, qui augere possunt & nunc rempublicam in manu habent.

uersus Burggrauiorum *iura*

CAP. XXVII.

De discordia WÜRTENBERGENSIVM *dicta & qualiter se* CAROLVS *habuerit circa ecclesias &* RELIQVIAS *& de* VNIVERSITATE PRAGENSI *nuptiisque* WENZESLAI.

Satis constat forsitan de CAROLO, quid, quanta, qualiaque gessit in republica sacri imperii; sed superest illud. Nam sub eo erat illa famosa discordia litiumque uorago inter Comites de WÜRTENBERG & IMPERIALES CIVITATES SVEVIAE, uidelicet VLMAM, ESLINGEN, MEMMINGEN, VBERLINGEN, HALLENSES, RAVENSPVRG, LANDAV, CAMPIDONVM, LEOKIRCHVM, BIBRACH,

WIRTENBERGICI *comitis lites cum* Sueuiae *ciuitatibus*

facies eloquiorum *Dei*, ac una acies *castrorum Dei*, aemulatioque illa malignorum spirituum dolositate introducta.

§. IV. Carolus uero maxime WENZESLAO fauebat, neglecto alio filio SIGISMVNDO. Vnde eidem *regales nuptias imperiali* tamen *pompa* NIERONBERGAE instituit, desponsata sibi filia *Ducis Alberti* HOLLANDIAE. Qui *Albertus* fuit filius LVDOVICI *ducis* BAVARIAE. Hae nuptiae fuerunt celebratae hic in festo *Michaelis* cum infinitis *hastiludiis*, *torneamentis*, *duellis*, *luctaminibus* ac *gladiatoriis* muneribus turmatimque intra & extra moenia congrediebantur. Vbi & quidam, qui ex antiqua consuetudine progenitorum suorum, qui semper *imperatorum* sequebantur CVRIAS, Caspar SCHREYER* dictus, laesus in *hastiludio*, claudus euasit, postque ciuium numero sui adscripti sunt. In breuique ipsa SPONSA de HOLLANDIA uita decessit, nupsitque Wenzeslaus *Sophiae* ducissae BAVARIAE, sorori Stephani ac Friderici ducum.

WENCESLAI *nuptiae, adamati a parente magis, quam* SIGISMVNDVS.

CAP. XXVIII.

De regno & situ BOHEMIAE *& moribus* WENZESLAI.

POtiora sunt mihi tempora diui *Octauiani* primi Augusti, quam, ut ita dicam, nostri *moderni* Caesaris *Sigismundi*. Dum enim uiuae uocis oracula facta *seniores* narrant,

Historia Romana *magis nota Germanis, quam Germanica.*

rant, tanquam id ſemper futurum ſit, *moderni* conteſtantur. Quodſi ibidem Titus *Liuius*, aut Criſpus *Salluſtius*, uel *Plutarchus* feciſſent, quis originem uel *urbis* uel *Africum Macedonumue* bellum ſciret, aut *Catilinae* factionem, aut *Ciceronis* M. T. in rempublicam fidem, uel praeclariſſima facinora antiquorum. Haec idcirco praemiſimus, ut, cur ſequentia clarius tradamus, Lector aduertat. Nam pauci ſunt, qui inimicum uerum *haereticae prauitatis* HVSSITARVM tradant. Eam idque pro notitia rei proſequimur, reſultat enim & clarior & luculentior ex hac *Neronbergenſium* hiſtoria.

BOHEMIAE *deſcriptio a) limitum*

§. II. HVSSITARVMque inſania itaque nomen *Bohemicum* labefactauit. *Germaniae* ea portio eſt, ad orientem habet *Morauiam* & *Sleſitarum* nationem, ſeptentrionem *Saxoniam*, ad occidentem *ADVOCATORVM TERRA* eſt *Boioariorumque* meridionalem *Auſtrales* & *Bauaros*, qui Danubium accolunt; cingiturque *Theotonia*, formam *rotundam* habent, *diametrum trium dierum* iter conficit. Oppida *Praga* diuiſa in tres partes, *Cathna*, *Thaber*, *Budricium*, *Cadanum*, *Luna*, *Broda* duplex, *Badigno Litomicricium*, *Grezium*, noua domus *Newburga*, *Iglauia*, multaque alia lingua cis *Dalmatica*. GENS *bibula* & uentri dedita & auida nouitatum. *Tabernae* ſe iureiurando donec *dolium guttat* adſtringunt; *ingenio* uarii, *rapaces Sla-*

b) urbium

c) gentium.

uorum

uorum ſe prolem aſſerunt quam antiquiſſimum. Primo CONSVLIBVS electis regebatur, poſt a PRINCIPIBVS, deinde REGES tandem ſub Friderico I. habere coepit, anno gratiae 1086. tandem CAROLO electo in *imperatorem*, de quo ſupra diximus. *d) forma reipublicae*

§. III. *Adhuc uiuentem* inſtituit WENZESLAVM in regem, *quinque* tantum habentem *annos*, agens uero *annum quintum decimum* apud *Belgas* in ciuitate *Aquenſi* Romani regni ſceptra accepit. Porro SOPHIA ſecunda uxor Wenzeslai *inertia*, de domo Bauariae, praeſtantior erat uiro. *Bohemi*, primo *Wenzeslai inertia* abuſi, IVDAEOS exurunt, rebusque ſpoliant. Fuit *Wenzeslaus* patri multum *diſſimilis*, *uoluptatum ſequax* ac laborum *fugiens*, *uini prorſus* quam regni curioſior, ob quam rem *captus* a *Baronibus*, decem & ſeptem hebdomadas in CVSTODIA habitus eſt, ſed, malo reipublicae *liberatus*, captus eſt & ſecundo per SIGISMVNDVM Hungariae regem & Alberto duci Auſtriae in *cuſtodiam* datus. Cum parum diligenter cuſtodiretur, fugam arripuit, regnoque rurſus potitus eſt, neque tamen uitam mutauit, ſed priore conſuetudine *uino ciboque* marcens, lucem *dormiendo* nocti iungens, ab ELECTORIBVS *imperii Romano* PONTIFICE approbante deiectus eſt, domi torpens inlaudatus egit uitam. *Sub WENZESLAO facies.* *In quem mala uerba auctor.*

§. IV. De eodem & NIERONBERGENSIVM SENA-

Aeneae SYLVII *uerba exscribit.*

SENATV mira fidelitate ac constantia, ita refert Eneas SYLVIVS: *Wenzeslaum principes, ut inertem atque socordem imperio in locum eius suffecto, ad quem omnes Teutonicae ciuitates defecerunt, demptis NEWRONBERGENSIBVS*; ecce quanta constantia? Deinde idem rursus infert: *Qui Neronbergenses Wenzelao cum iurassent, sicut & alii, hinc iurisiurandi religionem timerent, uererenturque transgressionem.* Inde Noribergenses legatos ad WENZELAVM Pragam mittunt, qui se iuramento solui petant, ac si necesse sit auri 20000. nummorum, id est *floren.* in eam rem offerant. Rex, auditis Legatis, liberos NIERONBERGENSES dicit, si currus quatuor tradant onustos VINO, quod BACHARICENSE uocant, id est inter Rhenensia uina, ut putant, optimum; haec ille: sub ea aetatis suae *quinquagesimo* Hussitarum insania ortum habuit. Cuius & originem & progressum hoc loco prosequi, [ut diximus] animus est. Quoniam ea pestis omnem pene Germaniam perturbauit, neque adhuc extincta regni Bohemici magnam partem occupauit.

NORIBERGENSIBVS *remittit iusiurandum, loco 20000.* florenorum *pro IV.* curribus *uini.*

CAP. XXIX.

De heretica prauitate HVSSITARVM *eiusque origine veridica narratio.*

REXerunt scholam *PRAGENSEM* usque in prae-

praefata tempora THEVTONES. Id molestissimum *Bohemis* fuit. Ex quibus uir quidam nobilis apud Oxoniam Angliae ciuitatem literis instructus est, qui ibidem WICLEFI libros offendit; quibus inscribitur *de realibus & uniuersalibus.* Exemplaria secum detulit PRAGAM interque alia contra *clerum* & de ciuili dominio & de *ecclesia* pro thesauro Bohemicae patriae intulit. Commendauit uero idem putri piscis dictis praefata, maxime his, qui *Theutonum* odio tenebantur.

GERMANI *Pragensis Academiae rectores.*

§. II. Inter quos Iohannes HVSS emicuit, obscuro loco natus ex uilla *Hus. Hus* autem bohemice *anserem* sonat; hic *dialecticus* & *disertus* & astutus habebatur. Auide ergo commodatum dogma arripuit, impetrauit a Wenzelao, ut more *Parisiensi schola*, gubernaretur. THEVTONES coniurarunt unoque die *duo millia magistri & discipuli* Pragam reliquere. Nec multo post *tria millia* subsecuti sunt apud *Lipzicam* Misniae ciuitatem, uniuersale studium erexerunt. Iohannes uero *Huss* libere potitus schola, cum astutus dialecticus & mundioris uitae exterius esset, clarus habebatur. Venenum, quod conceperat, palam euomuit, adeptusque *praedicaturam* in *Praga* notabilem, in *Bethlehem* ecclesia dicta, ubi doctrinam *Wiclef* extollebat; multosque ex clero seduxit, maxime aere alieno sceleribusque op-

HVSS *dogmata tuetur* WICLEFIANA.

Migratio studiosorum Germanorum.

oppressos, qui nouitate rerum se euasuros sperabant. His nonnulli doctrina celebres iuncti sunt, maxime & praecipue, qui *ecclesiasticis* beneficiis non erant praediti. His inuisi erant *opulentiores*, sperabantque commoda sua secundari de aduersitate *Praelatorum*. Fauebat quoque his, ut fertur, REGINA uiro, ut diximus, praestantior; nec REX desidiosus, cui mens in popina penuque erat, curabat fidem. Excoecauit praeterea plures inuidia, ut qui uiderant prius, non uiderent & qui intellexerant, non intelligerent. Proruperunt itaque in blasphemias & cum aliquibus ignaris fortasse & uitiosis maledicere possent, in omnes latrare *sacerdotes* coeperunt.

Dogmatibus fauent REX *&* REGINA.

§. III. VALDENSIVM itaque sectam & insaniam amplexi sunt, cuius pestiferae & damnatae factionis haec dogmata sunt. *Romanum* PONTIFICEM *reliquis episcopis parem esse. Inter* SACERDOTES *nullum discrimen.* PRESBYTERVM *non dignitate, sed vitae meritum efficere potiorem.* ANIMAS *a corporibus excedentes ad aeternas e uestigio poenas mergi, aut perpetua consequi gaudia.* PVRGATORIVM *ignem nullum inueniri. Vanum esse pro mortuis & auaritiae sacerdotum inuenta.* DEI & SANCTORVM IMAGINES *delendas.* PALMARVM *aquarumque* BENEDICTIONES *irridendas.* MENDICANTIVM *religiones malos Daemones inuenisse. Sacerdo-*

His accedunt WALDENSIVM *dogmata.*

cerdotes PAVPERES *esse debere sola contentos eleemosyna. Liberam cuilibet uerbi* PRAEDICATIONEM *patere. Nullum capitale* PECCATVM *quantumuis maioris mali uitandi gratia tolerandum. Qui mortalis* CVLPAE REVS *sit, eum neque seculari neque ecclesiastica dignitate potiri, neque parendum ei. Confirmationem, quam* CHRYSMATE *inducunt &* VNCTIONEM *externam inter ecclesiae sacramenta minime contineri. Auricularem* CONFESSIONEM *nugacem esse, sufficere sua quemque DEO in cubili suo confiteri peccata.* BAPTISMVM *pluuiali unda, nulla interiecta sacri olei mixtura recipiendum.* COEMITERIORVM *inanem usum quaestus causa repertum. Quaecunque teguntur tellure humana corpora, nihil distare.* TEMPLVM DEI *late patentis ipsum mundum esse, coarctare maiestatem eius, qui ecclesias, monasteria, oratoriaque construunt, tanquam propitia in eis diuina bonitas reperiatur.* SACERDOTALES VESTES, ALTARIVMQVE *ornamenta, pallas, corporalia, calices, patenas, uasaque huiuscemodi nil habere momenti;* SACERDOTEM *quocunque loco, quocunque tempore sacrum Christi* CORPVS *conficere posse, petentibusque ministrare, sufficere, si uerba tantum* SACRAMENTALIA *dixerit.* SVFFRAGIA SANCTORVM *in coelis cum Christo repugnantium frustra imprecari, qui iuuare non possint. In horis* CANONICIS *di-*

cendis cantandisque frustra tempus teri. Nulla die ab OPERE *cessandum, nisi quae Dominica nunc appellata est. Celebritates* SANCTORVM *prorsus respuendas* IEIVNIIS *quoque ab ecclesiis statutis nil inesse meriti. Tandemque articulus de* COMMVNIONE SVB VTRAQVE SPECIE, *tanquam in Euangelio fundaretur, introductus est. In quo sanctae ecclesiae uel inuidiam uel ignorantiam accusabant.* Cum senatus consulesque in seditiosos in plebe aduerterent, ultima subierunt discrimina.

Inde CONSTANTIENSE *concilium.*

§. IV. Dum talia aguntur in Bohemia, Constantiense Concilium congregatur. *Iohannes* HVSS HIERONYMVSQVE euocantur, pertinacesque inuenti, primo HVSSO post HIERONYMVS quoque *flammis* exusti sunt. Postquam monasteria inclita, ecclesiaeque praeclarissimae deuastantur, res ecclesiasticae occupantibus traduntur, religio deletur, fitque Bohemia clarior cunctis *regnis, martyribus* pro fide Catholica interfectis, miserior omnibus ex deuastatione crudelissima, quam perditi homines fecerunt.

Bohemia clara martyribus.

§. V. Habuit prius *templa* in coelum *erecta* longitudine & amplitudine mirabili, fornicibusque tegebantur *lapideis*, *altaria* in sublimi posita, auro & argento, quo sanctorum RELIQVIAE tegebantur, onusta, *sacerdo-*

Sacra supellectili instructissima.

cerdotum ueſtes margaritis tectae, ornatus omnis diues, pretioſisſima *ſuppellex*, feneſtrae altae atque ampliſſimae conſpicuae, uitris & admirabili opere. WENZELAVS fratrem ſuum SIGISMVNDVM crebris epiſtolis ex Vngaria euocauerat, quem cum anxius expectaret, paralyſi correptus, *octaua die* decesſit, cum regnaſſet annos QVINQVE & QVINQVAGINTA, ignominioſo, non *regali* ſcemate ſepultus, moxque reliqua monaſteria deſtructa ſunt. Et tantum de HVSSITARVM ſufficiat origine, praeſentibus inſerta.

Mors WENCEILAI.

LIB. II.
MISCELLI ARGVMENTI MONVMENTA, DESCRIPTA E VETVSTIS MEMBRANIS.

NVM. I.
De Welpone Duce Austrie & illius posteritate atque genealogia.

Ericus. s. WELPO *in* Boioaria *princeps,*

filia Inditha Lud. imp. uxor.

TEmpore *pii Lodewici* Imperatoris filii *Karoli M.* fuit princeps unus in BAWARIA, qui fuit *bynomius*, cuius nomen erat ERICVS, uocabatur etiam WELPO, habens filiam nomine *Iuditam*, quam idem *Lodewicus* Imperator accepit in *Coniugem*. Post mortem prime Imperatricis coniugis sue *Ermegardis* nomine, cum qua concepit aut genuit *Karolum caluum*, & tandem a suis genitoribus amicis & consangwineis steterat regnum *Francie* cum magno honore per longa tempora.

Eius proauus Ericus *comes nulli tributarius. Huius fil.* Henricus

Se Lud. imp. subiecit.

§. II. Cuius Proauus ERICVS uel WELPO comes erat tam liber, quod nemini unquam, nec etiam *Imperatori* dederat *manum* pro aliquibus bonis etiam *feodalibus*. Ad hoc etiam incitauit filium suum *Hinricum*, quod non esset minor eo, sed quod sic etiam in suis propriis esset contentus. In quo tamen non consenserat ei, sed ex consilio IVDITHE sororis sue dedit se in POTESTATEM IMPERATORIS LODEWICI tali conditione; quod Impera-

perator sibi deberet concedere, in *Sweuia* de *allodiis* & aliis *terris*, *lignis pratis* & *agris*, quantum posset cum *aratro* suo pertransire *arando* in *hora* meridiei.

Pro allodiis in Sueuia.

§. III. Quod tandem compertum est *Welponi* patri suo. Et indigne ferens recessit a *bawaria* in *montana* habens ibi aliqua castra & ciuitates, licet modica. Circumdedit autem terram illam silua proprie dicta *Scherendewalt*. accipiens cum ex suis *XII. milites* & *vasallos*, qui pre aliis semper erant in *curia* sua, conclusitque uiam, per quam intrauerat, manens ibi omnibus diebus uite sue, non uidens amplius filium suum, nec filius eum.

Quod pater aegre tulit.

Ideo in montana *recessit* *obiitque.*

§. IV. Vnde filius acquirens allodia in *Sweuia*, ut sibi Lodewicus Imperator promiserat, licet cum *astucia*. Vnde *Hinricus* Dux filius *Welponis* fecerat sibi preparare *aratrum aureum*, habens cum secum, secrete prius equis ordinatis, quod quando unus esset fessus, insederet alium, & tandem in *hora meridiei* infra *dormitionem Imperatoris* circumequitauit *ciuitates*, *castra* & *villas*, equitans festinanter. Et postquam equi fuerunt lassi, uenit super equam, uolens etiam circumequitare *montem* unum adiacentem, qui tandem ueniens, qua ad medium montis, equa pre lassitudine non poterat ulterius procedere, ex hoc uocatus est mons ille proprie *deinde Merenburg* usque in hodiernum diem. Ex illo etiam inoleuit Dominus *de Rauensberg*, qui nunquam ascendant equas, etiam si urgeret magna necessitas.

Astutia Henrici *non arantis, sed cum aratro equo uecti per* Sueuiae latifundia.

 §. V.

Hinc eius postulatum.

§. V. Inter haec *Lodewicus* Imperator surrexit a *sompno*. Tandem *Hinricus* dux uenit cum aratro suo, petens sibi concedere illa promissa, & confirmaret illa cum *litteris* & *sigillis Regie maiestatis*, quod tamen penituit Imperatorem fecisse, eo, quod illa cum *astucia* magna perpetrasset, cogitans tamen promissionis, concedens sibi illa, que circum equitauerat cum aratro suo totaliter.

Hinc sedes ei in Rauensberg, *olim* Altorf.

§. VI. Ab illo enim tempore ipse Hinricus & sui heredes uocati sunt de *Rabensberg*, propter castrum adiacens in circulo, quem circumequitauerat, quia antea uocabantur de *Altorff* a uilla illa. Et tandem ab illa progenie orti sunt *tres fratres*, scilicet RVDOLPHVS, WELPO & CVNRADVS, & hii fuerunt tempore *Hinrici* principis primi *Ottonis magni*, qui fundauit ecclesiam *Magdeburgensem*.

Filii 3. 1) *Rudolf.* 2) *Welpo* 3) *Cunrad.*

§. VII. Hic *Cunradus* fuit episcopus *Constantiensis* tempore *sancti Odalrici* episcopi *Augustensis*, & fuerunt ambo sancti uiri. *Rudolphus* uero genuit *Welponem* comitem, qui genuit Cunizam. *Cuniza* desponsata fuit AZONI Marchioni DE LOMBARDIA de castris proprie *Calym* & *Esten*, quas lucratus est ei *Welpo*. Hic accepit in uxorem *Iuttam* relictam *Hauordi* de *Anglia*, quae fuit filia *Roperti* comitis de *Flandria*. De hac *Iutta* idem *Welpo* genuit duos filios ducem *Welponem* dictum iuuenem & *Hinricum* Welponem antiquum, quorum unus accepit in uxorem *Mechtildam* de Lombardia. Hic moritur sine libris, dimisitque *ducatum* suum

Rud. fil. Welpo. *Filia* Azoni *despons.* Atestino. *Welponis ux.* Iuta Flandr. C. *filii Welpo* *sen.* *iun.* 1) *ux.* D. Mechtilda.

ſuum *Hinrico*, qui Hinricus Dux accepit in uxorem *Wilfeldam* filiam *magni Ducis Saxoniae*, quem habuit a *Sophia* Duciſſa, quae ſoror erat *Koladislay* de *Vngaria*, quorum duorum pater Dux *Welpo* habuit etiam primitus aliam uxorem, ſcilicet *Etelingam*, que fuerat filia Ottonis Ducis de *Bawaria* nata de *Saxonia*.

2) ux. Wulfild.

Etelinga ux. Boioariae D.

§. VIII. Hic fuit nobilis & potens, nolens obedire, ſed contrarius eſſe *Hinrico quarto Regi* Romanorum ac Imperatori cui tamen reſiſtere non potuit, & tandem expulit eum a Ducatu ſuo licet minus iuſte & dedit Ducatum *Welponi* ſororio ſuo.

quae delata Welponi. *Welpo fit dux* Boioariae.

§. IX. Hic *Welpo* repudiauit *Etelingam* uxorem ſuam & quare, cauſa ignoratur adhuc hodie, quam poſtmodum Hermannus comes de *Weſtfalia* accepit in uxorem, qui etiam uocatus eſt de *Caula*, de qua genuit *Hermannum* dictus comes *Iuuenis*.

Vx. repud.

§. X. Hic Hinricus frater *Welponis*, de quo prius ſcriptum eſt, audiuit ab antiquis temporibus a primo *Ethicone* ſcilicet *Welpone*, quomodo fugaſſet a filio ſuo in *Montana* & ibidem manſiſſet tempora uite ſue, & ibi ſepultus eſſet, uolens ſcire ueritatem, miſit *effodere tumulum* eius ac eorum, qui ſecum obierant, qui inuenit ita eſſe, fecit conſtrui eccleſiam ſupra tumulum & *crura aui ſui*. Ipſe etiam extumulauit *Cunradum* epiſcopum Conſtancienſem, quem Dominus multis ſignis ſublimauerat tam in uita, quam in morte, & tandem ob honorem ipſius dedit *allodia*, & etiam multa bo-

Welpones extumulati.

na & dona ecclesiae *Constantiensi*, cum quo *demonstrauit* genealogiam suam.

Henrici ux. Gerdr. Loth. imp. f.

§. XI. Hic idem *Hinricus* Dux cum *Wilfilda* uxore sua genuit duos filios, scilicet *Hinricum* & *Welponem*, & quatuor filias. *Hinricus* accepit in coniugem *Gerdrudam* filiam *Lotharii Regis*, de qua genuit *Hinricum tertium*. Welpo accepit filiam comitis *palatini*, una autem filia Hinrici pretaxati scilicet *Iuditha* accepit Ducem *Fredericum de Sweuia*, secunda filia scilicet *Sophia* accepit Ducem *Bertoldum* de *Saringen*, qui postea interfectus est, unde idem Sophia post mortem mariti accepit *Luppoldum* marchionem de *Stiria*, qui propter suam fortitudinem dictus est Luppoldus *fortis*. Tertia filia scilicet *Wifelda* accepit Rodolphum comitem de *Bregensse*. Quarta filia scilicet Mechtildis accepit Theobaldum, iuuenem filium Theobaldi Marchionis antiqui, quo mortuo idem Wifelda accepit filium Beringeri, comitis de *Sultzbach*.

NVM. II.

Rubrica codicis uetusti.

Quomodo SAXONES *primo uenerunt ad terram Saxoniae notandum.*

SAXONVM origo

1) a Danis

2) Maced.

SAxones quomodo uenerunt ad terras illas, in qua nunc morantur. Quia aliqui uolunt, eos processisse a *Danis* & *Nortmannis*; aliqui dicunt, eos aduenisse a *Macedonia* ab exercitu *Alexandri Magni*. Hoc idem fatentur Greci, quia post mortem *Alexandri dispersi* sunt

ſunt per totam terram. Inuenimus etiam in ſcripturis, aduenisse eos de *Britannia* Anglie, & nauigio iuiſſe per lacum in *theutoniam* ad unum locum dicto *Lutuloga*, ut poſſent inuenire habitationem & hoc fuit temporibus illis quando *Theodericus* rex *Francorum* dimicabatur contra ERMIFRIDVM REGEM THVRINGORVM. 3) *Britan.* *Theodorici* Francor. *& Ermenfrid.* Thuring. *bella.*

§. II. Et quando uenerunt ad portum *Sicie* ad littus terre homines illi, qui tunc in terra illa morabantur, dicebantur & fuerunt *thuringi*, reſiſterunt ipſis uiriliter, unde *Saxones* fortiter ſe defendentes, ſeruantes littus loci & poſt longas & plurimas decertationes & dimicationes.

§. III. Et bella, ceſis multis ex ambabus partibus, conſilium inierunt, facta pace; ut *Saxones* emerent a *Thuringis*, quibuscunque indigerent, & etiam uenderent ſimili modo, & quod *Saxones* rapinas non facerent, nec homines interficerent, & hoc durauit multis temporibus. Et poſtquam *Saxonibus* defeciſſent theſauri *pecunie*, & non plus emere poſſent, nec etiam uendere, dixerunt pacem eſſe ipſis inconueniens & inutile, & alimonias acquirere ubi poſſent. *Pax inter* Saxones *& Thuringos.*

§. IV. Interim unus eorum *ueſtibus* bonis ornatus ac *nobilibus* habentem *torquem auream* in collo & annulos in auribus cum gemmis pretioſis bene & artificialiter decoratus. Cui obuiam habuit unus de *Thuringis*, qui dixit illi; quo tendis *Saxo famelicus* cum *nobilibus* ueſtimentis tuis, hic etiam *Saxo* habuit *Saxonum ſtratagema in auro uendito pro terra.*

habuit multam pecuniam de *florenis;* Qui dixit; ego alias non porto, nisi ut uendam pre *fame magna.* Cui *Thuringus* pro quanto uelis mihi dare illa. Qui respondit, indifferens mihi est, quodcunque dare uelis. Cui Thuringus irrisorie dixit, & si darem tibi *birrum* tuum plenum de terra illa, quia super fossam nouam multa terra iacebat, quibus *Saxo* non contradixit; sed ampliauit *birrum* tunice eius, & capiebat *terram* illam, & tandem festinus tradidit sibi *aureos.*

Inde Thuringorum *tripudia.*

§. V. Et ambo leti ab inuicem recedebant. Vnde *Thuringi* collaudauerunt cum clamore grandi & iocunditate, eo, quod Saxonum sic *trufasset* & uoces eorum in nubibus sonuerunt de deceptione facta in Saxones, dicentes, *Thuringum* illum esse eminentissimum in toto mundo, eo, quod tam pauca terra tam multum *aurum* accepisset. Et etiam putantes, se uictoriam contra *Saxones* obtinuisse.

Quae eludit. Saxonum *ferocia.*

§. VI. Vnde *Saxo* cum *fordello* terre empte properauit festinus ad naues, & ad socios suos, quorum aliqui occurrebant sibi, mirantes, quid egisset aut ageret, quorum etiam aliqui illudentes ei, dixerunt, eum insane mentis esse, ac ille impetrato silentio, dixit eis: O nobiles *Saxones* consentite mihi, & uidebitis, que bona adhuc euenient nobis de stultitia mea, & ualde proficua. Qui longo tempore rennuerunt consentire sibi, etiam aliqui dissimulantes.

Qui terram *em-*

§. VII. Et post multa consenserunt ei. Qui accipiens de terra illa *seminauit* ualde parce

parce in locis, ubi ipſis uidebatur conueniens eſſe, aedificare *caſtra* & munitiones, quod & fecerunt. *ptam diſperſerunt.*

§. VIII. Videntes autem *Thuringi* caſtra & munitiones *Saxonum*, quas conſtruxerant, terruerunt ualde, mittentes nuntios ad *Saxones*, dicentes; eos *fide fractores* eſſe. Quibus *Saxones* dixerunt; fidem bene ſeruaſſe usque ad illud tempus & cum uellent cum gladio defendere terram, quam emiſſent ab eis pro auro ſuo. Quod audientes *Thuringi* ceperunt *anathematizare* aurum *Saxonum*, & etiam qui dixerunt, felicem illum eſſe *Thuringum*, proditorem terre reputauerunt ipſum & cum magna ira & perturbatione & inuidia & ſine conſilio *circumuallantes* caſtrum unum, quod *Saxones* conſtruxerant, illud expugnare uolentes, quibus *Saxones* uiriliter reſiſterunt & ex eis multos interficientes, ſeruantes circumiacentes terras clipeis ſuis. Et tandem, poſt multas altercationes & rixas, inter ambas partes, *Thuringi* uidentes non reſiſtere eis, laborauerunt pro *pace*. & etiam terram, quam acquiſierant, nolentes deferre, dederunt fugam per aquam, quae dicitur proprie *Atteker* uel *Ocker* prope *Brunſwig*. *Quam protulere in* Thuringiam, *quaſi ſic emtam.*

§. IX. Vnde temporibus *Clodouii quarti* Regis Francorum, & poſt mortem eiusdem, filii ſui ſcilicet *Theodericus* cum fratribus ſuis diuidentes regnum patris eorum, unde Theodericus ſorte accepit *Auſtraſiam*, in qua terra *Moguncica* ciuitas habet principatum, & ciuitas capitalis. Hic miſit *De diuiſione regni* FRANCIE *inter filios* Clodouei. AVSTRASIA.

misit nuntios aut legatos ad *Irmifridum Regem Thuringorum* pro pace tractanda inter eos, & unione & dicerent, eum non esse dominum suum nec preceptorem, sed amicum & propinquum & consanguineum, & perpetuis temporibus pacem cum ipso habere & seruare.

Irmenfridus, *uxoris causa, in ius uocauit regnum Franciae aduersus* Theodoricum.

§. X. Vnde *Irmifridus Rex* habuit sororem *Theoderici Regis* Francorum, & tandem nunctii Theoderici petiuerunt ab *Irmifrido*, ut pacem haberent cum *Francis*, ac unanimes essent propter amicitias inter eos factas.

§. XI. Quibus *Irmifridus* respondit, amicitiam *Francorum* opto, & pacem similiter ab eo recipio, sed pro *regno* uellet dare responsa coram amicis suis. Quod tandem regina percipiens, quod nunctii fratris sui uenissent pro causa tractandi pro *regno*, que uocauit ad se militem *Iringum* prudentem consiliarium Regis *Irmifridi*, ut diceret Regi, quod intromitteret se de *regno*, quia hereditario iure spectaret ad eam, quia ipsa esset *filia* legitima patris eius *Clodouii*, & ipse *Theodericus* esset *illegitime* natus & seruus patris eius, & esset inconueniens, seruo suo dare manum.

Iringus, secretarius.

§. XII. Hic *Iringus* miles fuit uir fortis & prudens, & ad omnia consilia prouidus, & propter illa fuit *secretarius* regis, & omne consilium Regis stetit in eo, unde *Irmifridus* conuocauit principes & dominos, & maiores regni, Vasallosque, edissere reuolens illis legationem *Theoderici Regis Francorum*, quod

quod & fecit, unde Principes, Domini, Vaſalli ac Amici reſponderunt Regi, ut ſi poſſet, pacem haberet & *unionem cum Francis*, quia ipſis reſiſtere non poſſet, & quia ipſi ex altera parte cum Saxonibus impediti eſſent ac depreſſi.

§. XIII. Et tandem *Iringus* fecit conplacentiam regine, conſuluit *Irmifrido* Regi, quod non cederet *Theoderico* Regi Francorum, *quia Regnum de iure cederet ſibi*, & quia ipſe haberet tantam terram, militiam ac diuitias, quod bene reſiſteret Theoderico. Quod conſilium ſecutus eſt *Irmifridus*, deditque legatis reſponſum, dicens: pacem non abrenuncio a Domino ueſtro ac amicitiam & ſecretionem, attamen miror maxime, quare ſe intromittat de *regno*, & uelit *Dominus* eſſe, cum ſit ſeruus natus, cui etiam *manum meam* dare non poſſum. Vnde legati Regis *Theoderici* indignanter reſponderunt *Irmifrido*: competentius eſſet nobis, tibi dare capita noſtra, quam audire uerba illa a te, quia pro certo & rei ueritate ſcio, quod manus tue cum multorum francorum ſangwine abluuntur. Vnde legati ab *Irminfrido* Rege acceperunt licentiam, ueneruntque ad dominum ſuum, prodentes ipſi quecunque audierant. Quibus *Theodericus* conſideratis, etiam iram eius magnam eſſe in corde ſuo, attamen nos debemus repente ad *ſeruicium Irminfridi* preparari, & quia accipit nobis libertatem noſtram, tamen debemus uti corporis noſtri.

Eius conſilium pro uindicando regno Francor.

§. XIV.

Inde Theodorici *R. bella in Thuringiae R.* Irmenfridum.

§. XIV. Et tandem Theodericus congregauit exercitum. & cum potentia magna iuit super *Thuringos*, unde *Irminfridus* cum toto robore sue terre obuiam dedit illi, & conuenerunt in *Rumberch* in duobus diebus cum maximo damno ambarum partium, & tandem tertia die *Irminfridus* dedit *fugam* cum suis supra castrum *Schidingen* super aquam *Vnstrud* iacentem. Vnde Theodericus congregato exercitu suo dissipato ac dominis, qui cum eo erant, inquirens ab eis, utrum *Irminfridum* sequi deberet, an non, uel reuerti ad propria? aliqui dixerunt tumulari debere mortuos, & remeare ad propria, & mederi sauciatos, & cum pontentiore exercitu reuerti. Post hoc *Theodericus* Rex solitarie quesiuit ab uno antiquo consiliario suo, quid consuleret, qui respondit: In honorabilibus rebus pulchrius est *perseuerantia* fortitudinis, quam secuti sunt patres nostri, quia nunquam uel raro quid agebant, iuerunt; retrorsum, & quia ipsi nobis sunt ualde dissimiles, quia multotiens cum paucis multos prostrauimus, unde terra illa modo est sub potestate nostra & dominio.

Qui fugatus recipit se in castrum Schidingen.

Francor. R. de Thuringis inuadendis, uel deserendis deliberat.

Repatriate uolunt alii.

§. XV. Et si modo reuertimur ad terras nostras, demus ipsis uictoriam, quam nos iam habemus, attamen personaliter repatriarem libentissime, ut aliqua negotia mea perficerem, si scirem quod inimici nostri etiam requiescere uellent, & etiam sauciati nostri indigent medicamine, uoluntas tamen illorum est, qui adhuc sunt sani & non desperati;

rati, ut sequamur eum. Et ille iam absconsus est, in castro suo, ut mus in muscipula in quo clausus & reclusus est, &, prae timore nostri, non audent inspicere coelum. Et si recesserimus, ipsum habet, dare alienis stipendia, qui subueniunt in adiutorium sibi. Ipse etiam adhuc habet milites, licet sunt fessi & bene exaltari possunt, insuper esset pudor desperare, & cordare populo, & qui possidere possumus castra ipsius, quae perdamus, si ad propria reuertamus. *Cuius consilium Theoderico* cum suis militibus bene placuit, unde Theodericus cum suis iniit consilium, ut conduceret *Saxones*, qui antea fuerant inimici *Thuringorum*, ut uenirent sibi in adiutorium, & si *Irminfridus* uinceretur, & exul fieret, quod ipsi obsederint terra, quam iam possiderent, in perpetuum iure hereditario.

§. XVI. Vnde *Saxones* direxerunt Theoderico *IX. Duces* cum *IX. milibus* militibus sibi in adiutorium. Hii *Duces* uenerunt ad *Theodericum* unusquisque cum *centum militibus*, alii uero sequebantur eos a latere. Qui bene suscepit eos cum amicitia & ueritate. Et dixerunt sibi fortiter astare, & uiriliter pugnare & uincere inimicos aut mori & non uiuere. *Adiutores requirit* Saxones *aduersus Thuringos.*

§. XVII. Et post illa dicta *Franci* mirabantur de magnitudine & superbia eorum amictu & armis. Vnde *crines* eorum dependebant ad *scapulas* eorum, & omnes induti fuerant nobilibus uestimentis proprie *phellil*, habentes *hastas* longas, *clipeos* breues, SAXONES *cum crinita trica.* *uestes pellitae.*

ues, *cultellos* longos in lateribus suis. Vnde aliqui ex *Francis* dicebant, non indigere tantorum amicorum, quia esset populus agrestis, &, si deberent aliquociens in hac terra moram trahere, deuastarent regnum & terram *Francorum.*

Qui impetunt Scheidingam, *expugnantque*

§. XVIII. Attamen *Theodericus* beneuole recepit eos, rogans, si possent, expugnarent castrum *Schidingen*, super quod *Irminfridus* fugasset. Vnde dorsa uerterunt a *Theoderico* circumuallantes castrum, ponentes se super pratum unum in parte meridionali. Altera uero die expugnauerunt *allodium*, ante castrum, quod combusserunt igne, postea uero *Saxones* ponentes se ad partem oppositam. Et tandem illi, qui fuerunt in castro, uidentes, se non posse seruare castrum, apertis portis exeuntes, uiriliter se defenderunt, mittentes tela in *Saxones* ac gladios pugnantes pro *hereditate* ac *patria* eorum, pro uxoribus & filiis, ac pro se ipsis ac corporibus eorum.

Gloriae, *quam* lucri *appetentiores.*

§. XIX. Sed *Saxones* pugnauerunt pro honore & uictoria, & etiam pro *adeptione terre*, unde ex *Thuringis* multi interfecti sunt & sauciati sed ex Saxonibus *sex milia* interempti sunt.

Irmenfridus *R. Thuringiae* petit *pacem.*

§. XX. Tunc *Irminfridus* Rex direxit *Iringum* cum omni Thesauro suo, ad Theodericum *Sororium* suum, pacem petens & gratiam, & dixit: *Domine, mi Rex hec dona mittit Tibi* IRMINFRIDVS *Dominus meus, olim amicus tuus & consanguineus & propinquus, modo autem* SERVVS *tuus, rogans & flagitans* pro

pro gratia tua, & ut sis sibi gratiosus & memor sis SORORIS *tue paupercule, cui etiam sis gratiosus ac puerorum eius, quia iam degunt in magno periculo.*

§. XXI. Et postquam *Iringus* legationem suam cum fletu expleuerat, Tandem *Domini*, qui etiam dona ab ipso acceperant, dixerunt, quod bene deceret *Regi* illa non contradicere, & tantam legationem non spernere; sed amicabiliter suscipere, & generosus esse cognatis suis, & etiam melius esset, ut *infidelitatem* ab eo susciperet, quem uicerat tali modo, quod nunquam amplius lete contra eum caput leuaret, quam quod populus ille *ruralis thuringiam* acquireret, & indomitus, & post hec *regnum francorum* ab hiis populis magnum detrimentum & *disturbium* pateretur ac angustiam, propterea melius esset suscipere *thuringos*, & quod ipsi *rurales* illos homines unanimiter a terris expellerent. **Suscipit, uictos in gratiam uictor.**

§. XXII. Tandem *Theodericus* Rex Francorum reuersus est ab ira sua, quam habuit super *Irminfridum*, uolens ipsum altera die suscipere ad graciam, & *Saxones licentiare.* Quod *Iringo* comperto a Rege direxit adhuc illa nocte, sermones illos Domino suo & ex hoc ortus est in castro *Schidingen* clamor & gaudium magnum. **Theodericus.**

§. XXIII. Et *pace facta* unus illorum ex *Thuringis* equitans cum *accipitre* circa aquas. Et cum dimittebat accipitrem a manu, ad auem capiendam, accipiter uolauit per aquam ad aliam partem, ubi *Saxones* iacebant, **De accipitre historiola.**

bant, cum caſtris eorum, quem immediate arripuit unus Saxo collocans ipſum ſuper *manum* ſuam. Vnde *Thuringus* poſtulans, accipitrem ſibi reddi. Cui Saxo rennuit reſtituere. Cui *Thuringus*, redde mihi accipitrem meum, uolo tibi prodere conſilium ſecretum, quod tibi & omnibus tuis eſſet proficuum. Cui *Saxo*, dicas michi conſilium & accipe *accipitrem* tuum. *Thuringus* dixit: Scias, quod hii duo Reges *Theodericus* & *Irminfridus* confoederati ſunt, &, ſi craſtina die inuenerint uos in caſtris & tabernaculis ueſtris, omnes captiuemini aut interficiemini. Cui Saxo, ſunt *truſe*, an ueritatem dicis. Thuringus ſiue ſit rei ueritas aut *truſe*, craſtina die bene reperies. Attamen ego conſulo uobis, ut detis fugam, & ſaluetis corpora ueſtra.

Quae proditur Saxonibus.

Truſe *decipulum.*

§. XXIV. Et tandem Saxo reddidit *thuringo* accipitrem ſuum, dicens illa, que audierat, contubernalibus ſuis, unde *Saxones* perterruerunt, neſcientes, quid agerent aut facere uellent, habuerunt tamen adhuc unum ſenem *Saxonem* ac militem nomine *Hatugato*, quem, propter probitatem ſuam & uirilitatem, nuncupantes ipſum patrem patrum. Hic arripiens *bannerium* ſeu *uexillum* exercitus eorum, quod ſecum detulerant in manus ſuas, in quo fuerunt depicte *leo* contra *draconem*, & ſuper illos *aquila* uolans. In hoc oſtendens illis fortitudinem ſapientiam & humilitatem eorum, quam antea habuerant. Et tandem dixit: O nobiles Saxones auribus percipite uerba mea, ego

Qui incerti rerum & conſilii.

ego enim ſum ſenior inter uos, ego & interfui multis *gwerris*, pugnis & dimicationibus & nunquam uidi *Saxones* dare fugam, ſi modo longius uiuere debeo, tunc melius eſt, ut moriar cum amicis meis. Volo etiam in adiutorium accipere uirtutes antiquorum noſtrorum ac uirilitatem, & etiam aliorum, qui nuper hic ſunt interfecti, qui plus optabant mori, quam dari fugam, & quid ulterius protraham uerba, oportet nos pugnare contra inimicos noſtros, quia ipſi ſunt *ſecuri* propter *pacem*, que data eſt eis, & etiam propter multitudinem interfectorum noſtrorum. Ex hoc enim iam ſunt laſſi a pugna iam peracta, & etiam quia iam uidentes ſe eſſe ſecuri, propterea iam non habent cuſtodiam, unde ſequimini conſilio meo, & ſi non omnia euenient nobis, ut dixi, dabo uobis *griſeum* capud meum. Et quia hac ſero debemus cenare, ea, que habemus & requieſcere per paruam moram, & tandem in *primo gallorum* cantu in ſcalis debemus ſcandere per muros ciuitatis & ſic poſſumus eos percutere & uincere abſque magno labore.

Tandem inuadunt Thuringos uincuntque.

Griſeum.

§. XXV. Ex tunc omnes conſentientes eidem, & in primo gallorum cantu eadem nocte portantes ſcalas ad muros, in quibus uenientes caſtrum etiam cum clamore magno *thuringi* expergefacti ſunt, currentes in ſtratis, neſcientes, quid agere pro dormicione deberent, & tandem *Saxones* percutientes ſenes, cum iunioribus, etiam mediocres captiui ducti ſunt. Rex uero *Irminfridus*

Conſilio **Senis.**

fridus cum uxore, filiis & paucis uix *euasit* manus eorum.

Ipsi Franci insidias struunt Hermenfrido Thur. Regi.

§. XXVI. Quam stragem Theodericus rex percipiens, false & dolose uocans *Iringum*, militem ac consiliarium Irminfridi Regis, promittens sibi donationes multas *regni ac dona*, ut ipse interficeret *Irminfridum*, dominum suum secrete. Ita quod nullus haberet ipsum exosum de morte & interfectione Regis, ac omnes estimarent, ipsum esse innocentem. Et postquam *Irminfridus* Rex prosterneret se ante pedes Theoderici, Iringus sperabat de promisso Theoderici, quod non preteriret *ius iurandum*, illico *interfecit Irminfridum* dominum suum ualde miserabiliter.

Irminfridus occiditur ab Iringo milite suo.

De proditore iudicium.

§. XXVII. Quem *Iringum* Theodericus Rex toruo uultu inspiciens, dicensque ei: ex eo, quod occidisti Dominum Tuum proprium, Tibi fidelem & gratiosum, omnis terra ex iure debet te exosum habere & inuidere, modo recedas a nobis, nolumus malitie tue esse particeps. Cui *Iringus:* Bene competit, ut omnis mundus me odio habebit, quia ex falso concilio tuo occidi dominum meum. Attamen non recedam ab hinc, nisi prius penitentiam agam de peccatis meis & uindicabo Dominum meum. Extunc *Iringus* eodem gladio, quo interfecit Dominum suum, etiam interfecit *Theodericum* Regem, ponens Irminfridum super uentrem *Theoderici*, dicens: *Irminfride Domine mi, modo quod Theodericum uiuens uincere non potuisti, uicisti cum tamen* mor-

Theodericus occiditur ab eodem.

mortuum. Et accipiens gladium in manus suas abibat hiis uerbis: bona potest fides adhiberi. Etiam mirari potest de *Galaxia* uia illa alba, a quo deuenisset, & quare uocatur uia *Iringi* usque in hodiernum diem. *Galaxia.*

§. XXVIII. Inuenitur enim in *Cronicis Francorum* ac hystoriis, postquam *Irminfridus* uenisset ad Theodericum cum conductu ad castrum quoddam, steterunt insimul super murum, conferendo multa. *Irminfridus* praecipitatur de *muro*, pueros etiam eiusdem Theodericus occidi fecerat. *Alia historia de morte* Hermenfridi *& Saxonum uictoria aduersus Thuringos.*

§. XXIX. Post hanc uero uictoriam *Saxones* ad Theodericum uenientes, ipsi bene suscepti sunt, ab eo.] Et in multis collaudans eos, dans illis *terras Thuringorum* hereditario iure & uocati sunt amici Francorum ac consodales.

§. XXX. Vnde Saxones cum letitia & tranquillitate magna recedentes a Theoderico habitabant in terra illa, quam nuper inuaserant ac deuastauerant, & ibi habitare ceperunt, diuidentes eam inter se, & quia propter interitum sociorum suorum non potuerunt totam terram illam possidere, ponentes in terra *orientali* alios homines, tributum ipsis annuatim dantes. Aliam uero partem ipsi per se possidentes, ipsis etiam concessum fuit *Thuringia* in parte *meridionali*, quod tunc adhuc incorruptum & deuastatum non fuerat, usque ad aquam *Vnstrut* habentes *Francos* in parte occidentali, unde *Nortmanni* homines inperterriti & in parte *orientali* habitabant, *Slaui* in parte meri- Saxones *a* Francis *recedunt.* *Terra orientalis,* *meridionalis.* *Nortmanni.* *Slaui.*

Frisones. dionali habitabant *Frisones* & hii fortiter & frequenter sine lite & pace defendentes confinia eorum ui & potentia.

Saxonum *mores.* §. XXXI. Vnde *Saxones* fuerunt homines intimidi & sine requie inuadentes *omnes terras* adiacentes, sed in domibus eorum fuerunt mites, agrestes & fideles, generationes eorum & propagines in magna reuerentia considerantes. *Imparia connubia odere.* Nolentes etiam ab aliis *inferioribus* eis accipere *coniuges*, nec uiri nec mulieres, ut non cum aliis nationibus miscerentur, unde Saxones inter ipsos habuerunt *quatuor differentias*, *Gradus IV. Saxoniae gentium.* scilicet *nobiles*, dominos *liberos*, *liberos homines* & *seruos*, & *unusquisque* accipiebat *similem suum*, & qui aliter faciebat, *interficiebatur*.

Iura. §. XXXII. Ipsi etiam habuerunt *propria iura* penarum super homicidas & maleficos homines. Ipsi etiam in tantum *uirtuosi* erant & mundi inter ipsos, & si nouissent *Deum* ut fertur, omnes salui essent & graciam Christi obtinuissent. *Cultus diuinus,* Vnde ipsi coluerunt iidola, & precipue *Martem*, cui *thura* & *oblationes* prefixis terminis obtulerunt, similiter colentes *arbores* & *rubetas*, dicentes, quod Deus eorum uel essent tam nobiles, ut nunquam eos hominibus assimilari debere, & ipsos recludere in *templis* uel in *domibus*. Ipsi etiam dedicauerunt in nomine *Deorum arbores* & rubetas nominantes eos nominibus eorum, habentes etiam *sortilegia* & *diuinationes* ualde humiliter procedentes, frangentes ramum de arbore, carpentes ab illo *pullulationes*, signantes unius cuiusque signo

signo proprio, proiicientes eos super *pan-* *& super-*
num album, improuise cadentes ad inuicem. *stitio.*
Credentes etiam ad *auguria* uoces & uolatus *auium*, & etiam ad *hynnitus equorum*, non solum rustici & simplici homines sed pro maxima parte nobiles & Domini.

§. XXXIII. Habuerunt etiam alias *incan-* **Incanta-**
tationes & *diuinationes*, quas exercentes, **menta.**
quando uolebant ad pugnam ire uel litigia incipere, & contra quoscunque uolebant incedere, cum *astucia* capiebant unum ex istis & illum oportebat certare cum *uni eorum*, in talibus armis secundum usum eorum, & quis eorum optinuit, uictoriam, secundum hoc regebant se. Ipsi etiam maximam *fidutiam* habebant ad augmentum *Lune* uel ad oppositionem eius. Ipsi etiam quam plures errores habuerunt, quas pretermittimus pro nunc. Tamen computauimus incredulitatem eorum, ut quis audiat sermones hos, ut cognoscat, quanta bona cum eis dominus fecerat ex *incredulitatibus* eorum & ex *Seruitio Dyaboli*, cum quo longo tempore occupati fuerant.

§. XXXIV. Ipsi fuerunt exterriti uel *ter-* *Spolia &*
ribiles homines, oppugnantes omnes terras *tyrannis.*
ipsis adiiacentes & presertim *Francigenas*, & hoc non sine causa, quia planities erat inter eos & campi, & agri eorum, in unum fuerunt conglobati ac adunati, & etiam iugera diuidi non potuerunt. Ipsi etiam habuerunt inter terras eorum *montes* & *paludes*, & ideo semper habuerunt rixas ad inuicem, rapinas & incendia. Ex hoc *Franci-*

gene multum fuerant triſtes, nolentes ipſis ab hora in horam thaurum dare. Et tandem interdicentes eis cum lite manifeſto aut gwerra & etiam in iſta gwerra multe lites & rixe magne ex ſuperbia ambarum partium. Tamen Saxones omni tempore damnum patiebantur, uictoriam amittendo.

Recuſant chriſtianiſmum.

§. XXXV. Et hec rixe & gwerre quaſi *per XXX. annos durantes*, attamen bonum finem habuiſſent, ſi ſuperbia & dubitatio eorum non fuiſſet. Et tedium eſt dicere, quotiens ipſi promiſerunt facere bona & *regnum* & fidem bonam accipere, dantes *obſides* & nunctios bene ſuſcipientes, ſimiliter multotiens fuerunt domiti, ut promittentes dimittere *Ydola* ſua, & fidem *Chriſtianam* accipere. Et quot uicibus fuerunt uicti, tot etiam uicibus retrorſum abierant, & de nouo adorantes *arbores* & *fontes*, erigentes magnam *columpnam ligneam* ac altam uocantes eam, ſecundum Ydeoma eorum, *Yrmenſul* & columnam communem.

Irmenſula.

§. XXXVI. Et poſt mortem Pippini, qui poſt *Hilderico* Rege Francorum ſolitarie obſeruabat ex ammonitione *Zacharie* Pape, quia depoſitus erat & in clauſtrum poſitus & datus fuerat, hiis etiam temporibus regnum *Merouingorum* finem habuit, unde *Karolus* filius eius poſt ipſum obtinuit regnum.

Inde Caroli *M. cum* Saxonibus *bella.*

Genealogia Ducis Saxoniae Witekindi.

§. XXXVII. Hinc reincepit ſeditiones & bella contra Saxones, que & ibi pater ſuus dimiſerat, & *uexillifer* huius gwerre erat *Widekindus*, unde antea ſcriptum eſt de Karolo & temporibus eius. Hic poſtea *Chriſtianus* effe-

effectus & baptizatus a sancto Bonifacio & a *Karolo* a sacro fonte leuatus.

§. XXXVIII. Hic *Widekindus* habuit filium nomine *Wicbertus*, qui fuit bonus Christianus, hic genuit filium nomine *Waltbertum*, hic etiam a iuuentute extiterat bonus Christianus, hic cum bona deuotione uisitauit limina sanctorum Petri & Pauli, & etiam ut aliquas reliquias ad patriam suam transferret. Cui *Leo Papa*, qui suis temporibus ecclesiam regebat dedit ei corpus *sancti Alexandri*, filium sancte Felicitatis, quod secum transtulit in Saxoniam collocans illud in *Walhusen* & secundum aliquos *Wildeshusen* uel *Wigalzingehusen*. *Posteri eius.* *Reliquiae in Walbausen.*

§. XXXIX. Ex eorum etiam progenie processit uir nobilis nomine *Ludolfus*. Hic etiam causa deuotionis uisitauit limina sanctorum Petri & Pauli, portans secum reliquias *Innocentii* Pape. Hic habuit duos filios scilicet *Brunonem* & *Ottonem*. **Ludolfus.**

§. XL. *Bruno* fuit filius senior, habens sub potestate *VI. prouincias*. hic cum potentia exercitus iuit super *Danos* & interfectus est. Dicunt tamen aliqui, quod submersus fuerit. Et tandem post obitum suum *Ducatum* regebat *Otto* frater suus, habuit etiam sororem nomine *Luckard*, quam accepit in uxorem *Ludewicus Rex filius Arnolfi Imperatoris*, hic inmediate obiit. **Bruno.** *Vxor* **Ludouici** *infantis.*

§. XLI. Postea uero *Franci* & *Saxones* uolentes ad Imperium eligere *Ottonem* predictum, quod ipse rennuit propter senium eius, attamen facta Imperii per longa tempo- *Otto Saxo recusat imperium.*

ra

ra regebat. Cuius etiam consilio electus est *Cunradus Dux Francorum.* Hic Otto habuit filium nomine *Hinricum*, hic post mortem patris sui Ottonis adeptus est *Ducatum Saxonie* primitus cum potentia. Qui postmodum electus est in *Regem Romanorum*, & hic primus accepit Imperium ex *Saxonibus*. Hic genuit cum Coniuge sua *Ottonem magnum fundatorem archiepiscopii Magdeb.* hic genuit Ottonem secundum, Otto secundus tertium.

NVM. III.

Incipit Katalogus breuis Lantgrauii Thuringie & Archiepiscoporum Misnensium.

Carol. M. TEmporibus *Karoli Magni* Imperatoris, qui XXX. annis pugnauit contra *Saxones*, magnus Dux *Witkindus*, qui pre ceteris principibus Saxonie & Alemanie ac Westfalie *Witekindi* Dominus Karolo resistebat, tandem diuina inspirata gratia, sponte fidem *Christianam* suscepit & a sancto *Bonifacio* archiepiscopo moguntino, fundatore *Fuldensis* ecclesie, fuit apud Attimatum baptizatus, quem Karolus *Propater an. 785.* magnus de fonte suscepit, anno post incarnationem Christi D.CC.LXXXV. Hic Witkindus fertur in ecclesia *Paderbornensi* sepultus.

Wettin & Wittenberg fundatur. §. II. Iste *Witkindus* Dux fundauit primo castrum prope *Salam* nomine *Wittin*, similiter ciuitatem & castrum super *albeam Wittenberg* utpote in Cronicis Wittekindus quoque qui inter eos scilicet Saxones & claritate

ritate & generis & opum amplitudine eminebat, & qui perfidie autor & inuentor indefessus erat, ad fidem Karoli sponte ueniens apud *Attimatum* proprie *Attinbach baptizatus*, &c. habuitque filium nomine *Wicbertus* Christiane Religionis cultor deuotus, qui genuit filium nomine *Waltbertum*, qui & ipse ab infantia religiosus, cum sanctus esset uir, Romam causa orationis & deuotionis & etiam reliquiarum acquirendarum tetendit, & reliquias secum detulit, ut iam dictum est supra. *Waltbertus* Wittekindi Ducis nepos genuit *quatuor filios* scilicet *Theodericum*, *Witkindum*, *Lymnod*, & *Regebern*. Iste est *Regebern*, qui pugnauit contra *Danos*, Saxoniam uastantes, multoque tempore uicit eos & prouinciam ab illorum incursibus usque hodie. Et hii erant de *stirpe Witkindi* magni Ducis.

fil. Wipertus

fil. Waltbert.

fil. 4. Regebert.

§. III. Dimissis itaque aliis, *Theoderici* Genealogiam prosequar, de quo Principes Thuringie *Lantgrauii* & Marchiones *Misnenses* descenderunt. Et iste *Theodericus* Pronepos Witkindi scribitur in cronica *de origine Principum Marchionum*, quam uidi in MONTE SERENO *sancti Petri*, & etiam in cronica *aule episcopalis Merseburgensis* fuisse tempore primi Ottonis Imperatoris, egregie libertatis uir, & non scribitur *Dux*, cuius causam in cronica de *Karolo magno* sic reperi: Nam postquam *Witkindus Dux* cum omnibus principibus Saxonie fidem susceperat, Karolus instituit VIII. *episcopatus* in *Saxonia*, & sustulit *principatus dignitatem* tem-

Theodericus unde Thur. landgr. & March. Misn.

Chronica 1) montiss. 2) Merseb. *aulae.*

Carol. M. instituit VIII. episcopatus.

temporalem, & constituit *episcopos principes*. Itaque temporales domini fecerunt homagia episcopis & hoc factum fuit pro conseruatione fidei, quia *Saxones* ualde *duri* fuerunt contra fidem & sepius prius a fide recesserant, ut ergo per *episcopos* tam spiritualiter quam seculariter aut temporaliter possent in fide perseuerari, dignitates *principatuum sustulit* Karolus.

Theoderic. Com. in Wettin. §. IV. *Theodericus* egregie libertatis uir, pronepos Witkindi magni Ducis, Comes Patrui castri in *Wittin* genuit duos filios scilicet *Dedonem* & *Fridericum* & filiam *Mechtildam*, *Mechtild.* que fuit uxor Hinrici primi Imperatoris, & mater Ottonis magni. Hec *Mechtildis* Imperatrix una cum Hinrico Imperatore marito suo fundauit monasterium monialium in *Quedelingeborch* *monasterium in Quedlingeborch fundatur.* ambo sepulti sunt, & ille genuit *Ottonem* magnum fundatorem ciuitatis & archiepiscopatus *Magdeburgensis*, *Misnensis* & *Czizensis*.

Dedo Com. in Wettin. §. V. *Dedo* filius *Theoderici* abnepos Witkindi magni Ducis Comes in Wittin frater *Mechtildis Imperatricis* auunculus *Ottonis Imperatoris* magni, mortuo *Bayone Merseburgensi Comite* *Comitatum Merseburg. adquirit,* *Gysselerus* archiepiscopus Magdeburg. Comitatum eius, qui inter *Wipperam* & *Salam*, & *Fastam* & *Walbecke* fluuios situs est, *Dedoni* acquisiuit, duxit preterea uxorem *Thiebergam* filiam *Theoderici marchionis* genuitque ex ea filium nomine *Theodericum*. Interfecit autem eundem *Dedonem*, *Werinzo* Marchio. *interficitur.*

§. VI.

§. VI. Filius autem *Theodericus* Comitatum patris & omne beneficium dono Regis obtinuit, Marchia uero *Werinzonis* & quicquid a Rege tenebat *Bernhardo* Comiti auunculo Theoderici filio secundi Theoderici Marchione concessum est. Accepit itaque Theodericus Comes uxorem filiam *Eckehardi* Marchionis, qui in regia curte, que *police* dicitur interfectus est. **Theodoricus.**

§. VII. *Gero* autem fuit filius *Dithmari Marchionis*, qui cum fratre suo *Gerone* Coloniensi archiepiscopo *Nuenburgi* abbatiam iuxta *Bodam* & *Salam* fluuios construxit. *Gero marchio.* *Abbatia in* **Neuenborg.**

§. VIII. *Fredericus* uero Comes Theoderici comitis patruus frater Dedonis, cum non haberet mares filios, sed *tres filias*, *Yleborg* ciuitatem suam eidem Theoderico moriturus dedit, ut de consensu suo, quia heres eius fuit, predium & omne quod remanserat filiabus suis traderet, obiit autem in eadem ciuitate, epiphania Domini. Huius Comitatum & super pagum *Suszelitz* potestatem predictus *Theodericus* Comes *Imperatoris* munere post suscepit. **Fridericus.** *Eilenburg.*

§. IX. Genuit itaque *Theodericus* Comes hos filios, scilicet *Fridericum*, *Dedonem*, & *Tymonem*; *Geronem*, *Conradum*, *Riddagum* & filiam *Hiddam*. Primus filius *Fridericus* fuit *Prepositus Magdeburgensis* ecclesie, postea *monastariensis* episcopus. Secundus filius *Dedo* optinuit Marchiam *Odonis* Marchionis, qui heredem non habuit, & duxit uxorem *Odam*, matrem Ottonis marchionis de *Orlamunde*, genuitque ex ea Dedonem *Genealogia ulterior landgrauiorum.*

iunio-

iuniorem, qui in pueritia obiit, & duas filias, quarum una *Adelheid* nupsit *Herneſto marchioni de Bawaria*, genuitque ei Luppoldum Marchionem. altera *Bemenſem*, Agnes quoque nupsit Friderico Comiti, peperitque ei tres filios, scilicet *Adelbertum* archiepiſcopum & *Dedonem* fundatores *Goſotzenſis* monaſterii, quod factum eſt. M. LIII. & Fredericum *palatinos* comites, & filiam nomine Odam, quam Adelbertus, quidam nobilis cognominatus *Schenko* de *Sommerſchenborg* accepit uxorem, genuit ex ea Fredericum Comitem *palatinum* ſeniorem.

Somerſchenburg.

§. X. Defuncto uero Ottone Marchione & matre ipſius Oda, predictus Dedo marchio uiduam eius *Adelam* nomine duxit uxorem. Hec fuit nata de *Brabantia* ex caſtello, quod dicitur *Leuene*. Erantque fratres eius *Hinricus* Comes & *Reynherus*. Genuit autem ex ea Dedonem, *Hinricum marchionem* de *Yleborg*, & *Conradum* Comitem, qui a paganis occiſus eſt. Ideo marchio *Hinricus* genuit ex Gerdruda, que erat de *Brunſwig* marchionem *Hinricum* iuniorem.

Dedo.

§. XI. *Tymo* comes duxit uxorem Ydam filiam Ottonis ducis de *Northeym*, genuit ex ea *Dedonem Comitem* & *Cunradum* & filiam nomine *Mechtildam* quam *Gero* comes de Bawaria pater Ludewici abbatis *Merſeburgenſis* & Ludewici Comitis patris *Conradi* prepoſiti, Luartus filius.

Tymo.

§. XII. Gero comes duxit *Bertam* uiduam cuiusdam Popponis, genuitque ex ea III. filios, scilicet *Theodericum* comitem, *Wilbel-*

Gero.

Wilhelmum comitem de *Chamborg* & Guntherum *Czicensem* episcopum & filias Willam abbatissam de *Gerpstede* & *Dichburgam* prepositam de *Gernrode*. Huius *Popponis* frater fuit Cuno, senior de Wippera.

Gerbstaett Gernrode.

§. XIII. Quintus filius Conradus Comes duxit sororem Theoderici senioris de *Kathelenborch*, que *Othildis* dicebatur peperitque ei filiam, nomine *Bertradam*, quam Beringerus comes, frater Lodewici comitis senioris de *Thuringia*, accepit uxorem genuitque ei filium *Conradum* & filias quatuor, quarum unam Konegundam accepit Cuno de *Wippera*, qui genuit Lodewicum. *Riddagus* mortuus est sine liberis. Hidda nupsit *Duci Bohemico* & genuit *Guntherum* patriarcham & matrem Wichmanni de *Cella*, obmissis aliis.

Theodericus senior de Kathelenborch.

Guntherus patriarcha.

§. XIV. Timonis generationem prosequamur. *Dedo* filius Timonis duxit uxorem *Bertam* filiam Wiperti de *Groytz* genuitque ex ea filiam nomine *Mechtildam*, que nupsit comiti *Ralbodoni Babenbergensi* aduocato. Idem *Dedo* ecclesiam beati Petri apostolorum principis iniciat, quam, preuentus morte, fratri Conrado consumandam reliquit, habens enim uotum uisitandi sepulchrum, uxorem suam *Bertam*, quam repudiauerat, episcoporum consilio & iudicio recepit sicque profectus in terram generationis sue, & lignum domini, quam in *monte Sereno* fundare primitus inceperat, transmisit, quod usque ad presens ibi habetur.

Timonis *ulterior genealogia eiusque filius* Dedo, *Groyz*

qui uxorem Bertam *repudiatam recepit.*

§. XV. Hinricus autem iunior marchio de

Ileborg, Cunradum fratrem predicti *Dedonis*, orto inter eos bello, captiuauit, & *lecto* *Kirchberg.* *ferreo* in *Kirchberg*, multisque malis oppressit. Post mortem autem Hinrici, captiuitate Cunradus *de Wittin* March. Misn. & Lusat. *adquirit.* 1127. solutus, anno Domini M.C.XXVII. liberalitate *Luderi* imperatoris marchiam *Misnensem* suscepit, cui etiam marchiam *Lusaceam*, que *orientalis* dicitur, idem Imperator postmodum concessit.

Albertus nobilis de Sueuia *Cunradus March. Misn. Or. pater sex filiorum & sex filiarum.* §. XVI. *Cunradus* itaque *Misnensis*, orientalis marchio, accepit uxorem *Luthardam*, filiam cuiusdam nobilis de *Sweuia* Alberti, que ei hos filios *Hinricum*, qui in pueritia obiit, Ottonem *Misnensem* Marchionem, Theodericum *orientalem marchionem*, Dedonem Comitem de *Rochlitz*, Hinricum Comitem de *Wittin*, Fredericum Comitem de *Brene*; filias quoque genuit sex, quarum tres in *Gerpsted* fecit monachas. Odam & Bertam abbatissam ibidem, Agnetam *Quedlinburgensem* abbatissam. Quarta *Gertrudis* nupsit palatino *Reni*, que uiro defuncto, *Christum heredem* faciens, ecclesiam in *Babenberg.* *Babinberg* in honore sancti Theoderi construxit, ibique monialibus, Deo famulantibus, se socians & sic in sancta conuersatione finiuit uitam suam. Quinta Adela copulatur Sueno *R. Danorum.* *Regi Danorum Swenoni*, qui genuit ex ea Luthardam, quam duxit Bertoldus *Marchio de Bawaria*, qui cum grauissent Popponem *Babinbergensem* prepositum & Bertam *Gerbistadensem* abbatissam consensu episcoporum, *occiditur.* propter notam adulterii, separantur. Occiso a Danis Swenone, uiduam eius Albertus

tus Comes, Alberti marchionis de *Brandenburg* filius, duxit uxorem genuitque ex ea *Gerdrudam* Walteri de *Arnſteyn* coniugem. Sexta *Sophia* nupſit *Gebhardo* Comiti de *Bawaria* filio ſororis Luderi aut Lotharii IMPERATORIS.

§. XVII. *Cunradus* igitur *marchio* eccleſiam, a fratre ſuo inchoatam, in honore beati *Petri* in *monte ſereno* a fundamentis erexit largisque ſuis proprietatibus prediis dſtatam in ius & proprietatem eccleſie tradidit & clerum canonicorum regularium inibi Deo famulaturum inſtituit, quibus & ipſe omnibus mundi pompis ex integro inicians, pauper pauperibus pro ueris diuitiis aſſociatur, II. K. K. Dec. conuerſus, & ipſo anno Nonas. Febr. defunctus. Moritur autem anno Domini M. C. LVI. & a *Wichmanno Magdeburgenſi archiepiſcopo* & Wallone *Halberſtadenſi epiſcopo* preſentibus filiis ſuis & Alberto Marchione de *Brandenborg*, ac aliis *uaſallis* ibidem ſepelitur. *Eccleſia in monte ſereno fundata.* *Cunradi mors 1156.*

§. XVIII. Et anno Domini M. LVI. K. K. Ianuarii obiit Iudita uxor *Wiperti* Marchionis. Wipertus marchio *Pygauienſis* eccleſie fundator, cuius filiam *Dedo* comes duxerat anno Domini M. C. XXIIII. nono K. K. Iunii moritur, relinquens heredem *Hinricum* marchionem, quo ſine herede mortuo, anno Domini M. C. XXX. u. nonas K. K. Ianuarii, *Luderus* uel *Lotharius* IMPERATOR marchiam eius, que *orientalis* dicitur *Conrado* marchioni conceſſit, cui etiam *Miſnenſem* prius conceſſerat: *Berta* comitiſſa filia Wiperti uxor 1056. *Wipertus marchio* Pygauienſis eccl. *fundator.* 1124. *Orientalis marchia collata Cunrado.*

Groyz. Dedonis comitis proprietatem suam *Groytz* dedit Dedoni filio Conradi marchionis, quem loco filii nutrierat. Ipsa autem obiit anno Domini MCXLIIII. xvii. K. K. Iunii.

1154. *Ottonis March. Misn. liberi.* §. XIX. OTTO marchio Misnensis duxit uxorem *Hedwigam* filiam *Alberti marchionis Brandenburgensis* de *Saxonia*, de qua genuit filios, Albertum & Theodericum & filias Adelam & Sophiam.

Odalricus *D. Bohemiae.* *Burggrauius de Regensburg.* *Odokarus D. Bohem.* Daciae *R.* §. XX. Sophia nupsit Odalrico *Duci Bohemie*, qui genuit ex ea *Agnetam Gerpstadensem* monacham, mortuo autem Odalrico Sophia nupsit *Burggrauio de Regensburg*. Adelam Dux *Odokarus*, qui postea fuit *Dux Bohemie*, quique genuit ex ea filium *Vradislaum* & tres filias quarum una nupsit Regi *Dacie*, alia *Hinrico* comiti de *Ortenberg*, tertia, canonizata est in *Gerenrode*. Postmodum autem *Ottokarus* & *Adela* propter notam consangwinitatis separati sunt anno Domini M.C.LXXXII.

1182. *Otto marchio a filio captiuus ductus.* 1188. §. XXI. *Ludewicus* comes *Thuringie* captiuauit *Ottonem* marchionem, sed precepto *Friderici Imperatoris* relaxatus est, anno Domini M.C.LXXXVIII. *Albertus* filius Ottonis ipsum captiuauit, Imperator uero missis nunctiis eum absoluit & filio reconciliauit Anno Domini M.C.LXXXIX.

1189. *Cella fundatur in Missena.* §. XXII. *Otto* marchio fundauit monasterium & *Cellam* de ordine *Cistercienfium*, & ille *Otto* eodem anno moritur, & ibidem sepelitur. *Albertus* marchio filius eius duxit uxorem filiam *Frederici Ducis Bohemie* fratris *Odockari*, ex qua genuit filiam, quam Her- *(Albertus marchio.)*

manno

manno de *Lowedeburch* uxorem dedit anno Domini M.C.XXX. *Albertus* marchio moritur, post cuius mortem Hinricus IMPERATOR *Misnensem* marchiam *in concessam* tenuit aliquanto tempore. 1130. Marchia *Misnensis uacat.*

§. XXIII. Mortuo uero imperatore anno Domini M.C.XXVII. *Theodericus* comes filius eiusdem Ottonis marchionis in transmarinis partibus constitutus mortem eius intelligens festinanter reuersus est, & fauore eorum, qui castris preerant *marchiam* occupauit, eamque postmodum donatione *Philippi Regis* in cuius electione *consenserat*, obtinuit. Hic duxit filiam Hermanni comitis *prouincialis* de *Thuringia Iuditam* nomine genuitque ex ea filiam *Hedwigam* & filium *Ottonem*, qui puer obiit, item *Sophiam* & *Conradum* filium, qui etiam puer obiit, & tertium *Theodericum* *Henr. VI. imp. mors.* 1127. Theodericus *obtinet marchiam Misnensem.* *a*Philippo Sueuo.

§. XXIV. *Theodericus*, marchio *Orientalis*, duxit sororem Meseconis, Ducis *polonie*, *Dobernegam* nomine, que etiam *Luthard* dicta est, genuit ex ea *Cunradum* Comitem, qui in torneamento perfossus lancea moritur, anno Domini M.CLXXV. & filiam Gerdrudam *Gerpstedensem* abbatissam anno Domini M. CLXXXIIII. *Theodericus* Marchio obiit. *Theodericus M. Orient.* Meseco D. Polon. 1175.

§. XXV. *Dedo* comes de ROCHELITZ duxit Mechtildam, filiam *Goswini* Comitis de *Hunoldesburg*, sororem *Philippi* archiepiscopi *Coloniensis*, ex qua genuit *Theodericum*, Canonicum maioris ecclesie *Magdeburgi*, qui postea Comes de *Sommerscheborg* & de *Rochliz.* *Hunoldesburg.* *Sommersburg.*

Groyz. *Grötz* dictus est, *Philippum* Scantensem prepositum *Goswinum* & *Hinricum*, qui in iuuentute mortui sunt & *Conradum Marchionem* & filiam Agnetam, que nupsit Duci de *Meran.* *Meran*, qui genuit ex ea *X. filios* de *Meran* & Marchionem de *Ostirriche*, qui etiam de *Philippus R. Franc.* *Andasse* dicitur, & *Eckehardum Babinbergensem episcopum*, & tres filias, quarum una nupsit *Philippo* Regi *Francie*, alia uero Regi *Vngarie*, tertia Hinrico Duci *Slesye* in *Polonia* Anno Domini M.CLXXIIII. *Dedo* 1174. Comes fundauit ecclesiam *Cellensem*.

Marchia redemta ab impe-ratore. §. XXVI. Post mortem Theoderici Marchionis *Dedo* redemit *Marchiam Orientalem* a *Frederico* Imperatore pro *quatuor milibus marcis* argenti. Anno Domini M.C.XC. 1190. Dedo *Marchio orientalis* obiit.

§. XXVII, *Theodericus* comes, filius eius, duxit Mechtildam filiam *Lodewici* Comitis de *Thuringia*, genuitque ex ea filiam Agnetam. Anno Domini M.CC.VII. *Theodericus* 1207. Comes obiit. *Conradus* Marchio filius Dedonis duxit Elizabeth, filiam *Mysceonis* Ducis *Polonie*, uiduam *Zibizlay* Ducis *Bohemie*, genuitque ex ea filium, qui in pueritia obiit & filias duas Mechtildam, quam *Albertus* duxit *Marchio* de *Brandenborch* & Agnetem, quam duxit Hinricus *palatinus* Reni, frater Ottonis IMPERATORIS anno Domini M.CCIX. 1209. *Elizabeth* Marchionissa obiit.

Conradus marchio *Mysceo D. Polon. Zibislaus D. Bohem.*

Marchia Misn. redemta ab imperatore. §. XXVIII. Post hoc anno secundo Conradus Marchio obiit, cuius marchiam *Theodericus Marchio Misnensis* filius Ottonis Marchionis redemit, ab *Ottone* IMPERATORE *pro XV.*

XV. milibus marcis. Hinricus Comes de *Wittin* duxit Sophiam filiam cuiusdam nobilis de *Austria* genuitque ex ea *Hinricum Comitem*, qui in iuuentute obiit anno Domini
M.CC.LXXXVII. Et *Cunradum*, qui in 1287.
pueritia obiit & *Odalricum* Comitem & *Sophiam*, que nupsit Burchardo *Magdeburgensi Burggrauio*.

§. XXIX. Post hoc anno Domini
M.CC.XC. *Hinricus* Comes senior de *Wit-* 1290.
tin obiit, cuius uiduam duxit Hermannus, *Hermannus Com. Pal. Sax. & Com. Prouincialis Thur.*
tunc *Comes palatinus Saxonie*, postmodum etiam *Comes prouincialis Thuringie*, genuitque ex ea Iuditam, uxorem Theoderici Marchionis *Misnensis* & *Orientalis*, filii Ottonis Marchionis. *Odalricus* Comes filius Hinrici duxit filiam Bernhardi Ducis *Saxonie*, ex qua genuit filium Hinricum. Anno Domini
M.CC. *Odalricus* Comes obiit. 1200.

§. XXX. Fredericus Comes de *Brene* du- *Fridericus Com. de Brene.*
xit Hedwigam filiam *Dypoldi* cuiusdam nobilis de *Bohemia*, qui fuit patruus Odokari Ducis *Bohemie* genuitque ex ea Ottotonem, qui in iuuentute obiit anno Do-
mini M.CC.III. & Fredericum Comitem & 1203.
filiam Sophiam *Quedlingeborgensem* abba-
tissam anno Domini M.CC.X. Hedwigis 1210.
Comitissa obiit anno Domini M.C.LXXXI. 1151.
Fredericus Comes senior de *Brene* obiit, *Claustrum in Brene.*
Otto Comes sepultus est in *Brene*, ubi mater eius claustrum monialium instituit, an-
no Domini M.CC. Fredericus Comes iu- 1200.
nior duxit Iuditam, filiam Frederici Comi-
tis de *Czegenhagen* fratris Hermanni Comi- *Czegenhagen.*

 tis

tis *Thuringie*, ex qua genuit filiam Hedwigem & filios & *Theodericum*.

Theodericus pater Henrici Illustris.

§. XXXI. Theodericus filius Ottonis *Marchionis Misnensis & Lusatie* duxit uxorem Iuditam filiam *Hermanni* Lantgrauii Thuringie & genuit ex ea Hinricum illustrem Principem. *Hinricus Misnensis* & *Orientalis* Marchio fundauit *Cellam nouam*, qui duxit uxorem Agnetam, sororem *Odokari Regis* Bohemie, de qua non genuit liberos. Idem Hinricus aliam duxit uxorem scilicet *Constantiam* filiam Ducis *Austrie*, de qua nati sunt ei duo filii *Albertus* Lantgrauius *Thuringie* & *Theodericus* Marchio de *Landisberg* dictus *Pingwis*. Item predictus princeps Hinricus tertiam duxit uxorem, scilicet Elizabeth, de qua genuit Fridericum *Marchionem de Dresden* dictum *Clemme*.

Cella noua fundatur.

Constantia *uxor Henrici.*

C. de *Landsberg.*

Dresden.

Theodericus *marchio de Landisberg.*

§. XXXII. Theodericus uero Marchio de *Landisberg* duxit uxorem Helenam filiam Marchionis *Brandenburgensis*, de qua genuit Fredericum Marchionem *Misnensem* nomine *tute*.

Alberti de generis *uxor Margaretha.*

§. XXXIII. *Albertus* uero Marggrauius *Thuringie* duxit uxorem Margaretham filiam *Frederici secundi* IMPERATORIS, de qua genuit III. filios, scilicet *Fredericum*, *Henricum*, & *Titzmannum*. Hinricus Lantgrauius de *Aldinborg* duxit uxorem Hedwigam filiam Erici Ducis Slesie, de qua genuit Fredericum cognomine *Anelant*. *Titzmannus* Lantgrauius duxit uxorem Iuditam filiam Bertoldi Comitis de *Henneberg* & obiit sine herede. *Fridericus* uero *Misnensis* Marchio duxit uxorem

Ohnland.

Frider. admorsus.

rem *Agnem* filiam ducis *Karinthie* & genuit ex ea Fredericum, primogenitum suum, qui obiit sine herede. Item *Fridericus* aliam duxit uxorem *Elizabeth* filiam Comitis de *Marusbow*, de qua genuit Fredericum Marchionem & orientalem Marchionem, qui edificauit capellam in honore sancti Andree apostoli, & duxit uxorem *Mechtildam* filiam *Lodowici V.* Imperatoris, de qua quatuor genuit filios & duas filias, quorum primus mortuus est, secundus *Fredericus* natus est, anno Domini M.CCC.XLVI. in die Thome apostoli. Quartus Ludewicus natus est anno Domini M.CCC.XXXII. in die *Burchardi* Confessoris. Tertius *Balthasar* natus est anno Domini M.CCC.XL. in crastino die Mathie apostoli. Quintus *Wilhelmus* natus est anno Domini M.CCC.XLV. in preuigilia *Thome* apostoli, anno Domini M.CCC.XLVI. In die processi & Martiani obiit domina Mechtildis uxor ante dicti Friderici Misnensis & Orientalis anno Domini M.CCC.

eius uxores & liberi. 1346. 1332. 1340. 1345. 1300.

§. XXXIV. *Wilhelmus monoculus* accepit uxorem scilicet filiam *Morauie* Marchionis, que obiit sine herede & sepulta est in *Misnensi* ecclesia in medio Chori, postea accepit aliam scilicet filiam comitis de *Hennenberg*. Item anno Domini M.CCC. Balthasar Lantgrauius *Thuringie* accepit uxorem scilicet filiam

Wilhelmus Monoculus. *Hennenberg.*

cum qua genuit Fridericum *Lantgrauium* & unam filiam, que nupta est

 Rudol-

Rudolfo Duci Saxonie, & mortua prima uxore Balthasaris Lantgrauii, altera uice accepit in coniugium relictam *Friderici de Brunswig electi in Regem Romanorum.* Item Fredericus Lantgrauius accepit in Coniugem Annam filiam Guntheri de *Schwartzburg*, que obiit sine herede & est sepulta in *Reynersborn*, sicut & Balthasar Lantgrauius anno Domini M.CCC.

Gunther de Schwarzburg.

Ludewicus frater Balthasaris

NVM. IV.

Incipit Chronica Marchionum MISNENSIVM *ac Genealogia eorum.*

Post illa, quae *p. 172.* ad. *p. 174.* iam scripta sunt, narratio est, quae sequitur.

Sextus stipes.

THeodericus iam tertius Theoderici filii Dedonis filii Theoderici primi filius accepit uxorem filiam *Eckehardi* Marchionis de *Thuringia*, qui fundauit castrum in *Eckirsberg*, *Mechtildam* nomine sororem *Hermanni* & *Eckehardi* & *Guntheri* nata in *Eyssenhilda* matre *Gereonis* marchionis de *Lusatia*.

Castrum Eckersberg.

Hidda *uxor Christiani marchionis in Lusatia*

§. II. Pro quo sciendum, quod temporibus primi *Ottonis Imperatoris* fuit marchio in *Lusatia Christianus* nomine, qui habuit uxorem *Hiddam* nomine. Genuit ex ea *Geronem Coloniensem* archiepiscopum & *Dithmarum* marchionem, hii fratres cum matre Hidda abbatiam prope *Salam* uocatam *Monchenyenborch* funda uerunt. *Dithmarus* marchio *Lusatensis* duxit uxorem filiam *Hermanni*

fundat abbatiam Monchenyenborch.

manni Ducis de *Lunenborch Suanhildam*, ex qua genuit filium *Dithmarum* paterni nominis, qui ultra genuit *Odonem*, qui sine liberis mortuus fuit, & in eo posteritatis propagatio cessauit, & post hoc ad Genealogiam duorum principum deuenit, ut infra dicetur.

Odo, *ultimus marchionum Lusatiae.*

§. III. Post mortem uero *Dithmari* primi marchionis *Lusatie* Suanhildam, cuius relictam accepit *Eckehardus* marchio *Thuringie*, qui fundauit *Nuenburgensem* episcopatum & monasterium sancti Georgii ibidem. Cuius sepulturam cum uxore Suanhilda hodie in medio ecclesie cernitur & eorum statuales Ymagines cum eorum armis.

Nuenburgensis *ecclesia fundatur.*

§. IV. Intercepta paulisper linea directa descendentium de Friderico fratre Dedonis filii Theoderici primi collaterali linea prosequamur. *Fredericus* Comes frater *Dedonis* marchionis beneficio patris Theoderici & auunculi Ottonis IMPERATORIS *Yleborch* castrum & ciuitatem obtinuit, ut in chronica *sereni montis* habetur. Sed idem Fridericus filios heredes masculos non habens, sed filias tamen, ideo moriturus Theoderico dicto marchioni patruo suo castrum *Yleborch* assignauit, ita quod predium omne, quod remanserat filiabus suis traderet. Hic moritur in sancta nocte epyphanie in dicto castro suo *Yleborch*, cuius castrum cum omnibus, que habet in pago *Suszelitz* predictus Comes Theodericus beneficio Imperatoris obtinuit.

Collaterales Dedonis.

Castrum Yleborch.

Suselitz **pagus.**

§. V.

Theodoricus *comes in* Wettin. §. V. Nunc ad directam lineam reuertendo, Theodericus marchio in *Witten* Comes & in *Yleborch* predictus ex Mechtilde filia Eckehardi marchionis de *Eckesberg* genuit *eius liberi.* sex filios & unam filiam primogenitum *Fredericum*, *Dedonem*, *Tymonem*, *Geronem*, *Conradum*, *Riddagum*, filiam *Hiddam*. Sed iuxta Salum promissum primo prosequar Generationem Thymonis ex eo, quod ipse stipes principum de directo. Septimus stipes.

Dux de Northeym. §. VI. *Thymmo* preterea remansit in paterno castro *Wittin* duxit uxorem *Ydam* filiam ducis de *Northeym*, genuit ex ea duos filios *Dedonem* & *Cunradum*, cuius fratrem fundatores monasterii sancti Petri in *monte Sereno*, de quibus latius in sequentibus tangetur. *Monasterium S Petri in monte sereno.*

Ecclesia Nemetensis *fundatur prope Bitterfeld. ibi Reinhardus primus abbas* §. VII. Hic Thymo marchio cum uxore sua ecclesiam *Nemetensem* fundauit in uulgari *Nimeck* & syta est prope oppidum *Bytterfeld*. Nam in nomen & dignitatem abbatie suis priuilegiis confirmauerunt, & primus abbas inibi *Reynhardus* dicebatur, sed ex post filius suus *Conradus* sancto Petro Sereni monte monasterio auctoritate *Conradi* archiepiscopi *Magdeburgensis* anno

1136. M. C. XXXVI. incorporauit, quod hodie, quoad ius patronatus tamen tenent & possident fratres dicti montis uidi in fundatione *Gosozensis* Cenobii in uulgari *Gossick* prope *Wissenfels* in priuilegio fundationis, quod predictus *Thymo* marchio cum fratre suo *Gerone* & *Dedone* Comitibus in *Brena* scri- *Gossick.* *Weissenfels.*

ſcribitur affuiſſe conſecracioni eccleſie ſeu monaſterii M. LIII.

§. VIII. Preterea idem *Thymo* genuit & filiam nomine *Mechtildam*, quam *Gero* Comes de *Bawaria* accepit uxorem, qui genuit ex ea *Wichmannum* archiepiſcopum *Magdeburgenſem* & *Cunradum* fratrem eius, quo defuncto accepit eam *Lodewicus* alius Comes de *Bauaria* pater *Lodewici* abbatis *Merſeburgenſis*, ut in Cronica Sereni montis habetur. 1053. *Gero Comes de Bawaria.*

§. IX. Hic Thymo Comes de *Wittin* egregius ſcribitur in Cronica *Merſeburgenſe* aule epiſcopalis. Primo dono IMPERATORIS principatus dignitatem acquiſiuiſſe hoc modo, eo in adoleſcentia conſtituto iam patre priuatus ſub tutela matris adoleſcens nutriretur, accidit, ut in die Paſce cum aliis coetaneis ſuis per ſegetes equitaret. Alter iuuenis Comes cum uelocitate equi quo inſidebat, precurrit & arripuit, ſibique alapam magnam in curſu equi intulit, quod cum flendo adoleſcens Thymo matri conquereret. Ipſa reſpondit: *tranquillo & patienti animo eſto, dilecte fili, anno futuro meliorem equum Tibi comparabo, ut uicem & talionem ſibi poſſis tribuere.* Sicque anno ſequenti adoleſcens in uelociſſimo equo priſtine alape memor eodem die ſancte paſche iuuenem curſu uelociori preueniens, gladio, quo erat precinctus eundem in ultionem preterite alape interfecit, quare propter homicidium tale, mater eum ad curiam Imperatoris deſtinauit, ubi tanta creuit uirilitate, ſtrenuitate & bonitate, ut magiſter *Thymo comes in Wettin, laudatur.* *Hiſtoria de eo* *hic interfecit iuuenem comitem.*

ster & prefectus totius curie Imperatoris constitueretur.

Thymo.

§. X. Tandem dum imperator quoddam castrum firmissimum expugnare uellet. Ex quo Thymo comes princeps militie & magister cum esset in acie belli & pugne, fertur imperator dixisse, uere Thymonem uirum tam strenuum & bellicosum principem faciam proxima facultate se offerente. Statim post hec super uenerunt nuntii afferentes marchiam *Misnensem* uacare. Illico *Thymo* comes de *Wittin* per Imperatorem euocatus, & marchia *Misnensis* imperiali dono magnifice inbeneficiatur, quo facto confestim rumor in castris imperatoris intonuit, quod isti de castro obsesso machinas imperatoris incidissent, quibus quantocius Thymmo marchio tunc missum occurrit, atque ibidem in conflictu mox interiit.

Hic acquisiuit marchiam Misnensem.

eius mors.

§. XI. Quare ex post filii sui *Dedo* & *Conradus*, licet ius in marchia *Misnensi* per mortem patris tunc habuissent, tum propter repentinam mortem Imperatoris & patris statim possessionem habere non poterant. Sed demum tempore *Lotharii* Imperatoris *Conradus* filius eius iam pacifico acquisiuit, ut infra dicetur.

Filii Thymonis eandem Marchiam obtinuerunt.

§. XII. *Fredericus* primogenitus frater Thymonis factus fuit maior prepositus ecclesie *Magdeburgensis*, postea *monasteriensis* episcopus. Secundus scilicet *Dedo* obtinuit marchiam *Odonis* de *Lusatia*, qui sine heredibus mortuus fuit, ut supra dictum est. Istius Odonis meminit passio sancta *Alberti*, ubi

Primogenitus frater Thymonis, *Dedo adquirit marchiam Lusatiae.*

ubi dicitur, *Odo pugnax marchio lateris rex illis tergo uertit.*

§. XIII. Hic *Dedo* duxit uxorem matrem *Ottonis* marchionis tunc de *Orlamunde* & de *Wymar* nomine *Odam*, genuitque ex ea filium *Dedonem* iuniorem, qui in pueritia per posteriora confossus interiit. Genuit & duas filias, quarum una *Adelheydis* nupsit *Hernesto* marchioni de *Bauaria* genuitque & *Luppoldum* marchionem. Altera filia *Agnes* nupsit *Frederico* Comiti Palatino de *Gosick* & de *Sommerschenborch* peperitque ei tres filios *Adelbertum* archiepiscopum *Bremensem*, *Dedonem* & *Fredericum* Comites Palatinos & fundatores *Gosoczensis* monasterii prope *Salam*, quod fundatum & dedicatum fuit, ut supra scribitur, anno M.LIII. *Thymone* marchione & *Gerone* frater eius Comitibus de *Brene* & de *Wittin* presentibus, de quo plene constat in fundatione *Gosotzensis* monasterii. Item prefatus *Fredericus* genuit filiam *Odam*, que nupsit *Adelberto* cuidam nobili dicto *Schencke de Sommerschenborg* genuitque ex ea *Fredericum* Comitem Palatinum *iuniorem*.

Eius uxor prima & liberi.

Orlamunde.

Wymar.

Fundatores monasterii Gosecensis.

1053.

§. XIV. Defuncto uero *Ottone* marchione de *Orlamunde* & matre ipsius *Oda*, prefatus *Dedo* marchio *Lusatie* uiduam *Ottonis* priuigni sui accepit secundam uxorem. Et sic nota casum, quod quis successiue potest habere de iure in matrimonium illius uxorem, cuius prius habuit matrem uel sororem. Hic *Dedo* marchio prius habuit *Odam* matrem *Ottonis*, post recipit *Adelheydam* ipsius uiduam.

Dedonis *uxor secunda.*

§. XV.

Adelheidis *de* Brabantia.

§. XV. Hec *Adelheydis* fuit nata de *Brabantia* ex castello, quod dicitur *Leuene*, genuitque *Dedo* ex ea alios filios paterni nominis *Dedonem* & *Hinricum* marchionem de *Yleborch* seniorem, & *Conradum* Comitem, qui a paganis occisus fuit, iste *Hinricus* de *Yleborch* duxit uxorem *Gerdrudem*, que erat de *Brunswic* genuitque ex ea *Hinricum* marchionem de *Yleborch iuniorem*, qui *Cunradum* Comitem de *Witin* captiuauit, ut infra dicetur.

Conradus *primus marchio Misniae & Lusatiae.*

§. XVI. Hic *Hinricus* mortuus fuit sine heredibus, cuius marchiam *Conradus* Comes & primus marchio *Misnie* & *Lusatie*, ut plenius in sequentibus dicetur, dono *Lotharii* Imperatoris obtinuit.

Poppo *de* Wipprea.

§. XVII. Quartus filius *Gero* frater *Thymonis* Comes de *Brene* duxit *Bertam* relictam cuiusdam *Popponis* de *Wippera*, genuitque ex ea tres filios *Theodericum* Comitem & *Wilhelmum* Comitem de *Kambrach* & *Guntherum Czicensem* episcopum & duas filias *Willam Garpstadiensem* abbatissam & *Thebergam* prepositam monasterii de *Gerenrode*, huius *Popponis* frater fuit *Cono* senior de *Wippera*.

Theodericus senior de Kathelenborch.

§. XVIII. Quintus filius *Conradus* Comes frater *Thymonis*, duxit uxorem sororem *Theoderici* senioris de *Kathelenborch*, que *Othildis* dicebatur, peperitque ei filiam nomine *Bertam*, quam duxit *Beringerus* Comes frater *Ludowici* Comitis de *Thuringia* genuitque ei filium *Conradum* & filias quatuor, qua-

quarum una *Kunegundis* accepit *Thymo* de *Wippera*, que genuit *Lodewicum*.

§. XIX. Sextus filius *Riddagus* mortuus est sine liberis. *Hidda* soror ipsorum nupsit Duci *Bohemico* & genuit *Guntherum* patriarcham *Aquilegensem*. Octauus stipes.

§. XX. *Dedo* filius *Thymonis* accepit uxorem filiam *Wiperti* marchionis de *Grositz* fundatoris *Pigauiensis* monasterii nomine *Bertam*, genuit ex ea filiam *Mechtildam*, que nupsit Comiti *Rabbodoni Babenbergensi* aduocato. *Dedo.*

§. XXI. Idem *Dedo* ecclesiam beati Petri *Sereni montis* incepit, sed non perfecit. Nam orta fuit dissensio inter eum & uxorem suam *Bertam*, ita, quod eam aliquot annis repudiauit. Tandem monitis episcoporum *Magdeburgensis* & *Merseburgensis* & aliorum sibi eandem reconciliauit, & ex post crucem diuinam assumens cum potentia sua ad terram sanctam se recepit, fratri suo inceptum opus *sereni montis* monasterii committens, demum de terra dominici sepulchri rediens in breui sine heredibus masculinis mortuus fuit. Portauit secum partem satis notabilem de ligno Domini, est autem crux per modica argento inclusa, que usque hodie ibidem in *sereno monte* cernitur. *Monasterium sancti Petri montis sereni incipitur.* *Proficiscitur in* Pa*laestinam. redux reliquias secum adfert.*

§. XXII. *Berta* itaque uxor sua preposituram in *Scolen* in honorem beate uirginis Marie fundauit & satis habunde dotauit, quare ecclesie *Pigauiensis* fundatione sui patris incorporari procurauit, & hodie ab eisdem monachis possidetur. *Eius uxor* Berta *fundat praeposituram.*

Monasterium Pigauiense construitur.

§. XXIII. *Wippertus* pater eius, uir strenuus & bellicosus, multa prelia habuit cum uicinis suis de castro *Milsen Tuchern*, prout in uita sua pulchro stilo conscripto in dominico monasterio *Pigauiensi* reperies. Hic *Wipertus* habuit filium *Hinricum*, qui dono IMPERATORIS ex post *Lusatiam* obtinuit, qui mortuus sine heredibus & in eo generatio *Wiperti* fundatoris *Pigauiensis* cessauit & marchia *Lusatie* ad *Conradum* marchionem *Missenensem*, de quo sequitur, peruenit.

Nonus stipes.

Monasterium Sereni montis perfectum a. 1124. Calixtus II. P. R.

§. XXIV. CVNRADVS filius *Thymonis* de *Wittin* mortuo fratre suo *Dedone* sine heredibus masculis ipse inchoatum monasterium *Sereni montis* perfecit anno ab incarnatione Domini M.C.XXIIII. indictione secunda presidente summo pontifice *Calixto* II. pontificatus eius anno VI. Imperante *Hinrico* huius nominis *quinto* Imperii eius anno XIV. Anno ab ordinatione primi archiepiscopi *Alberti Magdeburgensis* CLVI. sub *Rutbero* Archiepiscopo XII. pontificatus anno quinto, a fundatione *Hallensis* ecclesiae *noui operis* anno IX.

Fundatio ecclesiae Halensis noui operis.

§. XXV. Hic Conradus fraterne deuotionis fidelis de prediis dedit ecclesie *Sereni montis* CXX. *mansos*, item dedit ecclesiam in *Lobichine* cum XXVI. *mansis* ad eam pertinentibus, item Capellam *Ostraw* cum IIII. *mansis* & alia multa, prout in priuilegiis & in *Cronica* dicti monasterii clare habetur.

Lobichine.

§. XXVI. Accepit siquidem inclytus comes in uxorem filiam cuiusdam nobilissimi uiri *Alberti* de *Sweuia*, que *Luckardis* est dicta,

cta. Hec omnino religiositate composita & quanta apud Deum etiam deuotio flagrabat elemosinarum ipsius erogatio declarabat. Nam non solum suis exhortationibus mariti deuotionem ad meliora semper incitando, uerum etiam predia plurima de suis pecuniis empta ecclesie predicte *Sereni montis* conferebat, ex quibus sunt XVIII. mansi in uilla *Hizekindorff*, XIII. mansi in *Saltzmunde*, VI. mansi in *Vdene*, quinque mansi in *Rusedal*.

Luckardis *liberalitas in eccles. mont. Sereni.*

§. XXVII. Post fundationem & consecrationem dicti monasterii anno M.C.XXVI grauissima gwerra exorta est inter *Hinricum* marchionem iuniorem de *Yleborch* & de *Misna* & prefatum Comitem *Conradum* de *Wittin*. Nam idem marchio *Hinricus* fuit filius *Hinrici* marchionis *Senioris* filii *Dedonis* fratris *Tymonis*, ut supra dictum fuit, & sic fuit patruus *Conradi* Comitis de *Wittin*. Causam igitur gwerre & pugne inter eosdem cognatos in Cronica *Sereni montis* sic reperi.

COLLATERALES.
Bellum *inter Heinricum de Ylenborch & Conradum de Wittin.*

§. XXVIII. Accidit, ut quidam occasionem narrandi aliquod coram *Conrado* comite de *Wittin Hinrici* marchionis mentionem faciens eum cognatum suum appellasset. Comes *Conradus* cum contemptu respondit: *eum, qui filius coci, cognatum suum non esse.* Huius autem sermonis occasio talis fuit: *Hinricus* marchio senior de *Yleborch* pater huius *Hinrici* uxorem pregnantem fertur reliquisse, quod cum illa in sepultura ipsius, utero tumenti demonstrato, presentibus indicas-

Causa belli huius,

quia Conradus Heinricum coqui filium *adpellauit.*

dicaſſet, quia *Conradus* comes Marchionis mortui heres futurus erat, ſi filium non reliquiſſet, quidam *miniſterialium* eius huiusmodi rumorem diuulgauerunt, quod ipſa *plumatico* uentri alligato pregnantem ſe eſſe hoc artificio mentiretur. Quo illa cognito, die quadam uniuerſis ſui *miniſterialibus* conuocatis in medio ipſorum in loco eminenti aſtans, deuoluto ab humeris usque ad nates pallio nudam ſe oſtendit dicens, *ut ipſi ſi uere eſſet impregnata indicarent.* Poſtquam uero enixa eſt, rurſus illi talem ſparſerunt rumorem, quod feminam peperiſſet, eamque pro filio cuiusdam paupercule, que maritum habebat *cocum* & eadem hora pepererat, commutaſſet.

Conradus de Wettin capitur. §. XXIX. Hac ratione *Conradus* comes *Hinricum marchionem* coci filium appellauit. Quod uerbum uiciſſim multis ſibi referentibus ad *marchionis* cum notitiam perueniſſet, indignatione graui permotus, bellum comiti *Conrado* intulit eumque in bello captiuauit, in caſtro *Kirchberg* cuſtodie traditum *lecto ferreo* & multis malis oppreſſum detinuit. Facta ſunt hec anno Domini M. C. XXVI.
1126.
precedente anno mortuo *Hinrico* uidelicet IMPERATORE X. K. K. Iun.

Lotharius Saxo eligitur in R. Rom. §. XXX. Anno ſequenti *Lotharius Gheuehardi* comitis ducis *Saxonie* filius *Moguncie* a principibus eligebatur in REGEM ROMANORVM. Quo electo *Hinricus*, qui *Conradum* comitem captiuum detinuit, uitam finiuit. Cuius morte in caſtro *Kirchberg* nunciata, cum eam ex luctu familie *Conradus* comes captiuus intel-

intellexiſſet, perſuaſis cuſtodibus ſuis dimiſſus eſt & ad *Lotharium*, alias *Luderum*, REGEM ROMANORVM electum profectus interuentu Regine *Richcze*, cuius erat cognatus, marchiam *Misnie* dono & beneficio REGIS *Lotarii* obtinuit atque heres totius proprietatis huius marchionis, qui eum captiuauerat, una cum caſtro *Yleborch* effectus eſt, ſicque eundem nobiliſſimum comitem Deus omnipotens deiecit & melius dono Imperii marchionem *Miſſn.* erexit. Ab iſto ſiquidem *Conrado* marchione *Miſſnie* quaſi primo ſtipite genealogiam *principum Misnie* computare olym inceperunt.

Conradus *de* Wettin *obtinet marchiam Misniae.*

A quo principes Misniae.

§. XXXI. Hic inclytus princeps deuotionis fide incenſus in ſubſidium *terre ſancte* ad ſepulcrum Dominicum tranſiuit cum magna *militum ſuorum* & *miniſterialium* multitudine anno Domini M.C.XXXV. Anno denique ſequenti uidelicet M.C.XXXVI. *Lotharius* IMPERATOR magnam conuocationem & *Curiam* principum apud *Mogunciam* fecit, ad quam cum *Hinricus* filius *Wiperti* de *Grotz* & marchio de *Luſatia* ueniſſet, ibidem *Moguntie* mortuus fuit ſine heredibus & ſic marchia *Luſatie* ad IMPERATOREM extitit deuoluta.

Conaradus marchio. Eius iter in terram ſanctam. 1135.

Comitia Mogunt. 1136.

Marchia *Luſatiae uacat.*

§. XXXII. Redeunte itaque *Conrado* marchione *Miſſn.* de terra ſancta & ſepulchri dominici dono & infeudatione IMPERATORIS marchiam *Luſacie* & comitatum *Grotzenſem* & totius proprietatem ipſius *Hinrici* obtinuit, ſicque per maxime ditatus & magnificatus diuitiis & honoribus ultra omnes principes.

Quam cum Comitatu Groizenſi *obtinet Conradus e terra ſancta redux.*

Conradi march. terrae.

cipes. Nam omnem terram a fluuio *Nissa* usque ad *Thuringiam* & comitatum *Wittin*, comitatum *Brene*, comitatum *Yleborch*, comitatum *Grotz*, comitatum *Lissenick*, comitatum *Rochelitz* cum *potentia* possedit. Et sicut eundem inclytum principem Deus omnipotens bonis exterioribus sublimauerat; ita dono filiorum & filiarum feliciter fecundauit.

Eius sex filii ex Luckarda 1) Hinricus, 2) Otto, 3) Theodericus, 4) Dedo, 5) Henricus, 6) Fridericus, & sex filiae.

§. XXXIII. Nam uxor ipsius nobilissima *Luckardis* peperit eidem sex filios. Primum *Hinricum*, qui in pueritia mortuus est; secundum *Ottonem Missn.* marchionem; tertium *Theodericum* marchionem *Orientalem* de *Lusatia*; quartum *Dedonem* comitem de *Rochelitz*; quintum *Hinricum* comitem de *Wittin*; sextum *Fredericum* comitem de *Brene*. Et sex habuit filias, quarum tres in *Gerpstede* monachas fecit. Prima uocabatur *Oda*; secunda *Berta*, que fuerunt abbatisse in *Gerpstede*; tertia *Agnes* facta fuit abbatissa in *Quedelingeborch*; quarta *Gertrudis* nupsit *Palatino Reni*, que uiro defuncto Christum fecit heredem. Nam in honore beati Theodori martiris construxit monasterium in *Babenberg* sanctimonialium, ibi Deo famulantibus se socians in sancta conuersatione uitam finiuit.

Monasterium in Babinberg.

Sueno Danorum R. occisus.

§. XXXIV. Quinta filia *Adela* nupsit regi *Danorum Suenoni*, demum, occiso *Suenone* a *Danis*, uidua eius *Adela* filia *Conradi* marchionis nupsit *Alberto* marchioni *Brandenburgensi*. Sexta filia *Sophia* nupsit *Gerhardo* comiti

comiti de *Bawaria* filio sororis *Lotharii* IMPERATORIS.

§. XXXV. Anno preterea M. C. XXXVII. IMPERATOR *Lotharius* rediens de *Ytalia* apud *Breduam* uillam in *faucibus Alpium* mortuus fuit, cuius corpus in monasterium sancti Petri in *Lutter* in *Saxonia* delatum & sepultum est.

Lotharius *imp moritur.* 1137. *Sepultus in monasterio S. Petri in Lutter.*

§. XXXVI. Postquam *Cunradus* frater *Frederici* ducis *Sueuiae* anno M. C. XXXVIII. in REGEM ROMANORVM eligitur, contingit temporibus *Conradi* fieri commune *passagium* in subsidium *terre sancte* per principes *aquilonares* & *Almanie*. Et huiusmodi expeditionis in his partibus fuit *Fredericus* archiepiscopus & *sanctus Bernhardus clare uallensis* abbas Cisterciensis ordinis, fuitque cum eo Wichmannus *Magdeburgensis*, Rudolfus *Halberstadensis*, Wernerus *Monasteriensis*, Rinhardus *Merseburgensis*, Wikerus *Brand.* Anselmus *Hauelbergensis*, Hinricus *Morauiensis* episcopus, Wibolt *Corbiensis* abbas & Conradus Marchio *Missnensis* & *Lusacie*, de quo hic agitur, fuitque in eodem comitatu Albertus marchio *Brandenburgensis*, Fredericus de *Summerschenborch*, palatinus comes *Saxonie* & Hermannus *comes palatinus* frater eius cum aliis *militibus*, quorum numerus erat *LX. milia* uirorum. In alia expeditione eiusdem societatis princeps erat Albertus *Bremensis* archiepiscopus, Dithmarus *Verdensis* episcopus, Hinricus dux *Saxonie*, Conradus Dux *Burgundie*, Herilbicus *princeps nobilis* cum LX. *milibus*; item in alia parte

Conradus IV. *eligitur rex Rom.* 1138. *Commune passagium in subsidium terrae sanctae. Comitatus Conradi imp. in Palaestinam.*

Numerus expeditionis ad terram sanctam.

rex *Dacie* cum suorum *conprouincialium prouincialibus*, frater ducis *Polonorum* cum *XX. milibus*; item Lodewicus rex *Francie* cum *LX. milibus*. Hoc scripsi pro tanto, ut collegi ex cronica MONTIS SERENI, quod tot milia hominum tunc poterant comportari ex deuotione fidei, cum hodie nostri temporis pro fide contra gentiles raro uel nullus apparet propugnator strenuus. Ad stilum nostrum reuertamur.

Conradi Marchionis Misniae *uxor moritur*.

§. XXXVII. Tempore quoque medio, interim quod Conradus marchio *Misnie* & *Lusatie* fuit in *transmarinis partibus* secundario ut prescriptum est, accidit uxorem ipsius *Luckardem* nature debitum persolui & mori. Isto modo contigit, *nobilem Dominam* uenire ad MONTEM SERENVM sancti Petri ibique se *fleubotomari* fecit, sequenti seu altera die petitionem aliquam *preposito Meynhardo* porrexit, de qua illam noluit exaudire; pro qua re indignata ad monasterium *Gerpstede* ad filias suas se recepit ibique ex motu animi sui, ut fertur, langworem incurrit, ex quo defuncta XIII. kk. Iul. anno Domini

1146. M. C. XLVI. filia quoque ipsius abbatissa existens consilio *Hoyeri* Comitis de *Mannsfeld*, qui tunc aderat ibidem, *Gerpstede* fuit sepulta.

Hoyer Com. *de* Mansueld *Sepulturam eiusdem in* Gerbstede *curat*.

§. XXXVIII. Eo tempore *Conradus marchio* de marinis partibus rediens, cum in partes *Bawarie* uenisset, nunctium de morte uxoris accepit statimque ubi sepulta esset, sollicite requisiuit, quo agnito simulque, qui de eo consilium dederat comperto, grauiter ferens cum iuratione asseruit: *se eum Comitem*

tem Hoyerum de *Mannsfeld* ut ſuis manibus effoderet, compulſurum; quod ita factum eſt.

§. XXXIX. Denique cum rediſſet *marchio*, Hoyerus indignationem eius erga ſe & cauſam indignationis intelligens, nec aliter niſi reddito in corpore *marchioniſſe* gratiam eius ſe impetraturum, nocte quadam, dimidio iam anno a ſepultura transacto, *Gerbſtede* cum ſuis clam uenit perſuaſisque pecunia cuſtodibus eam effodiens tulit & *Wittin* caſtro, ubi ex condicto *marchionis* eius expectabat aduentum, adduxit, ſicque ſub ipſa nocte proſequente *marchione Conrado* in SERENVM MONTEM ſancti Petri adiecta eſt ibique ſequenti die honorifice ſepulta. Porro *marchio* in die ſepulturae eius *XVIII. manſos* ad dotem *trium altarium*, que pro monaſterio dedicanda erant, beato Petro pro requie defuncte obtulit, VI. *manſis* ſingulis altaribus deputatis.

Sed maritus Conradus marchio *corpus in mont. Ser. transfert.*

§. XL. Anno igitur M.C.LI. *Conradus marchio* abbatiam *Nimicenſem*, quam parentes ipſius fundauerunt, uidens propter tenuitatem reddituum & etiam prauitatem & ſterilitatem terre ratione ſitus non poſſe ſubſiſtere, eam auctoritate apoſtolica Eugenii Pape prepoſito monaſterii ſancti Petri ſtuduit incorporari, cuius Priuilegium ſequitur & eſt tale: EVGENIVS *epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio nobili uiro Conrado marchioni ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Litteras Nobilitatis tue benigne recepimus, & deuotionem tuam, quam erga beatum*

Conradus marchio *incorporat eccleſiam Nimicenſem Monaſterio montis Ser.* 1151. *de quo inſertum diploma pontificis Eugenii.*

Petrum & ecclesiam Dei & ex eis te habere perpendimus in Domino collaudamus. Nos ergo tuum laudabile uotum de ecclesiis, pro quibus rogasti, adimpleri uolentes, peticioni tue duximus annuendum. Vnde uenerabili fratri nostro archiepiscopo Magdeburgensi perscripta nostra mandamus, ut, secundum quod a nobis postulasti, studeat hoc effectui mancipare. Preterea dilectum filium nostrum ac prepositum Misnensem & Canonicos suos habeas propensius commendatos, ut eos a prauorum hominum incursibus defendas atque in suis oportunitatibus iuues & manu teneas. Datum Tusculani V. nonas martii. Hec interserere libuit, ut defensio *Misnensis* ecclesie doceatur ad marchiones pertinere etiam auctoritate apostolica.

Datum Tusculani 5. Non. Mart.

§. XLI. Anno Domini M. C. LII. *Conradus* IMPERATOR obiit, cui successit *Fredericus* Dux *Sueuie*, qui Fredericus anno ex post tertio ab uxore sua propter notam adulterii auctoritate PAPE a thoro cum ea diuortiatus est.

Conradus *imp. moritur.* 1152. Fridericus I. *rex Rom. eius diuortium.*

§. XLII. Anno denique M. C. LVI. Conradus *misnensis & orientalis marchio* gratia diuina se preueniente incertitudine uite sue considerans timensque ne, si labenti mundo diu inherere uoluisset, ipse quoque simul ad lapsum traheretur, ipsum mundum relinquere & monasterium petere stabili secum proposito diffiniuit. Volens autem ecclesie *sereni montis*, ad quam anhelabat, quam iam sufficienter, prout opportunum fuerat, locupletauerat, etiam in futurum prospicere,

Conradus marchio Misn. *monasterium ingreditur* 1156.

eiusque dispositio paterna inter liberos,

eere, *Wichmanno* archiepiſcopo filio ſororis ſue *Mechtildis* ac *Alberto* marchioni *Brandenburgenſi* genero ſuo, filiis etiam ſuis omnibus multisque aliis eccleſiaſticis & ſecularibus uiris, *nobilibus* & *miniſterialibus* accerſitis ad locum uenit, ut in eorum preſentia, quod intenderat, conſumaret. Timens igitur ne poſt mortem ſuam lites & contentiones inter filios de principatu fierent, diuiſit eis terras cum adhuc uiueret.

praeſentibus multis eccleſiaſticis & ſecularibus uiris nobilibus & miniſterialibus.

§. XLIII. Nam *Ottoni* tamquam *Seniori* marchiam *Miſnenſem*, *Theoderico* marchiam *Luſacie*, *Dedoni* comitatum *Rochelitz*, que eſt terra *Pliſnenſis ſiue Orientalis* dicitur, *Hinrico* Comitatum *Wittin*, *Frederico* Comitatum *Brene* diſtribuit. Poſt hec itaque poſſeſſiones quascunque uel ipſe uel uxor eius loco contulerant, per manus filiorum ſuorum, uidelicet *Ottonis* marchionis *Miſſnie*, Theoderici marchionis *orientalis* ſcilicet *Luſacie*, Hinrici Comitis de *Wittin*, Dedonis Comitis de *Rogelitz*, Frederici Comitis de *Brene* offerri fecit, ne aliqua de hiis poſt mortem ſuam queſtio naſceretur. Eſt autem quantitas harum poſſeſſionum C. LXXX. *tres manſi* & *dimidius*, exceptis hiis, que ad *Nymicenſem* abbatiam unitam ipſis pertinent, quorum numerus eſt LXX. & *dimidius* exceptis ſiluis & uinetis. Deinde ſeniorem filiorum uel heredum quemlibet ſuorum ſeniorem in poſteritate aduocatum loci ordinauit & quod omnes ſecum ſepulturam habere deberent.

Diuiſio terrarum Conradi march. inter filios.

Liberalitas erga monaſt. montis Ser.

§. XLIV.

hic Conradus efficitur monachus Sereni montis.

§. XLIV. Hiis itaque dispositis coram altari beati Petri *ueteris hominis uestibus* exutis & regularis uite habitu per manus archiepiscopi uestitus uoluntariam paupertatem pro amore Christi amplexus est cum magno fauore presentium, quibus etiam uberrimas deuotio lacrimas extorquebat, quod tantam in uiro tali mutationem uidebant, in quo uidelicet diuina misericordia sensum omnem supergrediens luce clarius apparebat.

§. XLV. Tunc deinde tyro Christi filios suos aduocat ecclesiamque suam, cuius iam membrum esfectus fuerat, attentius gratie ipsorum commendat, ut ei tamquam in qua patrem suum & matrem siue uiuentem seu mortuum haberi scirent, & in qua & ipsi requieturi essent opem suam ubique pretendere non dissimularent. Hec acta sunt in die beati Andree apostoli, quo die nemus siue siluam in *orientali* parte monasterii sitam & adiacentem extremam suam oblationem beato Petro obtulit. Vixit autem post conuersionem suam solum mensibus duobus & diebus quinque mortuusque *nonas Februarii* anno uite sue LIX. sepultusque est a *Wichmanno* archiepiscopo Magdeburgensi filio sororis sue in medio ecclesie, ubi in dextro eius uxor est, & preterea in eodem latere *Mechtildis* soror eius mater archiepiscopi *Wichmanni*, qui fuit filius *Geronis* marchionis tunc *Bawarie*, ut supra dictum fuit, cuius exequiis interfuerunt *Albertus* marchio *Brandenburgensis*, qui eius

eius mors aet. 59.

Ortus Wichmanni archiepiscopi.

habuit

habuit filiam, & *Hermannus* filius Alberti & *Walo Hauelbergensis* episcopus & omnes filii sui, preterquam *Otto* marchio *Misnensis*, qui aliis prepeditus interesse non potuit.

Decimus stipes.

§. XLVI. *Otto* marchio *Misnensis* filius Conradi recipit uxorem Hedwigem filiam Alberti marchionis *Saxonie*. Hic Otto tanquam senior aduocatiam monasterii in *monte sereno* obtinuit atque fidelissime a cunctis hostibus protexit, qui tandem diuina inspiratione compunctus, cum ei *Cisterciensis ordinis* institutio innotuisset, ratus est congregationem in suo dominio *Missne* dicti ordinis institutionem se habere, sic monasterium *Portense*, *Nuenburgensis* Dyocesis adiit ibique fratres eiusdem ordinis impetrauit, atque in monasterio *Cellensi*, quod propriis sumptibus solenniter fundauit atque multis prediis dotauit, instituit.

Conradi *filius primogenitus* Otto *succedit in marchia Misnensi. eius uxor.* Ordo Cistercienfis *monasterium* Portense.

§. XLVII. Causam uero secundariam institutionis in chronica *sereni montis* sic reperi: cum enim uxor *Ottonis* marchionis *Hedwigis* in monasterio *sancti Petri Sereni montis* quadam nocte pernoctaret, inter colloquia, que habuit cum fratribus, precipit aduocatiam ad seniorem de stirpe fundatoris pertinere debere. Rediens ad maritum Ottonem marchionem, *mirari se* dixit, *cur ecclesie illi tanto tempore prodesse conaretur, cum filii eius ius aduocatie in ea habituri non essent, ut rectum sibi potius uideri, ut ecclesiam propriam ipse construeret, in qua tam ipsi quam heredibus suis ius dominationis in perpetuum seruaretur.*

Aduocatia *ad Seniorem de stirpe fundatoris pertinet.*

§. XLVIII.

Ecclesiae Cellensis fundatio 1175.

§. XLVIII. Hac occasione ecclesia *Cellensis* fundata est M. C. LXXV. *VI. kk. Iun.* Hic siquidem Otto marchio *Misnensis* inter ceteras uillas & loca, que dicto monasterio contulerat, contulit & uillam & locum, ubi nunc *Fryberg* ciuitas & *fodina argenti* sita est, ubi ex post non multo tempore dominus omnipotens aperuit sibi uenas argenti in loco predicto, habundantius ipsum etiam in temporalibus remunerando & suos heredes, quam ipsi monasterio predicto contulerant, ere argenti in fundo ecclesie & monasterii reperto pro ipso fundo *Fribergensi* oppidum suum *Ruswin* in cambium ecclesie in ius & proprietatem perpetue donauit, prout hoc in priuilegiis fundationis & donationis *Cellensis ecclesie* plenius continetur.

Fodina argenti *inuenitur circa* Friberg.

Ruswin *oppidum ecclesiae Cellensi donatum.*

Vrbes Freyberg, Leipzig, Eisenberg, *muris circumdatae.*

Castrum Weissenfels.

Fundatio ecclesiae B. Virg. Iam Buch appellatur. Liszenitz.

Ein lebn.

§. XLIX. Sicque prefatus princeps per maxime ditatus ciuitatem *Friberg* & *Lipzik* & *Ysenberg* muris firmis circumdedit; castrum etiam *Wissenfels* cum omni iurisdictione acquisiuit, multa predia pluribus ecclesiis & monasteriis donauit. Inter cetera uolens etiam monasterium ad conuentum fundare canonicorum regularium, sicut pater suus fecerat, una cum fratre suo Dedone Comite de *Rochlitz* ecclesiam *beate Virginis* circa littus fluuii *Mildam* prope *Liszenitz*, que ecclesia *Owa* claustri hodie nuncupatur, fundauit optimumque a loci Dyocesano *Nuenburgensi* episcopo remissionem decimarum in sexaginta noualibus, que uulgariter *eyn Lehn* dicitur, quod alias est *mansus*, que noualia cum pratis & siluis dicte

ᵭe ecclesie una cum fratre suo Dedone donauit atque ab IMPERATORE *Frederico* confirmationem obtinuit, prout hec clare in imperiali suo cum *sigillo maiestatis*, quod habetur in monasterio *sancti Maurici* prope *Nuenborch*, ad quam ecclesiam hodie dicta prepositura *Owa* claustri dinoscitur pertinere, quod quidem priuilegium sepius uidi ac coram principibus modernis produxi, eiusdem copiam translatam in uulgari tradendo. *Monasterium S. Mauritii prope Nuenbòrch. Claustrum* Owa.

§. L. Et sicut patrem suum *Conradum*, ut supra dictum est, DEus in temporalibus ditauerat & prole plurima fecundauit; sic & suum filium *Ottonem* presentem. Nam ex coniuge sua genuit duos filios *Albertum* & *Theodericum* & duas filias *Adelam* & *Sophiam*. Sophia nupsit Burggrauio de *Reynsborg*; Adelam duxit *Odackarus*, qui postea fuit Dux *Bohemie*, qui genuit ex ea filium *Bredizlaum* & filias tres, quarum una nupsit Regi *Dacie*, alia Hinrico Comiti de *Ortinberg*, tertia canonizata est in *Gerenrode* & uocatur *Gernirode* a GERONE olim marchione dicto GERO fundatore, ubi habetur brachium sancti *Ciriaci* martiris, quod papa sibi donauit. Hec *Adela* cum *Odackaro* ex post *diuorciata* est propter notam consangwinitatis, & de ista ita loquitur *Decretalis constit. secunda de testibus*. *Ottonis marchionis liberi, duo filii, duae filiae,* 1) Albertus, 2) Theodericus 3) Sophia. 4) Adela. Gernrode *unde nomen habeat?*

§. LI. Orta est demum anno Domini M.C.LXXXII. magna discordia inter *Lodewicum* alias Lantgrauium Comitem *Thuringie* & *Ottonem* marchionem *Miss.* Ita quod prefatus Lodewicus Ottonem marchionem capti- *Lodewicus cepit* Ottonem marchionem. 1182.

captiuauit. Sed quia hic mediante iniusto bello, ideo precepto Frederici IMPERATORIS relaxatus est. Tandem seminator discordiarum Dyabolus bellum intestinum inter ipsum *Ottonem* marchionem & *Albertum* filium suum seminauit, ita, quod filius precepti Decalogi inmemor manum suam uiolentam in patrem extendit ipsumque captiuauit & in Castro *Delbin* custodie mancipauit anno M. C. LXXXIIX.

Ottonis discordia cum filio Alberto. *Qui patrem captiuum ducit. Castrum Delbin.* 1188.

§. LII. Causam autem huiusmodi captiuationis in cronica *Sereni montis* sic reperi: cum Otto marchio esset pater duorum filiorum Alberti & Theoderici, Albertum qui maior natu erat, post se marchionem *Missn.* ordinauerat, Theoderico fratri iuniori sufficientibus aliis castris & terris & presertim castrum *Wissenfels* assignatis. Mater uero Hedewigis plus iuniorem diligens marito persuadere concita est, ut *feodia*, que meliora habebat, ipsi assignaret, ad postremum etiam, ut testamento mutato ordinationem de seniore factam in iuniorem transferret, quod cum marchio inclinatus facere intenderet, hoc comperto senior filius consilio, ut fertur, *Bernhardi Saxonie* Ducis auunculi sui & aliorum quorundam amicorum fideliumque suorum patrem in castro suo *Delbin* detinuit testamenti sui prioris ab eo exigens confirmationem deputatisque ei custodibus, quorum unus fuit Conradus Comes filius Dedonis de *Rochlitz* fratris Ottonis, unde presumptum est, ipsum Dedonem fratrem suum captiuationis eius conscium fuisse.

Causa discordiae, testamenti paterni mutatio in fauorem filii iunioris.

Bernhardus D. Sax.

§. LIII.

§. LIII. IMPERATOR itaque rem gestam audiens grauiter accepit certumque erat, quod morte Alberti factum uindicaturus fuisset, nisi eum peregrinationis sue promouende intentio prohibuisset. Missa tamen legatione ei sub obtentu gracie sue precepit, ut patrem a captiuitate relaxaret, monens etiam patrem, ut dissimulato dolore in gratiam filium suum reuocaret, filio suo *Hinrico* dictus imperator commisit sollicite ne facti detestandi negligeret ultionem, sicque marchio solutus est, thesauris suis, quos plurimos habebat, a filio ex parte iam maxima deuastatis. *Albertus patrem liberum dimittere iussus ab* imperatore.

§. LIV. Pater uero filii nephas grauissime ferens se omnino uindicare disponens, ortum est intestinum bellum grauissimum inter patrem & filium, ita quod nunquam ex post pater hanc iniuriam filio ex toto remisisset, sed usque ad finem uite sue durauit, licet imperator eosdem concordauerat, & sic fertur mortuus fuisse ex post anno sequenti anno Domini puta M. C. LXXXIX. XII. K. Mart. *Bellum intestinum inter* patrem & filium. Ottonis marchionis *mors.* 1189.

§. LV. Primus quoque filiorum suorum contra fidem patri datam uidelicet ut in ecclesia *Sereni montis* omnes ei consepelirentur, in ecclesia ordinis *Cisterciensis*, cuius fundator extiterit, que *cella uetera* dicitur, est sepultus. Sed ne calumpniandi de fide patri prestita aliqui habebant materiam, dico, quod uoti fractor non est, qui illud in aliud melius commutat. Sed prefatus inclytus princeps marchio locum magis re- *Sepelitur non in* Sereno monte, *uti iusserat, sed in* ecclesia Celensi.

ligiosum & solempnius paterno monasterio fundatum eligendo, promissum non uiolauit uotum, sed potius adimpleuit.

Albertus marchio, *pecuniam a patre depositam in cella repetit,*

§. LVI. ALBERTVS marchio filius Ottonis audito, quod pater suus partem pecunie in *cella* repositam moriens dimisisset, ad locum uenit pecuniamque ipsam a monachis exegit. Erant autem *marce argenti tria milia* de iustis omnimodo prouentibus & que nichil iniquitatis mammone admixtum habebant, estimo quod de *Friberg* uenissent, quas marchio pro remedio anime sue ecclesiis Dei deputauerat distribuendas. Monachi uero responderunt se depositum illud, quod predictum est, conseruandum in fide suscepisse, nec posse id tradere ad aliud quodlibet inde faciendum, quoniam potius cum ipso ad eius asilum uelle confugere, cuius erat pecunia custodie deputata. Hoc dicto pecunia tota in altari Dei genitricis reposita euentum rei solliciti expectabant. Marchio uero neglecta tanti custodis reuerentia ablatis omnibus discessit, nec mirum, dicit cronica *Sereni montis*, si mortuo patre uiolentus exstiterat, quod uiuum non timeret captiuare. Nec etiam fratri pepercit, sed in bonis patris illius uiolentus existens paulatimque eum a castris, que ipsorum erant communia, excludens exheredare eum modis omnibus conabatur.

quam monachi reddere detrectant.

Alberti marchionis Misn. odium erga fratrem,

§. LVII. Mortuo itaque Ottone marchione *Albertus* filius eius marchiam *Missn.* obtinuit, fratrem suum *Theodericum* comitem de *Wissenfels* persequi cepit, eum omnino omni-

omnibus suis bonis priuare si potuisset uoluit. Theodericus tali siquidem uiolentia fratris sui dudum quasi triennio & amplius pressus pro auxilio petendo ad *Hermannum Thuringie* Lantgrauium se contulit, quod ille aliquamdiu suspendit, dicens se, ut marchioni Alberto bellum inferret, occasionem ydoneam non habere. Habebat autem filiam iam nubilem, comite uero petitionem sepius iterante, Lantgrauius de consilio suorum respondit, si gener eius fieri uellet, se ei omnibus modis succursurum; quod ille quidem primo, quia puella oculis eius propter sui difformitatem displicebat, rennuit; sed tandem necessitate coactus consensit coniugioque facto ex hinc auxilio Lantgrauii fratri cepit superior apparere.

qui Hermanni landgr. Thur. auxilium implorat,

quod promittitur, si filiam landgrauii duceret in uxorem.

§. LVIII. Demum cum marchio *Albertus* contra fratrem & castrum *Wissenfels* in loco uicino, qui *Sibotinberg* dicitur, nouum castrum construeret, comes *Theodericus* superueniens ipsum fugauit, plures ex militibus suis captiuauit. Cum itaque iam manifeste *Lantgrauius Hermannus* marchionem *Albertum* appeteret in inimiciciis; ille marchio in loco *Reneninge* dicitur militibus collectis ipse se hostem ostendere. Thuringis modis omnibus intendebat, cuius conatum Lantgrauius anticipans castra eius cum suis improuisus irrupit turbatisque omnibus, qui circa ipsum erant, eos ad fugam coegit non paucis eorum, licet aliquamdiu uiriliter restiterint, captiuatis, marchio uero uix cum tribus uel quatuor sociis fugiens

Albertus marchio a fratre fugatur,

item a landgr. Thur. Hermanno.

ad *montem Serenum sancti Petri* peruenit, quorum equi horrendis uulneribus debilitati signa certaminis ostendebant.

Albertus marchio in fuga cappa claustrali *indutus.*

§. LIX. *Waltherus* tunc prepositus ibidem alios equos eis procurans ipsum marchionem cappa claustralis persone indutum aliquanto uie spatio *Liptzik* tendentem prosecutus est. Verum licet marchio Albertus hiis aduersis nichil a sua magnanimitate alteratus reparandi bellum firmum haberet propositum, non parum tamen IMPERATORIS, de qua erga se certus erat, dehortabatur indignatio, cuius *ministeriales* speciali bello eum iam appetere disponebant, quia tunc necessarium credens si id efficere posset, imperatoris primo gratiam impetrare ad partes *transalpinas Italie,* ubi tunc imperator constitutus erat, profectus est, frater uero eius *Theodericus* ad *terram sanctam* peregrinatus est.

Albertus marchio imperatorem sibi iratum uidens ob bella mota, proficiscitur in Italiam.

§. LX. Sed cum marchio *Albertus* ad IMPERATOREM uenisset, non solum recuperande gratie omnimodam habuit resistentiam & difficultatem, uerum etiam uite sue periculum impendere cognouit. Quare suis omnibus apud imperatorem relictis, uno tantum comite sumpto, fuga quidem propter insidias imperatoris difficili usus, ad propria reuersus: Recogitans itaque in animo suo, quod cum nulla est nisi ardua uirtus, ipsi etiam imperatori, si necesse esset, repugnare disposuit, munitiones & castra sua omnino non curauit destrui.

Sed de gratia imper. recuperanda desperans contra ipsum imperatorem sese defendere audet.

§. LXI.

§. LXI. Poſtquam *Liptzik* & *Chamborch* & *Misniam* ſtuduit armis & uictualibus contra imperatorem premunire. Certumque fuiſſet prime *orientali Miſſn. & Pliſſenenſi* cladem per maximam procuratam fuiſſe, ſi non eum uite terminus preueniſſet. Eodem itaque anno M.C.XCV. *Albertus* marchio ueneno, ut fertur, a quodam *familiarium* ſuorum *Hugoldo* nomine ſumpto egritudinem incurrit. De *Friberge* uero, ubi egrotare cepit, *Miſſenam* feſtinans cum nec equo nec curru propter morbum uehementiorem uehi poſſet, a uiris in geſtario ad hoc ipſum compoſito portabatur. Verum emenſo unius miliaris ſpatio ingraueſcente moleſtia etiam portari non ſufferens in uilla quadam *Hinrichsdorff* depoſitus ibique defunctus, VIII. kk. Iulii, ut in cronica Sereni montis hec omnia clare habentur, ſepultuſque eſt in cella iuxta patrem ſuum, uxor uero eius *Sophia* filia ducis *Bohemie* fratris *Odockari* ex poſt infra XXX. dies eodem ueneno extincta eſt.

Eius mors 1195.

quem uxor ſequitur 30. dies poſt.

§. LXII. Hic *Albertus* nullum reliquit filium, ſed filiam habuit, quam duxit *Hermannus* de *Lodeborg* in uxorem. Sicque Albertus digno Dei iudicio punitus & pignore heredis iuſte deſtitutus, iuxta ſententiam ueritatis: honora patrem & matrem, ut ſis longeuus, ſaltem in generatione ſua ſuper terram merito poſteritas ceſſauit.

§. LXIII. Viſum eſt iam de factis & geſtis Ottonis marchionis filii Conradi qui eſt prothus & ſtipes principum noſtrorum, Friderici & Wilhelmi fratrum & Friderici eorum

Collaterales Ottonis.

De Theoderico fratre Ottonis.
Eius uxor Dobergena. *castrum Landisberg aedificat, condit oppidum Schildou. Monasterium Dobirlug aedificatur.*

rum patrem marchionem *Missn.* & *Thuringie* lantgrauiorum, nunc de eius fratribus tamquam collateralibus est uidendum, & primo de *Theoderico* marchione *Lusatie* & marchione de *Yleborch*. Hic Theodericus frater Ottonis accepit uxorem sororem *Mestonis* ducis *Polonie Dobergenam* nomine, que & *Luckard* uocabatur. Hic Theodericus primo edificauit castrum *Landisberg*, fundauit ciuitatem *Schildou*, fundauit monasterium Cisterciensis ordinis solempne & diues in *Dobirlug* imitatus in hoc fratrem suum Ottonem, qui *cellam ueterem* fundauerat.

Theoderici marchionis laudes.

§. LXIV. Hic marchio uir prudens & strenuus potens & diues parrochiam in *Yleborg* cum capella castri monasterio sancti Petri donauit. Item capellam in castro *Landisberg* una cum castro edificari fecit. In curia imperatoris Friderici de principalioribus consiliariis fuit, nam una dierum cum imperator *Fredericus* cum *Alexandro* papa fuisset concordatus *Venetiis* ante ecclesiam beati Marci imperator in presentia multorum archiepiscoporum, principum & aliorum infinita multitudine ad osculum pacis per papam recipi debuisset, & hic dies reconciliationis solempniter celebraretur ibidem a clero & populo.

Imperator Fridericus, & Alexander P. R. reconciliati.

§. LXV. Huius autem concordie reformande pacis cooperator fuit Wichmannus archiepiscopus *Magdeburgensis* filius sororis Conradi patris Theoderici marchionis & ipse

ipſe Theodericus, qui induſtria ſua animoſitatem imperatoris ad tantam manſuetudinem deduxerant, ut in condempnationem erroris ſui coram ſummi pontificis pedibus proſterneretur. Fertur autem, quod cum ſubleuandi eum papa moram faceret *Theodericus Orientalis* marchio, qui aderat cum imperatore, quaſi cum indignatione & querela & redargutione exclamauerat, *cur imperialem dignitatem tante iniurie ſubieciſſet?* Papa uero Ydeoma theutonicum non intelligens inquiſiuit, *quid diceret Almanus*, quod cum didiciſſet, feſtinus accedens imperatorem ſubleuauit ad oſculum ſuum erexit. Facta ſunt hec anno M. C. LXXVII. in uigilia beati Iacobi apoſtoli.

Theodoricus aegre fert imperatoris ſubiectionem papae factam.

1177.

§. LXVI. Genuit preterea Theodericus filium CONRADVM nomine & filiam nomine GERDRVDEM, quam *Gerpſtede* monacham fecit. Preterea filius Conradus anno Domini M. C. LXXVI. ad torneamentum ad Auſtriam equitauit, ubi ictu lancee perfoſſus interiit XV. k. k. Decembris.

Conradus moritur in torneamento in Auſtria.

1176.

§. LXVII. Tantum autem idem Ludus peſtifer in partibus noſtris tunc inoleuerat, ut infra unum annum ſedecim milites referuntur periiſſe. Pro qua re Wichmannus archiepiſcopus omnes eius frequentatores cum ſuffraganeis ſuis excommunicationis uinculo innodauit. Comperta autem prefati Comitis morte tunc in Auſtrie partibus conſtituto miſſis nunctiis eum a ſepultura eccleſiaſtica fecit prohiberi.

Torneamentorum frequentatores excommunicati

& Conradus ſepeliri prohibetur.

§. LXVIII. Tempore quoque proceden-

te, cum archiepiſcopus idem conuocatis *ſuffraganeis* ſuis cum magno cleri frequentia in eccleſia *Hallenſi* conuentum haberet, pater occiſi ſcilicet Theodericus marchio & fratres eius uidelicet Otto *Miſſn.* marchio, Dedo Comes de *Rochelitz*, Hinricus Comes de *Wittin*, Fredericus Comes de *Brene* cum multis *nobilibus uiris* & *miniſterialibus* aduenientes pedibus archiepiſcopi & totius Cleri cum lacrimis prouoluuntur poſtulantes, ut occiſo communionem concederent fidelium ſepulture aſſerentes conſtanter, eum ante finem ſuum penitentem & abſolutum communionem Dominici corporis meruiſſe. Cum enim idem moriturus uulnere debilitatus iaceret, contigit ſacerdotem quendam religioſum tranſire, qui petentibus amicis eius ad uulneratum accedens, magna ab ipſo inſtantia rogatus eſt, ut penitentiam eius & confeſſionem admitteret & a uinculo excommunicationis eum abſolueret, fideliter promittens, ſi diuina miſericordia uite ſpatium largiretur, nunquam ſe de cetero tali cauſa excommunicationis ſententiam merituram, quin potius & de his & de aliis ſuis peccatis DEum ſibi modis omnibus placaturum. Super his autem ad militandum DEo cruce ſignari deuote petiuit, ut eius contritio manifeſtius apparet. Sacerdos uero ille cordis in eo contriti ſigna percipiens confeſſione eius audita & penitentia iniuncta ab excommunicationis nodo eum exſoluit. Sicque reconciliatum dominici corporis participem faciens, ſicut petierat, cruce ſignauit, qui-

Conuentus Hallenſis ab archiep. Magd. habitus cum ſuffraganeis; adſunt n. archio Misn. comites de Rochliz, Wettin, cum nobilibus uiris & miniſterialibus petentes ut Conradum ſepeliri permitteretur

& ut ab excommunicatione liberaretur.

quibus peractis ex post modico tempore defunctus est.

§. LXIX. Cum itaque principes predicti coram archiepiscopo eorum cognato, quia filius sororis patris ipsorum fuit, & clero hoc assererent, sacerdos horum omnium executor, cum presens esset, iuramento hoc confirmare, ut nulla remaneret dubietas, rogabatur, quod ille clariter adimpleuit. Ipsi preterea principes predicti exigente hoc ab eis archiepiscopo in *reliquiis iurauerunt* a *torneamento* perpetuo abstinere, nec usquam in omni ditione sua huiusmodi exercitium permittere *hominesque* suos & *ministeriales* ab eo modis omnibus cohercere. Sicque demum archiepiscopus mortuo sepulturam concessit, salua tamen sedis Apostolice auctoritate. Vnde factum est, ut tamdiu sepultura careret, donec unus *militum* familiaris eius *Wernerus* nomine consensum de hoc summi Pontificis reportaret, qui etiam *transmarinam* peregrinationem pro ipso postmodum pergens fidelem se ei manifestis indiciis declarabat sepultusque fuit in *Sereno monte* XV. k. k. Febr. ante introitum ecclesie maioris ad occidentalem partem ecclesie. Iuxta quam ecclesiam postea predictus Wernerus miles suus requiescit. Obtulit preterea *Theodericus marchio* pro annua filii sui X. *mansos* in uilla, que *Marggguendorp* dicitur.

Iuramentum in reliquiis.

Consensu pontificis impetrato

Conradus sepelitur tandem.

§. LXX. *Theodericus* itaque herili pignore sic priuatus dudum post separatus fuit cum uxore sua *Dobergena*. Sed illa adhuc uiuen-

Theoderici marchionis uxor Dobergena.

2\. Konegunda *de Plötzke.* uiuente aliam quasi super induxisse fertur uxorem scilicet *Konegundam* nomine relictam *Bernhardi* Comitis de *Plotzke*, ex qua genuit *Theodericum* Merseburgensem episcopum.

Henricus VI. electus rex Rom. 1183. §. LXXI. Anno igitur M. C. LXXXIII. in festo penthecostes, IMPERATOR *Fredericus* filium suum *Hinricum* REGEM fecit, ubi multis principibus conuocatis affuit inter eos & *Theodericus marchio* filius *Conradi*, qui *Moguntia.* ibidem *Moguntie* egritudinem incurrebat, qua longo tempore detentus est, in uigilia uero beati Thome ex post in *montem Serenum* de castro suo *Landisberg* uicino uel de *Theodoricus marchio moritur.* *Yleborg* adductus in infirmatorio claustro decumbens ingrauescente molestia v. Id. Febr. defunctus est ibidemque sepultus fuit in dextra *Frederici* sui fratris Comitis de *Brene*. Post patrem eorum ad occidentem sepelierunt eum fratres sui *Otto Missn.* marchio & *Dedo* Comes de *Rochelitz*.

Eius legata ad pias causas. §. LXXII. Dedit preterea idem *Theodericus* in extremis ecclesie *Sereni montis* uineam in *Bodegintz*, que *marchionis* uocatur. Dedit etiam beato Petro *Dossale* magnum & duas *Marcas* cum dimidia *puri auri*, ad opus unius calicis, qui postmodum obligatus inter Iudeos furatus fuit in *Hallis*. Dederunt post testamento preterea heredes sui *Otto* & *Dedo* fratres LX. *marcas argenti* pro trium *talentorum* reddituum comparatione pro anniuersario ipsius, *Otto marchio* suas XXX. *marcas* statim persoluit, sed *Dedo* XXX. *marcas* relaxauit de pretio uille *Kokere*

quam

quam uillam ab ecclesia *Pigauiensi* redemerat.

§. LXXIII. Mortuo *Theoderico* sine filio legitimo tota eius hereditas uidelicet *Marchia Lusatie, Yleborg, Landisberg*, &c. *Ottonem* marchionem *Missn.* & ad *Dedonem* fratrem eius translata, sed marchiam *Lusatie* IMPERATOR *Fredericus* aliquamdiu tenuit. Sed *Dedo* Comes pro *quatuor milibus marcarum* ipsam ab IMPERATORE redemit.

Sine legitimo herede mortui Theodorici *terrarum heredes.*

Marchia Lusatiae a Dedone de Rochliz adquiritur.

§. LXXIV. *Dedo* Comes de *Rochelitz* proauus sancte *Elizabeth* & auus sancte *Hedwigis* frater *Ottonis* marchionis *Miss.* filius tertius *Conradi marchionis* accepit uxorem *Mechtildem* filiam *Goswini* Comitis de *Hinrichsberg* sororem *Philippi Coloniensis* archiepiscopi, ex qua genuit *Theodericum* maioris ecclesie *Magdeburgensis* prepositum, postea Comes de *Sommerschenborg* & *Grotz*; item genuit *Philippum Santensem* prepositum. Item genuit *Goswinum* & *Hinricum* qui in iuuentute mortui sunt, item genuit *Conradum marchionem*, qui successit sibi in *Lusatia*, genuit preterea filiam *Agnetam*, que nupsit *Bartoldo* Duci de *Meran*, qui genuit ex ea filios *Ottonem Ducem* de *Meran* & *marchionem* de *Ostirrich*, qui etiam de *Andasse* dicebatur, & *Eckehardum Babenbergensem* episcopum & Bartoldum patriarcham *Aquileyensem*. Item genuit tres filias, quarum una nupsit Regi *Francie Philippo*, alia Regi *Hungarie*, que fuit mater sancte *Elizabeth*, tertia Duci *Slesie Hinrico*, quae fuit & est sancta *Hedwigis*.

De Dedone fratre Ottonis *Dedonis eiusdem consanguinei & uxor & liberi.*

De sancta Elizabeth & de sancta Hedwig.

Theodericus *com. de* Sommerschenburg *& de* Groiz.

Bertoldus D. de Meran huiusque filii.

LXXV.

Dedo fundat monasterium

§. LXXV. Hic siquidem *Dedo* patrem suum *Conradum* imitatus monasterium solempne canonicorum regularium fundauit in *Schillam*, quod hodie possident fratres Ordinis militarium de *Domo-Theutunica*. Dedicatum fuit hoc monasterium anno Domini

1174. M.C.LXXIV. Accepit autem primos Canonicos & fratres de *Sereno monte* & *primus prepositus Theodericus* fuit.

Quod postea ad ordin. Teut. deuenit & quomodo.

§. LXXVI. Quomodo autem istud monasterium deuenit ad *Cruciferos* plena de hoc habetur hystoria longa apud sanctum *Thomam* in *Liptzik*, quam ibidem perlegi, & ut aliquis sciat. *Fratres nobiles, quidem nobiles genere & sanguine, sed ignobiles moribus prepositum eorum uno pede cum gladio mutilarunt, ac ita inordinate uixerunt, quod eisdem per aduocatos marchionum Missn. repulsis, & exclusis ipsis cruciferis magna dona donantibus locum taliter qualiter obtinuerunt*, & ut in superioribus dictum fuit, quod DEDO frater patris sui Conradi marchionis habuit uxorem *Bertam* filiam *Viperti* Comitis & *Marchionis* de *Grotz*, ex qua non habuit filium, hunc *Dedonem* de *Rochelitz* adoptauit in filium, & pro tanto mortuo *Hinrico* filio *Wiperti* de *Groszick* & marchione *Lusatie Grosick* castrum cum suis pertinentiis dedit *Dedoni* de *Rochelitz* & sic primo uenit ad Genealogiam marchionum *Missn.* castrum predictum aduocatia *Pigauiensis*.

Dedo de Rochliz adoptatur. Castrum Grosick.

§. LXXVII. *Theodericus* autem filius *Dedonis* duxit uxorem *Mechtildam* filiam *Lodewici* Comitis de *Thuringia* genuitque ex ea

filiam

filiam *Agnem* mortuusque anno Domini M.CC. VII sine filiis & sic ad fratrem suum 1207.
Conradum tota sua hereditas deuenit. Hic *Theodericus marchio primus* fuit *Comes palatinus* & *hereditario iure* fertur ab IMPERATORE ad hoc priuilegiatus, ut in fundatione *Gozazensis* monasterii recolo me legisse, & ex post marchionem *missn.* semper asscripserunt sibi istum titulum, puta MARCHIONES MISSN. & COMITES PALATINI uel a castro *Grosztzik* & *Sommerschenborg*, sed utrumque hodie est destructum.

Mors Theoderici filii Dedonis. Primus palatinus Sax. hereditar.

§. LXXVIII. *Conradus* siquidem marchio *Lusatie* filius *Dedonis* de *Rochelitz* frater *Theoderici* accepit uxorem *Elizabeth* filiam *Mistonis* Ducis *Ladislai Polonie* uiduam *Zobislai* Ducis *Bohemie*, genuit ex ea filium, qui puer obiit, filias duas, *Mechtildam*, quam duxit *Albertus marchio Brandenburgensis* & *Agnetam*, quam duxit *Hinricus Comes palatinus Reni*, frater *Ottonis* IMPERATORIS *quarti*.

Conradus marchio Lusatiae, eius uxor.

§. LXXIX. Hic *Conradus Orientalis* marchio a socero suo *Ladislao* multa grauamina passus fuit, idcirco castrum & oppidum *Lubus* soceri sui *Ladislai* cum exercitu obsedit. *Ladislaus* uero obsidionem soluere uolens collecto exercitu copioso marchioni mandauit, secum crastino die congressurum. Vespere autem diei precedentis *Oderam* fluuium cum omnibus est transgressus, inprouisus hostibus superuenire moliebatur. Vnus uero eorum, qui *superani* dicuntur, uehementer ei cepit obsistere monens ne tempus pugne statutum preueniret, quia hoc

Bellum eius cum Ladislao. Lubus obsidetur.

hoc factum nullius quam infidelitatis posset nomine *recaus* appellari, quem cum timiditatis causa dux argueret & fidelitatis iuramento, quo ei teneretur, commoneret, respondit: *Ego quidem ad pugnam pergo, sed scio, me patriam meam de cetero non uisurum.*

Phitonissa *cum aqua in cribro.* Habebat autem ducem belli *Phitonissam* quandam, que de flumine cribro haustam aquam nec defluentem deferentem exercitum precedebat, & hoc signo eis uictoriam promittebat.

Ladislaus fugatur. §. LXXX. Nec latuit marchionem aduentus eorum, sed mature suis armatis & ordinatis accurrens forti congressu omnes in fugam conuertit, *Phitonissa* primitus interfecta. Ille etiam *superanus* uiriliter pugnans cum multis aliis interfectus est, & nisi hora tardior fugientibus presidium contulisset, cruentam uictoriam fieri contigisset, multi tamen ex eis, cum fugerent mersi sunt in paludibus. *Castrum Lubus capitur.* Marchio post uictoriam reuersus castrum cepit tutoribus eius suspendio condempnatis, facta sunt hec

1209. M.CC.IX.

Conradi marchionis mors. §. LXXXI. *Conradus* hic marchio Lusatie Comes de *Rochelitz*, de *Grotz*, *Yleborg* & *Landisberg* mortuus fuit sine heredibus

1210. masculis anno Domini M.CC.X. cuius marchiam *Lusatie Theodericus* marchio *Missn.* filius *Ottonis* marchionis fundatoris *Cellensis* cenobii redemit ab IMPERATORE *Hinrico VI.* pro XV. *milibus marcarum argenti*, X. persoluit & fertur sibi remisisse & sic tertio marchia *Lusatie* ad principes *Missn.* peruenit; *Marchia Lusatiae redimitur a Theodorico march. Misniae.*

primo

primo ad *Cunradum Sereni montis* fundatorem ex dono *Lotharii* IMPERATORIS; secundo ad *Dedonem* Comitem de *Rochliz* a *Frederico* IMPERATORE pro quatuor *milibus marcarum* & sic nunc tertio ad *Theodericum* marchionem, ut dictum est.

§. LXXXII. Mortuus autem fuit *Dedo* pater eorum anno Domini M. C. XC. & in monasterio *Schillen* honorifice sepultus & non cum patre suo, ut promisit. Euenit autem mors ipsius isto modo: *Hinricus* REX ROMANORVM ducende uxoris causa ad partes *Apulie* profecturus *Dedonem* hunc marchionem secum proficisci uoluit, qui itineris illius asperitatem & aëris qualitatem corpori suo, quia ualde pingwis & crassus erat, contrariam sentiens pro tollenda *aruina* medico adhibito uentris incisione mortuus est XVII. k. k. Sept. anno quo supra. Priuilegia autem huiusmodi *Dedonis* de fundatione *Schillensis* cenobii habentur in *Aldinborg* in monte apud Regulares. Continet scriptura *mortuariorum Sereni montis*, quod pro anniuersario eius oblatus sit *unus mansus* & una pro uxore eius *Mechtilde*, cuius anniuersarius est XIII. k. k. Febr.

Mors Dedonis 1190. narratio de ea.

Comitatur Henricum R. Rom. in Italiam proficiscentem.

§. LXXXIII. Cuius ueritas hac ratione constat: *Theodericus* marchio *orientalis Lusatie* frater *Dedonis* quamdam possessionem *Grotz* nomine super *Mildam* prope *Yleborg*, *Kunigunde* Comitisse quam super induxerat, ut supra dictum fuit, & *Theoderico* filio eius *Merseburgensi* episcopo dedit, quam diu uiuerent, possidendam, eo uero mortuo, cum

Theodericus uxori & filio eius donat Groz ad dies uitae.

inter

inter *Ottonem Missn.* & *Dedonem orientalem marchiones* proprietatis eius diuisio fieret, ius proprietatis prefate possessionis in partem *Dedonis* cessit,& post eum ad filios ipsius *Conradum orientalem* marchionem *Lusatie* & *Theodericum* Comitem palatinum de *Sommerschenborg.* Tempore uero procedente *Walterus* prepositus *Sereni montis* possessionem memoratam a *Theoderico Merseburgensi* episcopo, ius autem proprietatis a marchione & Comite fratribus pro LX. *marcis* comparauit, XXX. *marcas* singulis ipsorum deputatis, quorum tamen uterque X. *marcas* sue partis remisit, ut duo mansi possessionis eiusdem pro patre & matre ipsorum asscriberentur, quia singuli mansorum illorum X. *marcis* constabat. *Conradus* reliquas XX. *marcas* ex post propter Deum remisit, quod *Theodericus* non fecit.

Theodericus C. Palatinus de Sommerschenburg.

§. LXXXIV. *Hinricus* Comes senior de *Wittin* filius *Conradi* marchionis *quartus* frater *Ottonis* marchionis *Missn.* duxit uxorem *Sophiam* filiam cuiusdam *nobilis uiri* de *Austria*, genuit ex ea *Hinricum* Comitem, qui in iuuentute mortuus fuerat, item genuit secundum filium *Conradum* qui puer obiit anno Domini M.C.LXXXVII. V. Id. Ianuarii in castro *Gebichensteyn* sepultus in sinistro patris sui in *Sereno monte*, oblata fuit uilla *Ternitz* iuxta uillam *Numick* cum VIII. *mansis*, quos postea *Otto* Comes de *Brene* pro uilla *Clewitz* pro ipsa equiualentibus commutauit. Habuit preterea tertium filium *Olri-*

Heinricus com. sen. de Wettin eius uxor & liberi.

1187. *Giebichensteyn.*

Olricum & filiam *Sophiam*, que nupsit *Burchardo Magdeburgensi* Burggrauio.

§. LXXXV. *Olricus* filius eius Comes de *Wittin* duxit filiam *Bernhardi* Ducis Saxonie *Hedwigis* nomine, ex qua genuit filium *Hinricum*, quem reliquit heredem. Ipse uero *Hinricus* Comes senior de *Wittin* mortuus fuit anno Domini M. C. LXXXI. III. k. k. Sept. sepultusque in *Sereno monte* apud patrem suum ad sinistram eius. Cuius uiduam *Sophiam* duxit *Hermannus* tunc Comes palatinus *Saxonie*, postea etiam Comes *prouincialis Thuringie*, genuit ex ea *Iuttam* uxorem Theoderici marchionis *Missn.* de quo supra dictum fuit *descriptionis Ottonis* & plenius infra dicetur in descriptione filii sui Theoderici.

Vlricus comes de Wettin. Eius uxor & liberi. Henrici com. sen. de Wettin mors. 1181.

§. LXXXVI. *Olricus* filius mortuus fuit in castro suo *Wittin* anno M. CC. VI. infirmitate, que dissenteria uocatur IIII. k. k. Octobris relinquens Hinricum filium suum heredem, sepultus fuit in *monte Sereno* in sinistra *Friderici* Comitis de *Brene* patrui sui, oblati sunt pro eo sex mansi in uilla *Lechenitz*.

Vlrici mors. 1206.

§. LXXXVII. *Fredericus* V. filius *Conradi* marchionis de *Brene* duxit uxorem *Hedwigim* filiam *Dippoldi* cuiusdam nobilis de *Bohemia*, qui fuit patruus *Odockari* ducis *Bohemie* genuitque ex ea *Ottonem* & *Fredericum* fratrem eius & filiam *Sophiam Quedelingeborgensem* abbatissam. Mortuo siquidem *Frederico* seniori de *Brene* comite anno M. C. LXXXI. pridie nonas Ianuarii sepultus

Fridericus de Brene. Eius uxor & liberi.

Eius mors. 1181.

Tomi VIII. reliqu. P est

est in *Sereno monte* apud patrem suum *Conradum* marchionem uersus occidentem. Post *Fundatio claustri in Brene.* mortem uero eius uidua eius *Hedwigis* claustrum monialium de *Brene*, una cum filiis suis fundauit, ubi in sancta conuersatione uitam finiuit, dedicatum fuit templum an-
1200. no Domini M. CC. Preterea *Otto* filius *Frederici* mortuus fuit in iuuentute anno Do-
1203. mini M.CC.III. & in *Brene* sua fundatione sepultus.

§. LXXXVIII. *Fredericus* uero frater suus duxit uxorem *Iuttam* filiam *Frederici* Comitis de *Czegenhagen* fratris *Hermanni* Comitis *prouincialis Thuringie*, ex qua genuit filiam *Hedwigem* & filios *Ottonem* & *Theodericum*.
1220. Hec *Iutta* obiit anno Domini M.CC.XX. *Fredericus* de *Brene* iunior anno Domini
1221. M.CC.XXI. mortuus fuit in *transmarinis* *Fridericus de Brene moritur in Palaestina.* Ackron. partibus in ciuitate *Ackaron* uel *Ackon*. Reliquit autem duos filios *Ottonem* & *Theodericum*. Et haec de genealogia filiorum *Conradi* marchionis pro presenti sufficiant. Ad rectam lineam descendentium Ottonis marchionis Missn. principum modernorum Frederici & Wilhelmi descendatur.

Vndecimus stipes. *Theodericus com. in Weisenfels ex Palaestina redux.* 1196. §. LXXXIX. *Theodericus* filius Ottonis marchionis *Missn*. Comes in *Wissenfels* anno M. C. XCVI. in *transmarinis* partibus constitutus, morte fatris sui cognita, cum redire disponeret IMPERATORIS insidiis adeo artatus fuit, ut publice nauem ingredi non auderet, sed a fidelibus suis *lagena* inclusus & nauigio illatus sicque, donec in altum maris procederet, occultatus est. IMPERATOR enim mar-

marchiam *Missenensem* suis usibus reseruare uolens presertim propter *fodinam argenti* in *Friberg* tunc ualde bonam, *fidelibus* suis eam commisit procurandam, quae etiam usque ad mortem *Hinrici VI.* IMPERATORIS pro eodem procurata fuit. Mortuo autem IMPERATORE *Hinrico VI.* apud *Panormium* ueneno & *Spira* sepulto & uerius translato anno M.C.XCVII. *Theoderico* reuerso in patriam iuuamine & adiutorio soceri sui *Hermanni Thuringie lantgrauii* & presertim populi & *militarium* beneuolentia, qui magno gaudio gauisi *dominum* & *principem* filium marchionis reuenisse, marchiam *Missn.* cum omni patrimonio acquisiuit & eam pacifice & quiete per decem & octo annos tenuit usque ad annum M.CC.XV.

Imperator sibi reseruare uult marchiam Misnensem.

Henrici VI. imp. mors.

1197.

Theodericus marchiam Misnensem adquirit.

1215.

§. XC. Tunc inceperunt sibi euenire diuersa grauamina. Nam archiepiscopus *Albertus Magdeburgensis* ipsum pro inuasione, ut creditur, terrarum ecclesie excommunicans *Missn.* & *Merseb.* dioceses supposuit interdicto. Aliam causam excommunicationis interdicti in *cronica Sereni montis* sic reperi: *Hinrico Wiperti* fundator filio mortuo sine heredibus *Grotz* castrum ad *Theodericum* comitem de *Sommerschenborg* & de *Grotz* & *Conradum orientalem Lusatie* marchionem deuenit, ut supra dictum fuit. Iste *Theodericus* comes de *Grotz* aduocatiam *Pigauiensem* beneficio *Philippi* IMPERATORIS sibi usurpauit, cum monasterium priuilegiatum sit ab IMPERATORIBVS, quod abbas & conuentus eligere possint aduocatum, quem uelint.

Excommunicatur ab archiep. Magdeb.

Causa excommunicationis.

Monasterii Pigauiensis priuilegium.

Sicque dictus comes *Theodericus* multa grauamina intulit, ciues *Pigauienses* uiolenter sibi seruire compellens, nec ab abbatis iniuriis personalibus se temperauit. Nam *abbas Sifridus* etiam expulsus per eum fuit integrum annum, quem *Burchardus* dux in castro suo *Werbin* recepit. Tandem inter Theodericum comitem de *Grotz* palatinum & *Theodericum* marchionem *Missn.* de quo hic scribitur, discordia exorta est, cuius gratiam & amicitiam abbas Sifridus habuit. Ideo eius fauore animatus *Pigauiam* reuersus est, militibusque in ciuitate locatis uiolentie comitis paulatim cepit resistere, donec pertinaciter reluctando eum contra se reddidit segniorem, quamuis eo uiuente nunquam quieta gauisus est libertate, mortuo comite *Theoderico* de *Grotz* palatino, *Conradus marchio orientalis Lusatie* frater eius aduocatiam *Pigauiensem*, quam cum eo a REGE *Philippo* sibi concessam receperat, inuasit, sed tamen a personalibus iniuriis abbatis abstinuit, qui filium eius in baptismo susceperat, quod ipsum tamen multis *marcis*, si esset possibile, se uelle redimere adhuc uiuente fratre sepius dixisse fertur. Monebatur enim propter fratrem carnaliter, quia ille in obtinendo proposito infirmior abbate uideretur, maxime autem pro quodam uerbo, quod abbas minus caute protulerat, comitem *apostatam* nuncupando.

Aduocatia Pigauiensis.

Grauamina contra aduocatum.

§. XCI. Idem namque comes ecclesie *Magdeburgensis* canonicus existens etiam ad subdiaconatus gradum promotus erat. Accidit

Cur clericatum reliquerit?

cidit autem cum in ſcolis eſſet *Pariſiis* qui ex *Francia* habuit filiam ſororis ſue, ut contentione inter *Burgenſes* & clericos exorta, ſeruientes ipſius ad auxilium clericorum ab eo miſſi homicidium committerent. Pro qua re ſua promotione deſperans, clericatum dicitur reieciſſe.

§. XCII. Poſt mortem *Conradi* marchionis, qui triennio fratri tantum ſuperuixit, *Theodericus marchio*, de quo nunc eſt ſermo & ſtilus ſcribendi, modis omnibus anhelabat, ut ipſe eccleſiae *Pigauienſis* aduocatus eligeretur, quod cum *abbas Sifridus* ſibi non conuenire ſciens facere negligeret, ille ex fautore & amico in hoſtem mutatus ualde eum uexare cepit, ei multa dampna & iniurias irrogando. Ad extremum uero ante caſtrum *Grotz*, quod ei hereditario iure obuenerat & uerius ex redemptione ab IMPERATORE, qua marchiam *Luſatie*, *Landisperg* una cum caſtro *Vleborg*, *Rochelitz*, *Grotzick* pro XV. *milibus marcarum* argenti redemit, uillam *Grotz* muniens, forum inſtituit & theolonium & monetam omnibus *prouincialibus*, ab illa parte tam emere, quam uendere uolentibus, ne *Pigauiam* pergent, interdixit. Abbas uero iudicibus contra eum a ſede apoſtolica impetratis epiſcopo, decano, ſcolaſtico *Herbipolenſibus* omnem eius conatum euacuauit. Iudices enim teſtibus eius auditis ſententiam pro ipſo protulerant, eique *Brandenburgenſem* epiſcopum eiusdem ſententie executorem dederunt, qui *Grotzick* adueniens conuocatis *caſtrenſibus* & uilla-

Theodericus marchio *aduocatus eccleſiae Pigauienſis eſſe cupit, illum ſpe fruſtrante abbatem uexat.*

Theodericus nundinas & telonium in uilla Groz inſtituit.

Abbas ſibi a pontifice expetit iudices, qui epiſcopum Brandenburgenſem

sententiae executorem constituunt. *uillanis* forum & theoloneum & monetam in loco illo haberi auctoritate apostolica interdixit, omnesque qui in ipsa uilla ad ius forense residentiam facerent, eadem auctoritate excommunicationis uinculo innodauit & loca interdixit.

Damni abbati dati aestimatio. §. XCIII. Verum cum adhuc abbas marchionem de dampnis ab eo & ab his scilicet *Theoderico* comite & *Conrado* marchione *Lusatie*, quorum hereditatem acceperat, sibi illatis impeteret, que usque ad septem *milia marcarum* & *quingenta* computauerat, & propter hoc totam terram marchionis archiepiscopus *Albertus Magdeburgensis* sub interdicto posuit, ut supra dictum est. Sed tandem compositione interueniente causa sopita fuit, ita quod marchio & abbas se inuicem pacis oscula receperunt.

Theoderici liberi. §. XCIV. Praesens marchio *Theodericus* habuit uxorem *Iuttam* filiam *Hermanni Thuringie* lantgrauii, ut supra dictum fuit, genuit ex ea primo duos filios *Ottonem* & *Conradum* & filiam *Hedwigam*, qui in iuuentute mortui fuerunt. Expost & ante finem uite sue biennio genuit *Hinricum illustrissimum principem*, de quo plene in sequentibus dicetur.

Insidiae ipsi struuntur. §. XCV. Acciderant huic *Theoderico* ex post multa pericula & grauamina. Nam *militares* quidam cum *Liptzensibus* conspirantes ipsum interficere disponebant. Anno
1215. M. CC. XV. certos armatos ad hoc deputauerunt, qui *Ysenborg* uenientes in uigilia sancti Nicolai in tempestate noctis silentio ad

ad ianuam hoſpitii pulſantes dicebant, *quod deberent neceſſario marchioni loqui;* quedam autem *domicella* hec audiens iuit ad lectum ipſius requirens *ſi deberent intromitti;* ad hec marchio inquit, licet nichil mali ſuſpicaretur, tamen mandauit, *ut in craſtinum redirent*. Et ſic illa uice eorum propoſitum fuit impeditum. Verum alii eorum complices omnino certi, quod illi non deſiſterent, quin facinus conceptum, ut promiſerant, perpetrarent, in *Lipzik* mane uenientes marchionem mortuum diuulgauerunt ciuibus, ciuitatem marchioniſſe & *Hinrico* eius filio paruulo dixerunt conſeruandam, & facta eſt coniuratio ualida multique additi ſunt ad eos; omnes autem fideles marchionis turbati ſunt ipſum mortuum audientes. *Falſus rumor de eius morte.*

§. XCVI. Sed poſtquam compertum eſt eum uiuere, illi, qui *Liptzik* ſe receperant, exercitum *quadringentorum armatorum* congregantes duobus annis marchionem cum ſuis ut aduerſarios & hoſtes publicos rapinis, incendiis moleſtabant. Diuerſis autem placitis infra duos annos habitis, tandem promiſſis iuramentis fideiuſſoribus & aliis cautionibus quibuscunque quicquid marchionis aduerſarii exigere uolebant, ipſi facere cogebantur. Hac neceſſitate, quia ciuitatem *Liptzik* uel IMPERATORI *Ottoni* uel archiepiſcopo *Magdeburgenſi* aut aliis aduerſariis marchionis, qui pro tunc multi erant tradere diſponebant, promiſſa igitur illis & omnibus eorum complicibus indempnitate *Marchio a miniſterialibus uexatur.* *Lipſia marchioni redditur.*

1218. *Liptzik* reddita est marchioni M. CC. XVIII.

idem ciues Lipsienses odit, & cur?

& quia predicti aduersarii marchionis ciuitatem *Liptzensem* absque uoluntate ciuium & conniuentia nequaquam occupasse biennio potuissent, marchio ciues exosos ob hoc habuit, & post hoc paululum oportunitatem nactus *Fredericum*, qui nuper in REGEM ROMANORVM electus contra *Ottonem* in *Almaniam* procedens de eo mirifice triumphauerat, secum in ciuitatem *Liptzensem* cum paucis introduxit, quia nec ciues eum cum multis intromittere uolebant.

Fridericus rex. Rom. contra Ottonem electus.

Marchio Lipsiam occupat.

§. XCVII. Sed marchione procurante milites paulatim nunc ad istam, nunc ad illam portam intrantes ciuitatem plurimum repleuerunt, & se caute in hospitiis receperunt. Verum quia tempore *gwerre* ciues campanam ad conuocandum se & communitatem fecerant, marchio, ne post concursum multitudinis intentio sua frustraretur, tyntinabulum prefate campane clam tolli fecerat & seruari, sicque iuxta conditum & certum signum forte cum tubis datum ad iussum marchionis mox signo dato, quilibet *militum* hospitem suum capere & bona ipsius diripere satagebant; ciuitate itaque taliter subacta, marchio fecit destrui murum in gyro intra ciuitatis menia edificans tria castra, ne ciues alias similia talia attemptarent. Fuit autem unum castrum situm in fine orti fratrum *predicatorum*; aliud iuxta fratres *minores*; tertium ubi est hodie.

Murus ciuitatis Liptzik destruitur & castra tria ponuntur.

§. XCVIII. *Milites* autem, qui auctores huius *gwerre* fuerant, iussit capi, quorum unus,

Milites rebelles capiuntur.

unus, cuius anima maxime querebatur, armatus dextrarium conſcendit & portam clauſam cum ſecuri aperiens euaſit. Cuius frater captus traditus eſt in manus *Frederici* REGIS ROMANORVM, qui poſtea cruce ſignatus, mare tranſiens rebus exceſſit humanis.

§. XCIX. Et licet ſecundum humanum iudicium aliquantulum ſe marchio uindicasſet; Tamen mala, que receperunt contra eum, nullatenus conquieuerunt. Nam alii *miniſteriales* ſui, prioribus fortiores ſe ipſi iterum oppoſuerunt, trahentes in ſuum auxilium archiepiſcopum *Magdeburgenſem Albertum*, qui forti manu terram marchionis intrans edificauit caſtrum *Tuch* prope *Liptzik* ad unum paruum miliare, cuius ſucceſſor oppidum adiacens caſtro muro cinxit, anno M. CC. XVI.

Albertus archiep. Magd. infenſus Theoderico

aedificat caſtrum Tuch.

1216.

§. C. Marchio uero usque ad finem uite ſue a malis, que eum apprehenderunt, ſe non potuit explicare, que paulo minus quam quadriennio durauerunt, donec emulis ſuis procurantibus a quodam medico ſuo, qui centum marcas argenti, quarum iam quinquaginta acceperat corruptus fuerat, ueneno ſibi propinato interiit, & cum medicus, immo potius ueneficus, reſiduum pecunie peteret ab his, qui eum conduxerant, reſponderunt, *recedite traditor uiliſſime, quia dominum ueſtrum pro pecunia occidiſtis, & niſi parceremus honori ueſtro, ſtatim uos ut traditorem impium ſuſpendere deberemus.* O impios traditores, ipſo uenefico nequiores! quem ut auarum utpote aduenam proprie-

Theodoricus moritur ueneno propinato.

 artis

artis uenditorem ipsi contra dominum proprium & naturalem conduxerunt, iustius quam ueneficum secundum proprii oris sententiam laqueo puniendos.

1223. *Cuius uidua Iutta nubit Poponi de Henneberg, tutrix filii constituta.*

§. CI. Igitur marchione mortuo anno M.CC.XXIII. Domina *Iutta* relicta eius cum filio suo *Hinrico*, qui tunc parum amplius quam bimus erat, dominium terre obtinuit amplius quam biennio inquiete, donec consilio quorundam, qui sibi fauere uidebantur, Comiti *Poponi* de *Henninberg* nupsit, quo facto lantgrauius *Lodewicus* fertur marchionisse, quam marchio *Theodericus* adhuc uiuens filio suo paruulo tutorem delegauerat, cum exercitu marchiam *Missn.* intrauit. Sicque Comes Popo compulsus est cedere & marchionissa cum ipso exulare, que recedens filium paruulum secum duxit. Antequam marchio moreretur, omnes fere proprietates suas dederat marchionisse, a quibus, quia nubendo Comiti exclusa uidebatur, satis caute licet cum preiudicio filii recuperauit pretium dotalitii, pro bonis & castris sibi datis. Nam filius dedit in manus ducis *Austrie* accipiens pro castris dotalitii & proprietatibus XII. *milia marcarum*, quas dux idem filie sue *domicelle Constantie* assignauit pro dote & eam puero *Hinrico* marchioni desponsauit.

Theodorici filius Heinricus, eiusque uxor.

§. CII. Dux autem *Austrie* moriens ordinauerat, quod marchio dictas proprietates, cum ad legitimam etatem perueniret, non posset recuperare, nisi aut filiam suam *Constantiam* duceret, aut duodecim *milia marcarum*

carum ſibi daret. Verum antequam marchio ad legitimam etatem peruenit, tres habuit per ordinem tutores. Primo MATREM; ſecundo LODEWICVM *Thuringie* lantgrauium uirum pacificum & diſcretum maritum ſancte *Elizabeth*, qui in diebus ſuis in *terra ſua* & *Miſſn.* optimam pacem procurauit, qui poſtea cruce ſignatus in partes *transmarinas* iter arripiens apud *Ordrandum* in *Neapulia*, ſicut ſperamus, in Domino obdormiuit, anno Domini M.CC.XXVII. Corpus eius deductum in *Reynhartsbrunn* in ſepulcro patrum ſuorum collocatum, uxor uero eius ſancta *Elizabeth* filia Regis *Vngarie*, neptis *Dedonis* Comitis de *Rochlitz* fratris *Ottonis* marchionis *Miſſn.* ex poſt multis uirtutibus & miraculis clara apud *Martborg* ex pecuniis dotalitii ſui hoſpitale pauperum edificare procurauit, ubi egena egenis ſeruiens ſibi nil retinuit, celeſte regnum ambiens hic preſens omne reſpuit. Et quia de genealogia eſt dictorum principum ideo uita & miracula eius poſſent interſeri; Sed alias hodie ſupra candelabrum canonizationis locuta, hiſtoria pulchra & clara habetur & uita. Moritur hec ſancta *Elizabeth* anno M.CC.XXXII. & poſt *Gregorium* IX. PAPAM, ex poſt anno tertio canonizata eſt. Hic *Theodericus marchio eccleſiam* canonicorum regularium *ſancti Thome* in *Liptzik* fundauit anno M.CC.XXI. uix biennio ante mortem ſuam & mortuus in *cella* fuit ſepultus iuxta patrem ſuum Ottonem fundatorem anno Domini M.CC.XXII.

Eiusque tutores mater, Ludouicus landgr. Thur. *qui moritur in Italia.* 1227.

SanctaElisabeth uxor Ludouici landgr. Thur.

moritur 1232. *Canonizatio eiusdem.*

Monaſterium ſancti Thome Liptzik fundatur. 1221. 1222.

§. CIII.

Heinricus illustris

§. CIII. *Hinricus* marchio filius *Theoderici* dictus Homas ut supra dictum est, scribitur *illustris princeps*. Nam primo tempore *lantgrauiatum Thuringie* acquisiuit, quia mater ipsius filia erat *Hermanni Lantgrauii*, mortuo sine heredibus filio *Lodewico* cum fratre suo *iure* quasi *hereditario* beneficio IMPERATORIS & magno thesauro terram istam acquisiuit. Nam inter omnes progenitores suos nullus diuitiis, potentiis, sapientia, industria, magnanimitate sibi poterat coequari.

adquisiuit landgrauiatum Thuringiae.

Metallifodina Freybergensis.

§. CIV. Dicitur & scribitur, quod *fodina argenti* in *Friberg* temporibus suis adeo fertilis & bona fuit, quod turres replerit argento, immo si uoluisset, ducatum *Bohemie* comparare potuisset, sed cautus & sapiens aduertit dictum sapientis: Ne transgrediaris ambitione terminos patrum tuorum, ipse totum quod patrum suorum fuerat habuit, & cum magna honorificentia & quiete possedit.

Henrici illustris liberalitas.

§. CV. Hic Princeps pacis zelator iustitie monasteriorum omnium quasi secundus fundator. Nam omnibus ubique monasteriis per progenitores suos fundatis collegiis, cathedralibus ecclesiis multa donauit. Donata uel empta per monasteria liberaliter appropriauit. Nouam *cellam* Cisterciensis ordinis ad instar *ueteris celle* propriis sumtibus fundauit.

Noua cella fundatur.

De arbore artificiali ex auro & argento.

§. CVI. Hic princeps inclitus, magna laude dignissimus inter omnes principes *Almanie* ditissimus & uirtute famosissimus, quendam *forestam* arboribus uiridibus ante

ciui-

ciuitatem regiam in Thuringia *Northusen* mirabili pulchritudine conserui fecit, ubi tanquam *Asswerus* cunctis regni *Almanie* optimatibus conuocatis diuitias glorie regni sui ostendit. Nam arte fabrili & auro & argento arborem factam mire pulchritudinis ibidem collocari fecit, & si quis *comitum, baronum, militum* ibidem in magna multitudine congregatorum in *hastiludio* hastam suam super alium fregit, mox folium argenteum de arbore in signum uirilitatis pro merito obtinebat. Si quis socium suum hasta de equo persistens deiecerat, mox folium aureum de dicta arbore promerebat, que nunquam & qualis multitudo ad tam honorabile spectaculum etiam imperiali maiestate dignum conuenerat, quiuis lector agnoscat.

§. CVII. Hic tantam beniuolentiam apud IMPERATOREM *Fredericum* habuerat, ut etiam filiam ipsius *Margaretham Alberto* filio suo *Thuringie* lantgrauio in matrimonium sociaret. Hic siquidem *Hinricus illustris* princeps *Thuringie* lantgrauius marchio *Lusatie*, id est, *orientalis* & marchio *Missn.* ex uxore sua *Constantia* filia *Philippi* ducis *Austrie*, genuit duos filios magnificos principes *Albertum Thuringie* lantgrauium *Theodericum* marchionem de *Landisberg*, dictum *pingwis*.

Albertus degener cui Frid. II. imp. filiam Margaretham spondet. Henrici illustris liberi,

§. CVIII. Item post mortem *Constantie*, que obiit anno M. CC. XLIII. in *cella* sepulta, duxit *Agnetem* sororem *Otokari* regis *Bohemie*, que obiit sine prole anno Domini

uxoris eius Constantiae mors. 1243.

M. CC.

Vxor secunda, quae, itidem moritur 1268. M.CC.LXVIII. sexto Id. Octobr. in *cella* sepulta. Post obitum illius duxit aliam uxorem *Elizabeth* de *Maltitz*, de qua genuit *Fredericum* marchionem de *Dresden* dictum *Clemme*.

Vxor tertia, Elisabetha de Maltiz. Fridericus Clemme. §. CIX. *Theoderico* itaque dedit pater suus eo uiuente marchiam *Landisberg* & comitatum *Grötz*, qui accepit uxorem *Helenam*, hec fuit fundatrix monasterii in *Wissenfels*, filiam marchionis *Brandenburgensis* de qua genuit *Fredericum* marchionem *Missn.* & *Landisberg* nomine *Tute*, qui mortuus fuit sine heredibus & in *Wissenfels* sepultus.

Monasterium in Weisenfels.

Fridericus dictus Tutte, moritur. §. CX. Hic *Theodericus pinguis* & marchio de *Landisperg* & *Missn.* una cum fratre suo *Alberto* Thuringie lantgrauio & *Frederico* de Dresden etiam eorum fratre graues habuerunt *gwerras* cum duce *Brunswicense* & comite de *Anhalt*.

Landgrauiorum & marchionum bella cum Brunsuicensibus & Anhaltinis. §. CXI. Nam graui cum potentia & manu forti terram *Plissene* & *orientalem* in *Borgwardo Grotzick Lipzik*, *Aldinborg*, quam nuper IMPERATOR *Fredericus* cum filia sua *Margaretha* ipsi *Alberto Thuringie* Lantgrauio donauerat intrans depredantes & igne uastantes. Medio tempore prefati principes *Missn.* fratres exercitum copiosum congregantes a terra *Missn.* & aliunde ipse *Theodericus* cum fratre suo *Frederico* inimicos suos fugientes de terra eorum ad propriam eorum terram sunt persecuti eodem uestigio, quos cum preda omnes una cum duce *Brunswicense* & comite de *Anhalt* captiuarunt, & sic leti de uictoria reuertentes,

Frid. II. imp. donatio Alberto degeneri facta.

Brunsuicenses & Anhaltini uincuntur.

Theo-

Theodericus marchio missam perpetuis temporibus omni die de beata uirgine decantandam in ecclesia beati Thome in *Liptzik* instituit, ad altare beate uirginis ibidem.

§. CXII. Hic *Hinricus* senio confectus diuisit filiis suis regnum dum adhuc uiueret. Nam *Albertum* seniorem *Thuringie* prefecit, *Theodericum* marchionem *Missn.* & *Lusatie Landisberg* & *dominum* in *Grötz* constituit, *Dresedenhayn* cum pluribus castris *Frederico* iuniori filio commisit. *Henrici illustris diuisio paterna terrarum inter filios.*

§. CXIII. *Theodericus* dictus *Pingwis* marchio de *Landisberg* & de *Missn.* captiuatus fuit a *Sifrido* comite de *Anhalt* dolose isto modo & omnino contra honorem. Nam idem *Sifridus* comes de *Anhalt* & *Bernhardus* frater ipsius cum exercitu & *ministerialibus* & capitulo *Magdeburgensis* ecclesie *tunc uacante* circumuallabant quoddam castrum *Reyne*, quod cum uidentes se expugnare non posse & aduersarios plurimum timentes *Theodericum* marchionem filium *Hinrici* marchionis ad huc uiuentis in auxilium sui euocabant, qui collecto exercitu eis in auxilium cum *Frederico* patruo suo filio *Alberti Thuringie* lantgrauii & comite de *Lissenick* rogatus aduenit. *Theodoricus pinguis de Landsberg capitur a Sigfrido com. de Anhalt. Castrum Reyne.*

§. CXIV. Quadam nocte dum marchio in papillone sua securus in lecto cum suis quiesceret, ipsi Saxones *Sifridus* & *Bernhardus* de *Anhalt* ipsum in lecto suo cum patruo *Frederico* & *Burggrauio* de *Lissenick* captiuauerunt contra honorem & iustitiam. Marchio ductus in castro *Werbin* primo & post ad *Hinricus capitur per duos de Anhalt.*

alia

alia castra plura ipsius ecclesie *Magdeburgensis*. Sed Fredericus cum Burggrauio de *Lissenick* ducti fuerunt in castrum *Lippene*, ubi ambo quadam nocte ruptis carceribus euaserunt.

Castrum Lippene.

§. CXV. *Fredericus* libertate captata congregauit omnem exercitum magnum & ualidum terram transsonam & omnem regionem illorum de *Anhalt* deuastare, concremare, depredari cepit, ciuitatem *Kothen* expoliauit & in totum succendit.

Kothen ciuitas expugnatur.

§. CXVI. Tandem *Theodericus* se redemit cum omnibus suis captiuis & post redemtionem obsedit castrum *Werbin* & cepit & expugnauit ac funditus destruxit. In sequenti anno castrum *Tuch*, quod archiepiscopus *Magdeburgensis* construxerat prope *Liptzik*, funditus etiam destruxit, prout hodie ruine cernuntur ibidem.

Castrum Werbin destruitur, item castrum Tuch.

§. CXVII. Iste *Theodericus* duo fundauit monasteria ordinis sancte Clare, unum in *Wissenfels*, aliud in *Suszelitz*, mortuus fuit ante patrem suum *Hinricum* anno M.CC.LXXX. sepultusque fuit in *Suscelitz*. Post hec mortuus fuit *Hinricus illustris* princeps anno M.CC.LXXXVIII. & in *Cella* apud patres suos sepultus. Reliquit autem *Theodericus* duas filias, quas *Wissenfels* monachas fecerat, & unum filium *Fredericum* nomine *Tute*, qui duxit uxorem filiam ducis *Bawarie*; hic fuit princeps & marchio *Missn*. & de *Landsberg* & mortuus sine heredibus & in *Wissenfels* sepultus.

Monasterium in Weissenfels & in Suseliz. Theoderici mors. 1280. Henricus illustris moritur. 1288. Fridericus Tute.

§. CXVIII.

§. CXVIII. *Albertus Thuringie* lantgrauius & marchio *Missn.* filius *Hinrici illustris* accepit uxorem, ut supra dictum fuit, *Margaretham* filiam *Frederici secundi* IMPERATORIS, cum qua donauit sibi castrum *Aldinborg* cum terra *Plissenensi*, de qua genuit tres filios, *Fridericum*, *Titzmannum* & *Hinricum* lantgrauium dictum *Aneland.*

Albertus degener. Eius liberi. Aldinborg uenit primo ad marchiam Misnensem. Hinricus Aneland.

§. CXIX. Post mortem *Frederici* marchionis *Missn.* & de *Landisberg* dicti *Tute* iure hereditario marchia *Lusatie*, *Missn. Landisberg* cum tota terra orientali peruenit ad *Albertum Thuringie* lantgrauium.

Friderico *dicto* Tutte *mortuo successit in Lusatia &c.*

§. CXX. Contigit, quod idem *Albertus* lantgrauius quandam concubinam adamaret dictam pulchram *Konegundum* de *Ysenberg*, quam publice & occulte multis annis tenuit sicque legitimam suam uxorem *Margaretham* filiam IMPERATORIS exosam habuit; que cernens se despici, *Franckifordis* ciuitatem circa *Magonum* fluuium se contulit & ibidem uitam in castitate & omni religiositate finiuit. Et sicut matrem filiorum suorum uxorem suam exosam habuit; sic & filios suos ex ea *Fredericum*, *Titzmannum* & *Hinricum* exheredare modis omnibus studuit.

Albertus degener. Alberti concubina Kunigunda de Ysenberg. Eius uxor legitima Margaretha Francofurtum se confert ex qua natos filios exheredare satagit.

§. CXXI. Nam mortuo *Frederico* marchione *Missn.* dicto *Tute* patruo suo, *Fridericus* senior filius *Alberti* a *ciuitatibus* & *magnatibus* & *comitibus* terre *Missn.* & terre *orientalis* in dominum marchionem fuit receptus, quod multum displicuit patri suo *Alberto*. Quare pater proprium filium diffidauit & in auxilium marchionem *Brandenbur-*

Diffidia cum filiis.

gensem cum comitibus de *Anhalt* aduocans terram *Missn. orientalem* & *Plissenensem* plurimum deuastauerunt. Nam filium suum *Hinricum* dictum *Aneland* ita depauperauit, quod penitus nichil habuit. Ideo nomen sibi *Aneland* acquisiuit.

Henricus filius Alberti, Aneland dictus.

Alberti filii uincunt Brandenburgensem marchionem.

§. CXXII. Tandem una dierum accidit, quod prefatus marchio *Brandenburgensis* una cum comitibus de *Anhalt* terram *orientalem* ad depredandam cum multis Saxonibus intrasset. *Fredericus* marchio *Missn.* & *Titzmannus* frater suus marchio *Lusatie*, collectis militibus & ciuibus suis, marchionem *Brandenburgensem* cum omnibus suis captiuarunt, sicque bellum Saxonicum a patre ipsorum ipsis instauratum penitus cessauit.

Adolphus com. de Nassau electus rex Rom.

cui Albertus uendit marchiam Misnensem & terram Plissenensem.

§. CXXIII. Quare pater eorum *Albertus* lantgrauius audiens uictoriam suorum filiorum graui ira permotus in ira sua ad partes *Reni* properans marchiam *Missn.* cum omni *orientali* plaga una cum terra *Plizenensi* modis omnibus studuit filiis alienare. Nam comiti *Adolfo* de *Nasso* nuper in REGEM ROMANORVM electo marchiam *Missn.* cum omni *orientali* regione & terra *Plissenensi* uendidit eumque ad possessionem accipiendam cum multa militia ad terram orientalem adduxit.

Adolphus imp. in Thuringiam uenit, destruit castrum Grosick.

1306. §. CXXIV. Venientibus itaque comite *Adolfo* de *Nassow* una cum *Sweuis* multis in terram *orientalem* primo ciuitatem *Pigauiensem* forte sine licentia abbatis *Pigauiensis* obtinuit, mox castrum fortissimum *Grosick* uicinum expugnauit & funditus destruxit anno M.CCC.VI. cuius ruine hodie cernun-

nuntur. Ex poſt caſtrum obtinuit *Friborg* & uallauit caſtrum *Bornis*, uenerunt & receperunt *Liptzick* & aliae ciuitates multae multique *nobiles barones* & *militares* homagium fecerunt *Adolfo* comiti & REGI ROMANORVM electo.

Occupat Freiburg, Lipſiam, eidem homagium praeſtatur.

§. CXXV. Ita quod *Fredericus* marchio & *Titzmannus* frater ſuus terram *orientalem* quaſi totam perdiderunt. Adueniente ſiquidem hyeme, que ſolito forte more aſperior inhorruerat, multi *Sweui* frigore perierunt, itaque compulſi fuerunt redire in patriam ſuam. Pro maiore parte anno reuoluto iterato REX electus *Adolfus* uenit cum *Sweuis* ſuis in terram *orientalem* cum magna copia armatorum.

Adolphus ſecunda uice in Misniam uenit.

§. CXXVI. Marchio uero *Fredericus* caſtra ſua precipua, puta *Friberg* & *Miſſn.* cum multis *militaribus* fidelibus ſuis cum copiis uictualium premuniuit, REGE *Adolfo* in ciuitate *Aldinborg* exiſtente, direxit litteras de ſaluo conductu ad *Fredericum* marchionem *Miſſn.* ut ad eum in ciuitatem *Aldinborg* ueniret, quibus litteris credens *Aldinborg* cum paucis aduenit; at ubi compertum fuit marchionem *Fredericum* in hoſpitio adeſſe, mox *Sweui* cum armis & potentia ad hoſpitium marchionis occurrunt, ipſum in menſa ſedentem occidere ſatagebant, quod praeuidens quidam ciuis *Fribergenſis*, qui cum marchione aduenerat, ſe inter marchionem & gladium uibratum perſecutoris celeriter oppoſuit ſicque in mortem pro domino ſuo marchione dedit. Marchio uero beneficio

Fridericus marchio uitae periculum incurrit.

& auxilio ſuorum ad ſuperiora domus peruenit ſicque tutus preſidio de nocte manus eorum euaſit.

Tradimentum. §. CXXVII. Audiens itaque rex *Adolfus* fodinam argenti *Friberg* fore & eſſe cor marchionis, *tradimentum* cum ciuibus *Fribergenſibus* fecit, ita, quod promiſſis priuilegiis & libertatibus IMPERIALIBVS ciues *Fribergenſes* dolo circumuenit, ut eum cum ſuis de nocte intromitterent & ut caſtrum cum multis militibus munitum ſibi expugnare iuuarent, quod cum ciues tunc traditores regi promiſiſſent oportunitate captata nocte quadam rex *Adolfus* per ciues in ciuitatem intromittitur & mox murum caſtri, antequam *tradimentum* in caſtro preſentarent, a fundamentis ab extra ſubfodiunt & magnam partem muri corruere coegerunt. Sicque ſtatim milites *Sweui* caſtrum intrantes ibidem plusquam ſexaginta bonos *milites* & *militares* captiuarunt. Tandem expugnatis illis, qui in turribus erant, ciuitatem *Friberg* rex potenter optinuit. Rex multos ex *miniſtris* captis decollari fecit. Sicque ſimiliter *milites* & *militares* captiuos decollari minatus fuit.

Caſtrum Friberg capitur & expugnatur.

Fridericus marchiam Misnenſem Adolpho pro redimendis captiuis tradit. §. CXXVIII. Marchio uero Fredericus potius maluit terram ſuam totam *Miſſn.* perdere, quam ſuos fideliſſimos milites interire, totam marchiam *Miſſn.* pro redemptione ſuorum captiuatorum regi tradidit & ſic ſine aliquo caſtro uel terra propria cum tribus ſaltem equis aliquamdiu equitauit, hec

omnia

omnia patre ipsius *Alberto Thuringie* lantgrauio procurante.

§. CXXIX. Tandem *Albertus Thuringie* lantgrauius senio confectus in ciuitate *Erfordensi* mortuus fuit & ibi in ecclesia beate Marie uirginis in monte honorifice in medio monasterii sepultus, cui ecclesie collegiate multa bona & aliis piis locis contulit & appropriauit. Nam ualde liberalis in dando & appropriando monasteriis & piis locis fuit, non propter Christum tantum, sed ut proprios filios exheredaret, & quia hoc in totum facere non potuit, saltem extenuare & exinanire modis omnibus curauit. Nam castrum *Eckirsberg*, *Friborg*, *Landisberg* uendidit & filiis alienauit cum ciuitate *Sangerhusen* & *Deltz*, multa etiam ciuibus *Erfordensibus* donauit, uendidit & obligauit, quae tandem post suam mortem filius suus *Fredericus*, prout in sequentibus dicetur, recuperauit. Merito igitur patrum suorum sepultura caruit, quia ita a patris suis gressibus exorbitauit.

Albertus moritur & Erfordiae sepelitur.

Liberalis fuit erga monasteria.

Vendidit Friburg, Landsberg; Sangerhusen, Delz.

§. CXXX. *Hinricus* filius *Alberti Thuringie* lantgrauii frater *Frederici* marchionis dictus fuit *Hinricus* lantgrauius *Aneland*, accepit uxorem *Hedwigem* filiam *Etii* Ducis *Silesie* & mortuus fuit sine heredibus & in cella ueteri in sepultura patrum suorum sepultus.

Heinricus Aneland moritur.

§. CXXXI. *Titzmannus* filius *Alberti* marchionis *Lusatie* & *Thuringie* lantgrauius duxit uxorem *Iuttam* filiam *Bertoldi* comitis de *Henninberg*, obiit sine herede & apud predicatores in *Liptzik* fuit sepultus, quia in ecclesia sancti *Thome* in *Liptzik* in nocte sancta nati-

Tizmannus obiit sine herede, sepultus est Lipsiae in templo S. Thomae.

natiuitatis Christi fuit innocenter improuise occisus anno Domini M.CCC.IIX. Eodem anno obiit *Hermannus* marchio dictus *longus* paraliticus in *cella* sepultus.

1308. Hermannus longus dictus marchio moritur.

§. CXXXII. *Fridericus* siquidem marchio *Missn.* & *Thuringie* lantgrauius filius Alberti primo accepit uxorem *Agnetam* filiam ducis *Karinthie*, que obiit anno Domini M.CC.XCIII. genuitque ex ea filium *Fredericum*, qui in iuuentute mortuus fuit. Hic egregius adolescens trium & uiginti annorum dum acrius patris hostes insequitur, equi confisus uelocitate, minus caute cum eis manus conferens, ab uno eorum ignobili a tergo uenabulo transfixus occubuit prope *Zwickau* in octaua Epiphanie Domini anno M.CCC.XV. in *Cella* sepultus.

Friderici landgr. Thur. & march. Misn. uxor 1. Agnes, *quae moritur* 1293.

1315. §. CXXXIII. Post mortem prime uxoris duxit aliam uxorem *Elizabeth* filiam Comitis de *Arnshaug*, cum qua terram *Arnsau* & *ciuitatem nouam* cum uicinis terris acquisiuit una cum ciuitate *Ihenis*, prout de hoc constat ex relatibus plurimorum hoc recordantium. Fuit hec *Elizabeth* honesta ualde & deuota ac elegante stature, die noctuque bonis operibus insistendo, quam Deus ante finem uite sue, ut beatam Elizabeth olim in paupertatis palea probauerat; sic illam cecitatis obteruia flagellauit. Genuit preterea ex eadem *Elizabetha* filium *Fredericum illustrissimum* principem, de quo in subsequentibus dicetur.

2. Elisabetha *de* Arenshaug, *cum qua adquirit Arnshaug, Ienam, &c.*

§. CXXXIV. Hic marchio *Fredericus*, prout dictum est, data tota terra *Missn.* & *orien-*

Frid. admorsus pauper factus.

orientali pro redemptione ſuorum militum, adeo pauper factus fuit, quod tribus equis contentus tamen modico tempore cognatorum hoſpitio & ſolatio frueretur. Tandem omnipotens Deus, qui iuſtum nunquam derelinquit, ſed poſtquam ſuum fideliſſimum principem deiecit, glorioſius ex poſt ipſum uictoria triumphali contra *Swewos* ſuos inimicos ſublimauit. Nam Rex *Adolfus* de *Naſſow* commiſit terram *Miſſn.* & *orientalem* patruo ſuo, & abiit in partes ſuas *Reni*.

§. CXXXV. Videns autem *Fredericus* marchio, quod Rex nihil ſibi de patrimonio ſuo reſtitueret, cum tamen plurima dona ſibi promiſiſſet, aſſociatis ſibi bonis ſociis nocte quadam caſtrum firmiſſimum *Rochelitz* ſilentio intrauit per murum atque cunctos *Reynenſes* & *Sweuos* inibi captiuauit; Sic aliquantiſper refrigeratus quadam die, dum comes de *Naſſow* de *Dobilin* in *Oſſatzt* equitare cum ſuis uellet, marchio *Fredericus* cum fratre ſuo *Titzmanno* marchione *Luſatie* inſidias latentes cum pluribus armatis in quodam rubeto habentes comite de *Naſſow* properante de inſidiis uiriliter ſurgunt, comitem cum uiginti *militaribus* captiuarunt captumque in caſtro *Rochelitz* cum ſuis detinuerunt, ſtatim in carceribus coegerunt illum reſtituere caſtrum *Lichtenwalde* & ciuitates *Dobelin*, *Gicau* & *Borniz*, quibus rehabitis nichilominus comitem in uinculis detinentes euentum rei expectabant.

Expugnat abſente Adolpho caſtrum Rochliz;

& item comitem de Naſſaw cum ſuis capit ipſumque reſtituere cogit ciuitates quaſdam & caſtrum Lichtenwald.

Adolphus interfectus fuit. *Albertus dux Austrie eligitur in regem Rom.*

§. CXXXVI. Comite siquidem in uinculis existente REX *Adolphus* electus patruus suus interfectus fuit & electus fuit in REGEM ROMANORVM *Albertus* dux *Austrie*, qui eundem *Adolfum* interfecit. Ad quem *Fredericus* marchio accedens pro beneuolentia captanda primo sibi omnia restituere promisit; sed tandem promissum non tenuit & marchiam *Missn.* rex *Albertus* patruo suo beneficio imperiali concessit.

Comes de Nassow fugam init.

§. CXXXVII. Audiens Comes de *Nassow* in uinculis *Frederici* marchionis patruum suum regem interfectum & nouum regem electum fidem de non recedendo marchioni fregit & nocte quadam de terra *Missn.* in partes suas auffugit, qua *felonia* facta ciuitates *Liptzik*, *Friberg* & tota terra *Missn.* & *orientalis* se ad *Fredericum* marchionem sponte conuertit, quos idem benigne recepit ac imposterum fideliter sibi astiterunt, exceptis quibusdam *comitibus* & *baronibus*, ut infra dicetur. Sic *Fredericus* marchio totum patrimonium suum amissum Dei prouidentia recuperauit.

Fredericus marchio recuperat suas terras.

Albertus rex exercitum mittit in Misniam, sub comite de Nortimberg. 1307.

§. CXXXVIII. Sequenti anno uidelicet M.CCCVII. tempore isto, quo reges ad bella accedere consueuerant, rex *Albertus* misit comitem de *Nortimberg* cum magna multitudine *Sweuorum* & *Reynensium* ad terram *orientalem* non sine conniuentia *comitum* & *baronum* multorum, qui postquam uenerant, eisdem contra proprium dominum marchionem & naturalem illis *Sweuis* prestiterant auxilium, consilium & fauorem

publice

publice & occulte: sicque *Sweui* per ciuitatem *Pigauiensem* transeuntes ex eadem ciuitate uictualia sibi procurarunt.

§. CXXXIX. Tandem multis malis per *Sweuos* perpetratis in uicinis oppidis, *Katow*, *Lobesitz* & aliis multis spoliatis & deuastatis, ante oppidum *Luckow* in campestribus tentoria posuerunt, multas matronas honestas & uirgines dehonestabant; fertur etiam, quod aliqui dissoluti ex eis imaginibus beate uirginis & sanctorum contumeliam & blasphemiam intulissent. Quare Deus omnipotens, qui presto semper est suis humilibus gratiam infundendo & superbis resistendo, cito eosdem compescuit & domauit.

Oppidum Luckow.

Sueuorum hostilitates.

§. CXL. Nam *Fredericus* marchio *Missn.* & *Titzmannus* frater suus marchio *Lusatie* iam recollectis uiribus in ciuitatem *Liptzensem* omnes bellatores, *milites* & *militares*, ciues & rusticos congregarunt, confessione sacerdotali peracta ac clericis & religiosis inibi constitutis congregatis missam solempnem decantari fecerunt, agonem & certamen, quod prelia tunc erant, deuotis precibus Deo commendabant. Sicque recepta sacerdotali benedictione, gladio & armis, ut Iudas Machabeus, ad bellandum se succinxit dicens: *Melius est nos mori in bello, quam uidere mala gentis nostre & sanctorum. Da galeam hodie super caput meum trium terrarum, uidelicet Missn. orientalis Thuringie insigniorum prelii & torneamenti insignitam, adiuuet nos Deus, sicut iusti-*

Marchiones fratres pratelium parant.

 tiam

Victoria Friderici contra Sweuos prope Luccam.

tiam habemus. Sicque cum suis confidenter *Sweuos* prelio audacter adiit, eosdem uicit, peremit & captiuauit liberans patriam ab eorum incursibus usque in hodiernum diem. Marchio *Fredericus* potitus uictoria tali letus cum suis *Liptzik* rediit dignas Deo gratiarum actiones exsoluit.

Fridericus mortuis patre & fratribus solus eorum terras obtinet.

§. CXLI. Post hec mortuo patre suo *Alberto Thuringie* lantgrauio in ciuitate *Erfordensi* & in monasterio beate uirginis sepulto, mortuo similiter fratre suo *Titzmanno* apud predicatores in *Liptzik* sepulto, ut supra scriptum est, *Fredericus* illustris princeps lantgrauiatum *Thuringie*, marchiam *Missn.* & *Lusatie* cum terra *Plissenensi* & *orientali* regione solus potenter obtinuit cunctisque principibus uicinis formidabilis fuit cepitque emulos suos persequi & omnino, qui se gratie sue reddere nolebant, exterminabat.

Contra Erfordenses ciues arma mouet.

§. CXLII. Tandem *Errfordenses* impetiit, quia pater ipsius *Albertus* multa iura, iurisdictiones & theolonia contra filiorum suorum uoluntatem ipsis Errffordensibus donauit seu obligauit, que cum *Fredericus Thuringie* lantgrauius & marchio *Missn.* ab eisdem uendicaret & repeteret, ipsi de pecunia & de potentia sua gloriantes sibi eorum, que possiderent, non posse nec uelle restituere asserebant. Quapropter Erfordenses de pecunia sua confisi Comitem de *Orlamünde* & *Wymar Hermannum* sibi in auxilium sub eorum tributo conduxerunt, qua de causa lantgrauius *Fredericus* castrum suum optimum

Expugnat castra Orlamunde & Wymar.

mum *Orlamünde* & castrum *Wymar*, *Madela*, *Vipech* obsedit atque uictoriali gloria contra suum inimicum castrum *Orlamünde* & *Wymar* expugnauit & optinuit regnoque *Thuringie* adiunxit usque in hodiernum diem.

§. CXLIII. Persentiens autem *Hermannus* potentiam tanti principis sufferre non posse, prouolutis pedibus & prostratus gratiam principis humiliter impetrauit, quod si non fecisset, quasi exul & peregrinus de terra *Thuringie* propulsus fuisset. Tandem dicto comite de *Orlamünde* reconciliato compulsus fuit Erffordenses, quorum prius adiutor exsistebat, diffidare. *Hermannus com. de Orlamunda pacem petit*

§. CXLIV. Congregauit itaque *Fredericus* lantgrauius & marchio *Thuringie* exercitum copiosum ualde, adiutorio multorum *principum*, *comitum* & *baronum* *Erffordiam* obsedit multo tempore, eisdem *stratas* publicas concludendo, terras & uillas eorum deuastando, in tantum eosdem compulit, ut omnia & uniuersa, que *Albertus* pater ipsius iniuste in odium filiorum ipsis dederat uel uendiderat, restituerunt atque amicitiam suam decem *milibus marcarum* argenti super hec compararunt. Sicque gloriosus princeps quasi monarchus in regno & principatibus suis existens aliquantisper plena gauisus est securitate & quiete. *& Fridericum march. contra Erfordienses ciues iuuat. Erfordia obsessa.*

§. CXLV. Nuper mortuo *Titzmanno* marchione *Lusatie*, ut supra dictum est, frater *Frederici* *Fredericus* in terra & principatu *Thuringie* plurimum preliante contigit

Walde-

Waldemarum marchionem *Brandenburgensem* ciuitates & castra & totam *Lusatiam* occupare.

Friderici admorsi contentio cum Waldemaro march. Brandenb. de Lusatia.

§. CXLVI. Sopita discordia cum Errfordensibus cepit *Fredericus* pro marchia *Lusatie* cum marchione *Waldemaro Brandenburgensi* contendere, & plura placita habere secum. Sed *Waldemarus* de potentia sua & maxime, quia possessionem *Lusatie* iam habebat, confisus, cepit *Frederico* lantgrauio & marchioni fortissime resistere, sicque *gwerra* exorta est maxima inter eos. Marchione *Frederico* in *Misna* existente quadam nocte *satellites* & *militares Waldemari* per murum ciuitatis *Hayn* trans *Albeam* intrantes clandestine uigilibus & ciuibus presci-entibus plus quam triginta uel citra eorum, qui intrauerant, captiuarunt. Statim hoc *Frederico* principi uersus *Missniam* nunctiarunt, qui gauisus statim equum suum insiliens, quam citius suis non expectatis *Haynis* properauit mane diluculo. Alii autem socii eorum, qui captiuati fuerant, foris murum forte studiose remanserant, ut, si quos aduenientes inuenirent, in cambium suorum captorum similiter captiuarent.

Ciuitatem Hayn Brandenburgenses occupare tentant.

Frid. capitur.

§. CXLVII. Accidit, proch dolor! quod inclytus princeps precise manus inimicorum suorum ante muros incidit. Sicque captiuus abductus fuit & *Waldemaro* marchioni *Brandenburgensi* presentatus. Tandem, cum inclytus princeps se redimere uellet, in tantum ab eo extorquebant, quod utique eum sic depauperarent, quod se uindicare

dicare in poſterum utique non poſſet. Quare *triginta milia marcarum* pro redemtione ſua conſtituit omnibus captiuis in *Hayn* primo libertate donatis; Item coactus fuit renunciare pro ſe & ſuis heredibus omni iuri in actione ſibi competenti in marchia *Luſatie* & in caſtris *Landisberg*, *Eckirsberg*, *Nuenborg*, que pater ſuus dicto *Waldemaro* obligauerat; Preter hec omnia pro redemptione ſua fuit compulſus dare pro pignore caſtrum *Miſſn.* ciuitatem *Friborgenſem*, patruo dicti *Waldemari* preterea dilectam unicam filiam ſuam compulſus fuit promittere in matrimonium comiti de *Anhalt*, de quo plus doluit, quam de omnibus aliis perſoluendis. Eoque ſoluto de captiuitate computata ſunt plus, quam *centum milia marcarum* pro redemptione, una cum dampnis & expenſis, expoſita fuiſſe.

Pro redemtione ſua 30. millia marcar. ſoluere & praetenſioni in Luſatiam &c. renunciare coactus eſt, item filiam ſuam unicam patruo Waldemari in matrimonium dare.

§. CXLVIII. Libertate potitus patruum *Waldemari* perſequi cepit eumque de terra *Miſſn.* & de caſtris *Landisberg* & *Miſſene* potenter effugauit. Tandem ſenio & labore fatigatus unico filio ſuo *Frederico* filiam *Mechtildam Lodewici* IMPERATORIS in matrimonium ſociauit, cui gubernacula principatuum *Thuringie*, *Miſſnie* & *Orientalis* regionis cum terra *Pliſſenenſi* committens obdormiuit in Domino anno M. CCC. XXIII. in *Iſenaco* apud ſanctam Katharinam, ut dicitur, ſepulto. Pro merito incliti noſtri principes moderni ſui pronepotes exorare tenentur, quia ſua magnanimitate & audatia uiriliter pugnans pro patria ſua eam feli-

Moritur 1323. ſucceſſorem filium Fridericum relinquens.

citer & uictoriose obtinuit suis filiis & nepotibus iuste hereditauit.

Friderici liberi ex uxore Mechtilda

§. CXLIX. *Fredericus* siquidem precedentis *Frederici* filius *Thuringie* lantgrauius & marchio *Missn.* ex *Mechtilda* filia *Lodewici* IMPERATORIS genuit quinque filios, quorum primus mortuus fuit in pueritia. Secundus filius *Fredericus*, pater principum nostrorum *Friderici* & *Wilhelmi*, natus fuit anno Domini M.CCC.XXXII. in die Borchardi confessoris. Tertius *Balthasar* natus fuit anno Domini M.CCC.XXXVI. in die Thome apostoli. Quartus filius *Lodewicus* natus est anno Domini M.CCCXL. in crastino Mathie apostoli. Quintus *Wilhelmus* natus fuit anno Domini M.CCC.XLIII. in preuigilia sancti Thome apostoli. Duas habuit filias, una fuit abbatissa in *Suscelitz*, altera nupsit inclyto principi *burggrauio Nurenburgensi*, de qua genuit burggrauios hodiernos.

1. Fridericus, *natus* 1332. 2. Balthasar *natus* 1336. 3. Ludouicus *nat.* 1340. 4. Wilhelmus *nat.* 1343. *eius duae filiae.*

Castrum Eckirsberg obsedit & expugnauit.

§. CL. Hic *Fredericus* inclytus princeps alienata per *Albertum Thuringie* lantgrauium auum suum, que pater ipsius non recuperauerat, strenue cepit uindicare atque pacis zelator prudentissimus potentia sua omnibus uicinis suis formidabilis fuit. Nam castrum *Eckirsberg* in *Thuringia* obsedit, raptores regni tunc de *Meldyngen* dictos de dicto castro expugnauit. Castra *Heseler*, *Willerstete*, *Rassinberg* funditus destruxit atque raptores de hiis penitus exterminauit.

Dornborch.

§. CLI. Castrum etiam fortissimum *Dornborch* cum castello uicino adiacenti super fluui-

fluuium *Salam* magnis laboribus & sumptibus expugnauit & cepit, quod & nepotibus suis hodierna die reliquit. Castrum etiam firmissimum *Friborg* cum oppido expugnauit & cepit atque raptores exinde eiecit, quod tunc episcopus *Merseburgensis* pro summa pecuniarum cum aliis castris in pignus ab ecclesia *Magdeburgensi* detinuerat. Causam expugnationis dicti castri *Fryborg*, alias *Nuenborg*, ab his *militaribus* & militibus, qui hoc uiderant & presentes in obsidione fuerant, certa relatione audiui sepius ita euenisse.

Castrum Friborg expugnatur. Friburgum Ep. Merseburg. oppignoratum.

§. CLII. Contigit mercatores *Polonos*, *Slesitas* cum magnis mercimoniis & multo thesauro cum pluribus curribus & equitibus transire per terram *Missn.* & *orientalem*, quousque peruenerunt in ciuitatem *Nuenborgensem*, ubi tunc pernoctabant, quo illi comperto in castro *Friborg* ut puto aduocato, qui fuit unus *baro* uel *ministerialis* de *Hoyme* uel de *Scraphila* & erat cognatus episcopi *Merseburgensis*, de mane congregatis raptoribus & armatis dictis mercatoribus trans *Salam* fluuium in *Thuringia* prope *granarium Portensis monasterii* dictum *Gernestede* in ripa *Trennewitz* insidias ponunt, ipsos depredarunt & captiuarunt, totam predam cum curribus & equis & captiuis in castrum *Friborg* uicinum abducunt. Vbi unum prothonotarium regis *Polonorum* circa currus equitantem, occiderunt. Cuius crux lapidea cum inscriptione litterarum in signum interfectionis ibidem hodie cernitur.

Narratio de obsidione castri illius.

Prin-

Princeps *Fredericus Thuringie* lantgrauius & marchio *Missn.* ex eo, quod dicta rapina facta fuit in territorio & dominio suo, & presertim in suo saluo conductu, predam una cum captiuis sibi libertati donari postulauit, alias si non facerent ipsum castrum expugnaturum comminatus fuit. E contra responderunt, sibi nec minimum quadrantem restituere uelle, de firmitate castri confisi & de iuuamine archiepiscopi *Magdeburgensis* & episcopi *Merseburgensis* & aliorum multorum *Saxonum*. Quid plura? inclitus princeps iusto iudicio dictos *castrenses* diffidauit, exercitu ualde congregato castrum obsedit, multo tempore cepit & expugnauit & usque in hodiernum diem pro se & suis heredibus optinuit, seu uerius, tanquam patrimonium suum per auum suum *Albertum Thuringie* lantgrauium male alienatum recuperauit.

Ciuitas Salza expugnatur & inceneditur.

§. CLIII. Insuper manu ualida una cum archiepiscopo *Moguntinensi* ciuitatem *Saltza* obsedit, eam graui incendio, ut dicitur, in uindictam illorum *ribaldorum*, qui nudatis posterioribus per murum pudibunda sibi & suis ostendentes, cepit & expugnauit, quam tunc pro dimietate pro se & pro suis heredibus, pro alia medietate ecclesie *Moguntine* obtinuit. Sicque coniunctim dictam ciuitatem *Saltza* & castrum una cum archiepiscopo *Moguntinensi* usque ad finem uite sue obtinuit. Tandem filius suus *Balthasar Thuringie* lantgrauius cum archiepiscopo & capitulo *Moguntino* hodierno concambium fecit, quod sibi certa oppida in finibus

Salzae oppidi dominium diuiditur inter archiep. Mogunt. & march. Misn.

Thu-

Thuringie pro sua medietate in *Saltza* donauit; sicque totum dominium ciuitatis & castri *Saltza* ad principes hodiernos deuenit. *Ciuitas Salza tota adquiritur landgrauiis Thur.*

§. CLIV. Multa quidem talia insignia facta gloriosus & inclytus princeps fecit, que sunt nota. Volens igitur magnificare locum sepulturae suae & suorum progenitorum in *ueteri cella* capellam in honorem beati Andree apostoli pulchram & ornatam funditus de nouo erexit, ubi ipse cum uxore sua *Mechtilde* in Domino requiescit anno Domini M.CCC.XLIX. in nocte sancte Elizabeth. Domina autem *Mechtildis* uxor ipsius premortua fuit anno Domini M.CCC.XLVI. *Fridericus moritur 1349. eius uxor uero 1346.*

OBSERVATIO.

Cum haec fragmenta ex uetustis membranis uere GENEALOGICA sint: curauimus, ut, ordine alias solenni, GENEALOGIAE exhiberentur in TABELLIS, quas hic damus. Quod cum *oculos* adiuuent illae, tum *memoriam*: quo sanguinis aut affinitatis uinculo personae familiaeque coniunctae inuicem cohaereant.

STEMMA GVELPHICVM.

Ericus seu *Welpo* princeps Boioariae. p. 150.

- *Henricus* de Rauensberg p. 150. 152.
- *Iuditha*, ux. Lud. pii imp. p. 150.

Children of Henricus de Rauensberg:

- *Rudolphus* p. 152.
- *Welpo* p. 152.
- *Conradus* episcopus Constantiensis. p. 152.

Son of Rudolphus: *Welpo*, cuius uxor 1) erat Etelinga, Ottonis D. de Bauaria filia. p. 153. 2) Iutta filia Ruperti com. de Flandria. p. 152.

Children of Welpo:

- *Cuniza*, uxor Azonis Ateftini p. 152.
- *Welpo* dictus iuuenis, moritur ἄπαις p. 152. ⁀ *Mechtildis* de Lombardia.
- *Henricus* Welpo senior dictus p. 152. 153. ⁀ *Wulfilda* filia ducis Saxon. magni.

Children of Henricus and Wulfilda:

- *Henricus*, p. 154.
- *Welpo*, p. 154.
- *Iuditha*, uxor Friderici de Sueuia p. 154.
- *Sophia*, uxor 1) Bertoldi de Zæhringen. 2) Luppoldi marchionis de Styria. p. 154.
- *Wifelda*, uxor Rudolphi com. de Bregensse. p. 154.
- *Mechtildis* ux. 1) Theobaldi, 2) Beringeri com. de Salzbach. p. 154.

Eticus seu *Welpo* princeps
Boioariae. p. 150.

Henricus de Rauensberg p. 150. 152.

Inditha, ux. Lud. pii imp. p. 150.

Rudolphus p. 152.

Welpo, cuius uxor 1) erat Etelinga, Ottonis D. de Bawaria filia. p. 153. 2) Iutta filia Ru-

Welpo p. 152.

Conradus episcopus Constantiensis. p. 152.

TAB. I.

STEMMA MARCHIONVM MISNENSIVM WITEKINDEVM.

Witekindus M. anno 785.

Wicbertus p. 171. 173.

Waltbertus p. 173.

Theodericus, com. de Wettin. p. 174. — Witkiudus, — Lymnod, — Regebern, pugnans contra Danos. 173.

Thieberga filia Theod. march. p. 174. ⌣ Dedo à Werinzone interfectus p. 174. — Fridericus de Yleborch prole mascula destituitur p. 175. — Mechtilda uxor Hinrici aucupis

Otto M. p. 174.

Theodericus march. in Wettin & com. in Eulenb. p. 175. ⌣ Mechtilda filia Eckehardi march. p. 186.

Fridericus episcop. Monaster. p. 175. 190. — Dedo com. in Brene ux. 1) Oda, 2) Adelheids, illa mater, haec uidua com. de Orlam. Ottonis p. 175. p. 192. adquirit march. Lusat. p. 190. — Tymo, uid. Tab. II. — Gero uid. Tab. II. — Conradus ux. eius Othildis de Kathelenborg — Riddagus, moritur ἄπαις p. 192. — Hidda, ux. D. Bohem p. 177.

Berta ux. Beringeri p. 177. 192.

Dedo iunior, obiit puer. p. 192. — Adelheidis ux. Ernesti de Bawaria p. 176. — Agnes, ux. Frider. com. palat. de Sommerschenburg. p. 176. — Dedo p. 176. — Hinric. de Yleborch. sen. p. 176. ux. Gerdruda de Brunsw. p. 92. — Conrad. p. 176.

Hinric. iun. ao. 1127. p. 178. 192. obiit sine prole

TAB. II.

Yda filia Ottonis ducis de Northeym. p. 176. 188. ‿	Tymo com. in Wettin, adquirit march. Misnensem. p. 190.	Gero com. de Brene. ‿	Berta uidua Pupponis de Wippera. p. 176. 192.

Berta filia Wiperti de Groyz p. 193. ‿	Dedo	Conrad. adquirit march. Misnensẽ & Lusat. † 1156. p. 197. ‿	Luthard. filia Alb. de Sueuia † 1146. p. 178. 194.	Mechtilda Geronis ux. com. Bawaria. p. 176. 189.	Theodericus, p. 176. 192.	Wilhelm. com. de Chamborch. p. 177. 192.	Guntherus ep. Cizensis. p. 177. 192	Willa abatissa de Gerbsted. p. 177. 192	Diechburga praeposita Gernrodensis p. 177. 192.

|
Mechtil. ux. Rabodon. com. p. 177. 193.

Hinricus obiit puer p. 178. 198.	Otto marchio Mis. † 1189. ex ux. Hedw. fil. Albert. march. Br. genuit.	Theoderic. marchio orient. † 1184. p. 178. 198 ux. Dobern. f. Luthard. soror Miseon. D. Polon. cuius filius Conr. moritur ἄπαις 1175.	Dedo com. de Rochliz p. 178. 198. uid. tab. III. adquirit march. Misnens.	Hinr. com. de Wettin. p. 178. 198. ux. Sophia nobilis femina de Austria. vid. Tab. III.	Fridericus com. de Brene p. 178. 198. uid. Tab. IV.	Agnes abbatissa Quedlinb. p. 178. 198.	Oda & Berta, abbatissae Gerbsted. p. 179. 198	Gertrudis ux. com. pal. de Rheno. p. 178. 198.	Adela, ux. Suenonis regis Danorum p. 178. 198	Sophia, ux. Gebhardi com. de Bawaria. p. 179. 198.

Albert. † 1130. ux. filia Frid. fratris Ottok. D. Boh. p. 180. 181.	Theoder. com. de Weissens. p. 210. an. 1127. uid. Tab. IV.	Adelam, ux. Odokari D. Boh. p. 207. 207.	Sophiam, ux. Odalrici D. Boh. f. burggr. de Reynsborg p.	Theodericus.

|
N. fil. ux. Herm. de Lowedeb. 181.

TAB. III.

Mechtilda filia Gofw. com. de Hunoldesburg. p. 181. ⌣ Dedo com. de Rochliz adquirit march. Mis. & Luf. p. 219. p. 182. †1190.

- Theod. com. de Sommerfcheb. prim. com. Pal. heredit. iure † 1207. p. 181. ux. Mechtild. filia Ludouici com. de Thuringia
  - Agnes
- Philip. præpofitus p. 182.
- Gofw. Henr. uterq. in iuuentut. mortuus p. 182.
- Conrad. march. p. 182. † 1210. 1211. ux. Elizab. filia D. Pol. Mefec.
  - N. filius, qui in pueritia obiit.
  - Mechtilda ux. Alberti march. de Brandenb.
  - Agnes ux. Hen. com. pal. de Rheno.
- Agneta ux. duc. de Meran. p. 182.

Hinric. com. de Wet. † 1290. ⌣ Sophia, ex Auftria

- Henr. † 1287. in pueritia.
- Conradus, obiit puer.
- Odalric.
  - Henric.
- Soph. ux. Burchard. Burg. Mag.

LIB. III.
ANONYMI CATALOGVS
HAVELBERGENSIVM EPISCOPORVM
cum DIPLOMATIBVS & SIGILLIS.
AB AN. DCCCCXLVI. AD AN. CIↃDC.

I. VDO siue OVDO.

AB Ottone I. imperatore, episcopatus *Hauelbergensis* conditore, primum est nominatus episcopus anno DCCCCXLVI. indictione secunda, anno imperii eius decimo. Superest diploma illius quo templum cathedrale & episcopatum *Hauelbergae* instituit dicauitque diuae uirgini *Mariae*. Cuius initium his uerbis legitur: *damus dilecto nostro amico Oudoni.* Veteres etiam rhythmi leguntur, communicati a collegio *canonicorum Hauelbergensium*, quos hic bona fide damus:

(Margin: I. OVDO 946. alii 964. alii 970. *Otto M. conditor episcopatus Hauelb.*)

Hauelbergensis *urbs nobilis & sacra gaude!*
Pro donis uariis diuina fungere laude.
Olim Plutonem, Ben *&* Triclaff *coluisti;*
Nunc conuersa *manes sancti colonia Christi*
Rex Hortingorum (*alii* Harlungorum) *quondam tua moenia cinxit;*
Te rex conuertit Carolus *& magnificauit*;
Otto *fundauit, dotauit, pontificauit.*
Sanctus NORTHBERTVS *te fecit religiosam,*
Albis uestitam tanquam sponsam speciosam.

(Margin: *Rhythmi de* HAVELBERGENSIS *episcopatus origine.*)

Nobilis ecclesia, *prae cunctis nobilitata,*
Optime fundata, stes firmiter aedificata.
Ergo Deum lauda, qui te sic nobilitauit,
Non sis elata, sed respice significata
Nominis impositi, & partim nomine riui
Et partim montis, *nunc* Hauelberga *uocari.*
In laetis humilem desuper respice uallem
Ac semper fluidum uicinum respice riuum
Qui signat casum, *felicibus esse propinquum.*
Cernens incursum, conuallem desere, sursum
Suscipe, nam petra *stas firmiter aedificata*
Constituens cunctis caput esse fidelibus ipsis
Praesertim Schlauis *nouiter fidei sociatis*
Primum pontificem statuit tibi Caesar VDONEM
Vt dictis Schlauis reseraret uerba salutis.

Picturae argumentu eiusdem. Addit praeterea M. Hauekenthal uerba, quae pariter sequuntur: Praecedentium *rhythmorum* explicationem praebuit *pictura,* quae in arcis *Witstochianae* aula maiori de picta fuit & mansit usque ad *gubernationem* episcopatus IOHANNIS GEORGII *march. Brand.* qui tantisper nomine filii *Ioachimi Friderici* adhuc *pueri* praefuit episcopatui, cum *Witstochii* tum *Zechlini* residentis, donec *electoratus* per *patris* obitum, *Ioachimi* uidelicet secundi an. 1571. suscipiendus & adeundus erat. Hic igitur calce ueterem istam picturam obduci mandauit & extingui tum *monachos,* tum *episcopos,* satis superque longo tempore spectatos. Aulam istam uocant: *den Sommersaal.* Pictura talis fuit, qualis adhuc exstat *Hauelbergae* in ecclesia cathedrali, quando *e choro* proceditur uersus meri-

meridiem *in den creutzgang.* Vbi & *episcopi* multi & praecipui *canonicorum* sepulti sunt, mox ad sinistram ingrediendo. Et spectatur diuus *Otto*, imperiali *diademate* & *purpura* insignis. Iuxta latus adstat princeps elect. *Brand.* habitu *electorali* conspicuus. Diuus autem *Otto* manu tenet *templum* pulchre depictum ac illud uirgini gloriosae *matri* Domini in sinu tenenti puellum Iesum humiliter offert. Hinc post hosce ordine spectabantur in arce *tres pontificiali habitu imagines*, quibus tamen nihil adscriptum aut subscriptum fuit; Ego uero existimo designatos fuisse 1) *Nortbertum* episcopum Magdeburgensem 2) *Vdonem* primum huius dioeceseos episcopum. Nam reliquis *ordine succedentibus* picturis sua adscripta fuerunt nomina usque ad Henricum I. qui in ordine praesulum XVI. fuit. *Imagines episcoporum Hauelbergensium.*

M. Andreas Angelus in rerum marchicarum *breuiario* scribit, quod an. 968. die 18. Octobr. pro quo annum 970. ponit Fabricius ex Dithmaro, *Vdo Hauelbergensis* episcopus ab archiepiscopo Magdeburgico sit inauguratus idque praesente caesare *Ottone* M. conditore.

II. HVLDERICVS

seu Hildericus, inauguratus an. CIↃ XXXVI. a Gieselario antistite Magdeburgico. II. HVLDERICVS *an.* 1036.

III. ERICVS

a DAGENONE archiepiscopo *Magdeburgico* inauguratus CIↃ LXVI. III. ERICVS. 1064.

IV. GODESCHALCVS

a Gunfrido sexto archiepiscopo *Magdeburgensi* inauguratus an. 1095. IV. GODESCHALCVS. 1095.

V. RVPERTVS 1097. *Ordinis Wilhelmitarum origo.*

V. RVPERTVS

Aut, ut *Hauelbergae* quoque legitur, Winandus ab Hartwigo decimo archiepiscopo *Magdeburgensi* ordinatus est. Quo tempore ordinem *Wilhelmitarum* condidit Wilhelmus dux *Aquitaniae* anno 1096.

VI. HEZZELO.

VI. HEZZELO

Seu *Hasalo* ab eodem archiepiscopo Hartwigo inauguratus est. Angelus in *Breuiario* p. 29. haec tradit: Circa an. 1108. *Hasalo* seu *Hezel* fuit episcopus *Hauelbergensis*. Pomarius enim & Wernerus in *chronicis Magdeburgicis* testantur, Adelgotum undecimum archiepiscopum *Magdeburgicum* a nostro *Hasalone* inauguratum fuisse.

VII. BERNHARDVS. VIII. HENNINGO.

VII. BERNARDVS

VIII. & HENNINGO

Vterque ab Adelgoto dicto archiep. *Magdeb.* ordinatus est.

VIIII. GUMBERTVS.

IX. GVMBERTVM

Rocherus 12mus archiepiscopus *Magdeburgensis* inaugurauit, obiit diem supremum an. 1126. consentiente citato Angelo in *breuiario* p. 21. eodem anno 1326. uti Chytraeus *lib. 4. chron. Sax.* tradit, mortuus est Gumbertus nonus episcopus *Hauelbergensis*, cui successit Anshelmus.

X. ANSHELMVS. *Northbertus archiep. Magdeb.* 1144.

X. ANSHELMVS

a NORTHBERTO 13. archiepiscopo *Magdeburgensi* inauguratus est. De quo ita legitur: Anshelmus fundauit ecclesiam & monachorum collegium in Hiericho ad Albim 1144. Huius episcopi temporibus canonici Hauelbergenses, qui antea seculares fue-

fuere, ordinem Praemonſtratenſium ſuſceperunt fundatum a Northberto anno Domini 1119. Obſeruantes hunc ordinem erant albis ueſtibus induti, iuxta regulam ſancti Benedicti, quo ſpectant ſupra allegati rhythmi:

Monaſterium Ierichouienſe conditum. Canonici Hauelbergenſes ord. Praemonſtratenſem profitentur.

Sanctus Northbertus te fecit religioſam
Albis ueſtitam &c.

Eadem ſcribit Angelus p. 32. Anno Chriſti 1144. *Alberti* Vrſi *filius marchio* Brandenburgicus Anshelmus *epiſcopus* Hauelbergenſis *coenobium* Ierichouienſe *ordinis* Praemonſtratenſis *conſtruxit*. Porro: anno 1150. Anshelmus *marchio* Brandenburgicus & *epiſcopus* Hauelbergenſis *Romam profectus eſt petiturus a pontifice Eugenio nomine Conradi marchionis* Miſniae, *ut permitteret monaſterium* Niemecenſe Lauterbergenſi *ſubiici*.

Monaſterium Niemecenſe Lauterbergenſi ſubiicitur.

XI. WALO

XI. WALO. 1170.

ab XVI. archiepiſcopo *Magdeburgenſi* Wichmanno inauguratus epiſcopatui *Hauelbergenſi* praefuit circa an. 1170. conf. Angelus p. 34.

XII. HVBERTVS

XII. HVBERTVS. 1176.

Ab eodem Wichmanno inauguratus uitam finiuit anno 1176.

XIII. ELEMBERTVS,

XIII. ELEMBERTVS. 1191. *Ordinis* Praedicatorum origo.

Quem idem archiepiſcopus *Magdeburgenſis* Wichmannus ordinauit, defunctus eſt an. 1191. qua aetate ordo *Praedicatorum* autore beato *Dominico* coepit.

XIV. SEGEBADO

XIV. SEGEBADO, 1206.

Ab XIIX. archiepiſcopo *Magdeburgenſi* Alberto inauguratus eſt. Cuius aetate ordo

do *Ordo* fra-

trum minorum conditus. do *fratrum minorum* a beato *Francisco* anno 1206. constitutus est.

XV. WILHELMVS

XV. WILHELMVS, 1219. Ab eodem Alberto archiepiscopo confirmatus & episcopus factus est anno 1219. His temporibus urbs *Witstock* condita fertur, de qua re uerba autoris libri manu exarati, quae legi & descripsi in conclaui palatii, ubi nominatorum episcorum cernuntur effigies, ita sonant: Decimus quintus Wilhelmus, quem ordinauit Albertus decimus octauus archiepiscopus Magdeburgensis anno Domini 1219. possessionem sedis accepit; fuit antea canonicus Hauelbergensis & cum promotus fuisset in episcopum ciuitatem *Witstock* transtulit de illo loco, ubi prius sita, ad locum, ubi nunc est sita. Obiit anno 1244. M. Hauekenthal, *sub hoc*, ait, Witstochium *in presentis oppidi formam consurgere coepit.* Angelus in *breuiario* p. 41. eadem habet: *eodem* anno 1244. Witstockium *primum muris circum datum est sub episcopo* Hauelbergensi *Wilhelmo.* *Witstockium* uero nomen accepisse dicitur a *Wizone* quodam *Venedorum* duce, qui castellum aedificare incepit, & *Stock* Venedis idem sonat ac castellum. Id minimum certum est, oppidum *Witstock* semper in uetustis sigillis suis & documentis *Wizstock* cum z scribi.

Witstockii oppidi origo.

unde nomen habeat?

XVI. HENRICVS I.

XVI. HENRICVS I. Eius inauguratio a uicesimo antistite *Magdeburgensi* Willebrando facta est. Eiusdem *effigies Witstockii* in conclaui, quod *Reuenther* i. e. *refectorium* uocant, ultima est. Quumque

Leges de hereditatibus tulit.

postea

postea ciuium augeretur numerus multaeue lites de bonis exorirentur, legem de *hereditatibus* tulit; senatui uero oppidano tertiam partem quaestus ex collegiis opificum concessit, quo priuilegio in tabulario *Witstockiensi* antiquius non extat huiusque tenoris est.

HENRICVS Dei gratia, *Hauelbergensis* ecclesiae episcopus omnibus hanc paginam uisuris in perpetuum. Temporales actus absorbere solet plerumque humani generis dolus uel odium, nisi firmo fallentur testimonio uel adminiculo literarum. Cum igitur omni sollicitudine ac prudentia commissae nobis ecclesiae debeamus utilitatibus & commodis merito prouidere & eiusdem incrementis animo peruigili actuque solerti intendere, quatenus crescat in mundanis & spiritualibus dilatetur uirtutibus omnium Christi fidelium scire uolumus dilectionem, quia ciuibus in *Witstock* oppido eis deposcentibus ac crebris nos rogatibus sollicitantibus, sed & de speciali consilio *uasallorum* nostrae ecclesiae donauimus uti eo iure ciuili in *Witstok*, quo utuntur incolae *Stendalenses*. His tamen exceptis, scilicet quod tota hereditaria possessio simul & ea pars, quam uocant *heerwede* & *rade* defuncto marito uel uxore per medium diuidatur & una medietas cedat uiro superstiti, alia uero medietas inter heredes filios uel filias disponatur. Siquidem plures sint filii uel filiae coheredes & uno mortuo uel pluribus portio mortuorum inter uiuos aequaliter diuidatur. Si forte filii omnes uel filiae morian-

DIPLOMA 1248.


Stendalensium ius ciuile. Heerwede & Rade s. gerade. *quomodo diuidenda.*

riantur, solo patre uel solo matre superstite: illa medietas, quae attingebat heredes, scindatur per medium & una pars cedat illis, qui proximi sunt linea consanguinitatis; altera autem pars ad radicem, uidelicet patrem uel matrem reuertatur. Item si moriatur uir uxore uiua, uel e conuerso decedat uxor uiuo marito, tota substantia haereditaria in partes geminas partiatur & una pars cedat uiuo, reliqua uero medietas ad illos deueniat, qui uiciniores fuerunt consanguinitate. Item nimirum, si sine heredibus ambo forsitan moriantur, tota possessio diuidatur per medium inter eos, qui utrique parti proximi sunt linea consanguinitatis. Caeterum admittimus, ut *uadiaco* ciuium in *Witstock* sint quatuor solidi, *uadiaco* autem hospitum ibidem sub poena sit octo solidorum. Praeterea sententias ignoratas & dubias quaerant *Stendal*, si uelint, uel ubi illi de *Stendal* quaerere consueuerunt. Volumus etiam, ut, si consules oppidi in correctione iuris, quod ad eos pertinet, causa odii, gratiae uel timoris negligentes fuerint, per nos uel per nostrum aduocatum secundum iustitiam terminetur. Insuper tertiam partem quaestus, qui uocatur *innunge*, quae, iure principali, ad nos pertinebat, libere laxauimus, ita tamen, ut de hac portione & aliis oppidi prouentibus, honestati & utilitati oppidi amplius intendatur. Caetera omnia donauimus eis iuxta consuetudinem iuris ciuilis *Stendalensium* incolarum; ne possint haec imposterum aliquorum attemptationibus

Vadiaco.

Transmissio actorum

Innunge. Tertia pars quaestus ex collegiis opificum oppidano senatui Witstockiensi concessa.


1
+ S. HENRICI. DEI. GRATIA. EPS. HAVEL.
2 p. 271.
+ S. CIVITATIS. WITZSTOCHIEN.
3
+ SIGILLUM. OTTONIS. BRANDENBURGENS. MARCHIO.
p. 273.
4
+ S. ALBERTI. DEI GRATIA MARCHIONIS BRANDENBURG.
5 p. 275.
SIS. ECCE. EPS. + HENRICUS.

bus uiolari; ſed, ut firma maneant & inconcuſſa, praeſentis ſcripti munimine & ſigilli noſtri robore confirmamus, adhibitis teſtibus uiris idoneis, quorum haec ſunt nomina ſubarata; Wipertus *praepoſitus* in *Hauelberge*, Henricus *plebanus* in *Velowe*, Iohannes *miles* de *Plawe*, Eghardus *miles* de *Byſenslage*, Tydicus *miles* de *Brunnerswich*, Yo *praefectus* in *Lepin*, Hardwicus *aduocatus*, Henricus de *Boch*, Ludolphus de *Slowen*, Henricus de *Magdeborg*, Petrus de *Molendino* & alii quam plures. Datum Witſtock anno gratiae M.CC.XLVIII. per manum Olrici notarii noſtri, pontificatus noſtri anno quarto, idus Sept. *Teſtes.* *Dat. Witſtockii an. 1248.*

Ex quo ſimul patet Henricum epiſcopatus ſolium conſcendiſſe an. 1245. Sigillum diplomatis prae uetuſtate ruptum, ſed ex ea, quae reſtat, parte imago S. Conſtantii facile noſcitur, dextra lituum, ſiniſtra librum tenens. Eiusdem effigies etiam in ſigillis oppidi *Witſtock* expreſſa reperitur. Henricus I. diem obiit ſupremum an. 1270. SIGILLA *N. I.* 1245. *N. II.*

XVII. HENRICVS II. 1270.

Quem Conradus ex gente *Sternbergenſium* XXIII. archiepiſcopus *Magdeb.* anno 1270. inaugurauit, ex uita exceſſit an. 1290. De eo haec legi uerba in manuſcripto: Huius epiſcopi ſtudio & promotione eccleſia Hauelbergenſis eſt iterum conſecrata: legitur enim Hauelbergae, quod an. 1279. ipſo die Iuſti & Clementis confeſſorum eccleſia ab hoſtibus uiolata & optimis ornamentis incendio deleta ſit. XVII. HENRICVS II. 1270.

Anno

Historia de sacramento ablato a iudaeis 1287.

Anno 1287. in uilla *tho Techau* iudaei quidam sacramentum ob argenteam capsulam, monstrantia dicitur, furati sunt, hostiam eiicientes & manibus terentes, donec sanguis proflueret, quo conspecto iudaei istam humo tegebant. Quo in loco postea *marchio Otto* monasterium *sancti sepulcri* dictum exstruxit. Huius episcopi temporibus marchiones *Brandenburgici* Otto & Albertus oppido donauere paludem *Babyz* uocatam, ui sequentis diplomatis.

Babyz.

DIPLOMA 1276.

In nomine Domini amen. Nos OTTO & ALBERTVS Dei gratia marchiones *Brandenburgenses* recognoscimus & tenore praesentium protestamur, quod quicquid est inter *Babyz* per metas nunc signatas usque in paludem, quae uocatur *Babiz* siue ligna siue agri, siue pascua sint, siue prata uersus ciuitatem *Witstock*, eius proprietatem damus domino Henrico *Hauelbergensis* ecclesiae episcopo amico nostro dilecto & eius ecclesiae, ita tamen quod eadem proprietas, id est, ligna praedicta, pascua atque prata uel agri ad eandem ciuitatem *Witstock* debeant perpetuo pertinere. Vt autem haec nostra donatio in perpetuum rata & immobilis perseueret: praesens scriptum de certa nostra conscientia sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri. Testes autem qui praesentes fuerunt, sunt: Zabellus de *Redicstorp*, Zabellus de *Plawe*, Yo de *Konigsmarck* & Hermannus de *Plawe milites*, Dominus Petrus *praepositus* in *Witstock*, Dominus Bruningus *Plebanus* in *Wuzsterhusen* & ca-

Babyz.

Testes.

& canonicus ecclesiae *Lubecensis* & noster notarius & Bartholdus noster notarius canonicus ecclesiae Lubucensis. Datum Wuzsterhusen anno Domini M.CC.LXXVI. VIII. kal. Iunii. *Dat. Wusterhausen an.1276.*

Habet hoc diploma duo sigilla pendentia illaesa adhuc, quae depicta communicamus. Licet autem bina exemplaria archetypa supersint; maiores tamen nostri, quia eorum intererat, tempore episcopi Reineri, uti infra dicetur, confirmari sibi & ut aiunt, uidimari curauere. Ceterum Henricus II. priuilegia oppido ab antecessore concessa non tantum confirmauit; sed & auxit, nimirum dimidiam partem redituum ex collegiis opificum senatui donans forumque cum adiacente domo saltationibus dicata & tabernis uendens. Qua de re literae hae sunt: SIGILLA *N. III. & IV.*

HENRICVS Dei gratia *Hauelbergensis* episcopus omnibus praesens scriptum uisuris uel audituris in perpetuum salutem in Domino IEsu Christo. Quoniam ea, quae aguntur mortalium studiis, sueuit obliuio, quae peruenit ex successione temporum & morte decedentium, a notitia futurorum frequentius abolere; ideo necessarium duximus, ea, quae per nos nostri pontificatus tempore ad commodum futurorum profutura disponuntur, scriptis & linguis testium perhennare; cum igitur omni sollicitudine commissae nobis ecclesiae utilitatibus debeamus merito prouidere & eiusdem incremento solerter intendere, ut crescat in mundanis & uirtutibus spiritualibus dilatetur, reco- DIPLOMA

gnoſcimus & tenore praeſentium proteſtamur, quod ciuitati noſtrae *Witſtok* uendidimus totum forum pro pecunia numerata, uidelicet theatrum *Krambode*, & quicquid in foro & circa forum aedificatum eſt, uel adhuc aedificandum expedire uidebitur ciuitati, ita quod nemo, ſine ciuitatis conſenſu, aliquid iuris in ipſorum prouentibus aliquotiens ſibi praeſumat aut ualeat uendicare. Secundo, ipſis dedimus quandam libertatem, quae uulgo dicitur *innunge*, ut ex inde emendet ciuitatis munitiones & comparent, quae uidentur ciuitati ad commodum peruenire; magiſtri quoque omnium officiorum *innunge* uocabunt unum aut duos de conſulibus ciuitatis & eorum mediante conſilio ſtatuent, quicquid in eorum *innunge* fuerit ſtatuendum, in ſumma addentes, quod, quicquid de omnibus ſupra dictis *innunge* pro eorum introitu obtinendo, ſiue pro gratia uel pro uadimonio delinquentium datum fuerit, ipſi *innunge* medietatem ipſius ad uſus ſuos reponant & reliquam medietatem tollant magiſtri officiorum & praeſentent ad uſus ciuitatis conſulibus ciuitatis. Tertio, eis depoſcentibus & uaſallis noſtris perſuadentibus, priuilegia praedeceſſorum noſtrorum cum exceptionibus ibidem poſitis confirmamus, uidelicet ut ciues in *Witſtok* utantur eo iure ciuili, quo utuntur incolae *Stendalenſes*. Et ſi ſententiam a conſulibus ciuitatis *Stendal* petere debeant, quam conſules eiuſdem ciuitatis uel *ſcabini* non libenter ſine noſtrae ciuitatis grauamine demon-

Forum & theatrum Krambode Witſtockienſibus uenduntur.

Innunge.

Collegiorum opificum facultas condendi ſtatuta.

Dimidia pars reditus ex collegiis opificum conceſſa.

Stendalenſes de iure reſpondent.

demonſtrarent, illuc ſententiam ſuam petant, ubi *Stendalenſes ſcabini* uel *conſules* ſuas ſententias quaerere conſueuerunt. Poſtremo & ultimo noſtrae conſules ciuitatis iudicabunt infra ſepta ciuitatis ea, quae iudicant conſules *Stendalenſes*, prout in priuilegiis a *praedeceſſore* noſtro domino *Heinrico* & a ciuitate *Stendalenſi* ſupra traditis plenius continentur. Praeter hanc donationem noſtram prius habito cuiuslibet iure ſaluo. Acta ſunt haec anno Domini M.CC.LXXV. ſexto kalend. Martii die beati Mathiae Apoſtoli. Teſtes uero ſunt Heinricus de *Gardelege* canonicus eccleſiae *Hauelberg*, Petrus de *Plonitz praepoſitus* in *Witſtock*, Hermannus de *Kyritz* clerici, Zabellus de *Redichsdorp*; Zabellus de *Plawe*, Yo *aduocatus* in *Witſtok*, Hermannus de *Plawe*, Fredericus de *Grambow milites*, Wilhelmus de *Warnekow*, Iohannes de *Rorebeke*, Iohannes de *Rolſtaede*, Henricus de *Rogeit*, Gerardus de *Palnitz*, Heinricus de *Lindow*, Euerhardus de *Brands*, Henricus de *Langeuelde*, Iohannes *Currifere*, Ludolphus *Lupus*, Gerardus *Durke*, Iohannes *Lupus*, Dionyſius, & alii quam plures clerici & Laici fide digni; Datum, ut ſupra, pontificatus noſtri anno *quinto*. Et ne hanc uenditionem, donationem ſiue gratiam ac priuilegiorum confirmationem noſtram poſtmodum quis ualeat imitare praeſentem paginam ſuper his confectam ſigilli noſtri appenſione fecimus communiri. *Act.* 1275. TESTES.

Sigillum huius diplomatis dimidium ruptum eſt. SIGILLVM *N.V.*

XIIX. HERMANNVS. 1291. XIIX. HERMANNVS


marchio *Brandenburgicus* electus & confirmatus est episcopus; sed, ut ex eius epitaphio *Hauelbergae* patet, nondum inauguratus mortuus est an. 1291.

XIX. IOANNES I. 1292. 1304. XIX. IOANNES I.

quem Ericus XXIV. archiepiscopus *Magdeburgicus* an. 1292. inaugurauit, decessit an. 1304. conf. Angelus p. 52.

XX. ARNOLDVS. 1305. XX. ARNOLDVS

a Burchardo XXV. archiep. *Magdeb.* an. 1305. ordinatus est; quamuis Dresserus tradat Burchardum demum an. 1317. fuisse electum archiepiscopum. Arnoldus hic *ecclesiae S. Spiritus* uendidit 6. *Hubbas*, quas uocant, terrae & prata quaedam, (*breiten*) pro certa pecuniae summa (8. *schock silbers*) anno
1309. 1309. pontifex Rom. Bonifacius templo S. Martini an. 1300. indulgentias concessit, cuius literis Arnoldus subscripsit quoque, idem priuilegium dictus pontifex Rom. dedit sacello S. Georgii ante portam Kyrizensem aedificato, ui literarum Romae datarum anno 1299. Altare huius sacelli, ubi S. Georgius cernitur, adhuc hodie in templo S. Martini seruatur. *Eius pactum cum ciuitate Witstock.* Praeterea episcopus Arnoldus consentiente capitulo *Hauelbergensi* & consilio administrorum Gerardi *Wadeschinckel* & Ioannis de *Goldbecke* cum ciuitate *Witstock* pepigit, ut sibi annuatim die S. Martini certa tributi summa solueretur; promittens contra se ciuitatem nullis aliis oneraturum esse amplius censibus, nec *singulatim*, neque *communicatim*, uti uerba literarum *Witstockii*


6
S. ARNOLDI. D.G. HAVELBERG. ECCL. EPISC.
7
p.277.
SGA. MARIA. HAVLBERG
8
S. REINERI. D.G. HAVELBERG. ECCL. PPI
p.277.
9
S. Constanti-nus.
Beata Virgo.
S. Laurentius.
Orate pro me
Johañes D.G. Havelb. Eccl. Eps. 1312.
p.277
10
SIGILLUM ANNAE DUCISSAE WRATISLAVIENS.
p. 278.

ckii an. 1399. die purificationis beatae uirginis gloriosae, datarum sonant. Testes fuerunt dn. Reynerus *praepositus Hauelbergensis*, dominus Henricus *Prior*, dominus Otto de *Buk*, dominus Iacobus, dominus Henricus de *Veldu*, dominus Gerhardus *Wadescinkel*, dominins Wernerus *Man* & Iohan. de *Goldbeke milites castrenses* in *Witstok* & alii quam plures clerici & laici fide digni. TESTES.

Pendent 3. sigilla, quorum primum episcopi Arnoldi est. 2) capituli Hauelbergensis cum uerbis: *S. Maria Hauelbergensis.* 3) praepositi Reineri successoris episcopi Ioannis Felicis, quemadmodum mox sequetur. SIGILLA *N. VI. VII. VIII.*

XXI. IOANNES FELIX XXI.

a curia Romana datus obiit 1312. Palatium suum *Witstockiense* mirum in modum reparari & conclaue episcopale construi fecit; quapropter adhuc hodie ab introeuntibus arcem in ponte eius simulacrum singulari statuarii artificio perfectum cernitur cum uerbis subscriptis: *Ioannes D. G. ecclesiae Hauelbergensis episcopus* 1312. Postea que fere in omnium episcoporum sigillis maioribus figura haec expressa adparet, ut a dextra Mariae St. Laurentius, a sinistra S. Constantius, ad pedes Mariae episcopus orans, & ad huius dextram insignia gentilitia, ad sinistram duo litui decussatim positi conspiciantur. IOANNES FELIX. 1312. SIGILLVM *N. IX.*

XXII. REINERVS XXII.

a Burchardo de *Schrapelau* XXVII. archiep. *Magdeb.* an. 1312. inauguratus est. Canoni- REINERVS. 1312.

nonicis *Hauelbergensibus* regulas uitae praescripsit. Mortuus uero est, sicuti ex eiusdem cippo patefit, an. 1324. Sub hoc episcopo literae, quibus marchiones *Brandenburgici* Otto & Albertus *paludem Babyz*, uti supra iam sub episcopo Henrico II. mentio facta est, *Witstockiensibus* donauerant, ter an. 1315. reuisae sunt, quod sequentia diplomata testantur:

1324.

Palus Babyz donata Witstockiensibus.


DIPLOMA 1315.

Nos ANNA Dei gratia *Ducissa Wanzelebiensis* recognoscimus tenore praesentium publice profitentes, quod *illustrium* principum dominorum *Ottonis* & *Alberti marchionum Brandenburgicor.* felicis memoriae, *illustris* domini Iohannis nostri filii, aui & patruelis, literas, sub ueris eorum sigillis, non abolitas, non cancellatas, nec in alia sui parte uiciatas, in *Tangemunde* nobis exhibitas & ostensas uidimus in haec uerba, (*hic inseruntur uerba donationis supra in s. p. 172. iam communicatae.*) Tales igitur literas diligenter inspectas in *Tangermunde* sub nostro sigillo mandauimus exemplari an. Domini 1315. Sabbato post dominicam *oculi me semper.*

SIGILLVM N. X.

DIPLOMA.

Nos IOHANNES Dei gratia *Brandenburg.* & *Lusatiae marchio* recognoscimus ac tenore praesentium publice profitemur, nos uidisse & examinare fecisse dilectorum nostrorum *aui* & *patruelis* felicis memoriae dominorum Ottonis & Alberti *illustrium* principum *marchionum Brandenb.* literas, sub ueris eorum sigillis serico appensis, non cancellatas, non abolitas, nec in alia parte uitiatas in haec uerba: *In*


11
p. 279
12
S. WOLDEmari. DEI. Gratia. marchionis. BrandEB.
S. Johannis. DEI. GRATIA. MARCHIONIS. BRANDENB.
13
S. THEODORICI. D. G. EPISCOPI. HAVELBERG. ECCLES.
p. 279.
14
15
S. ULRICI. D. G. GRATIA. Comitis DE LINDOWE
p. 281.
S. ADOLPHI. DEI. GRATIA. Comitis. DE. LINDOWE

[illegible]

In nomine Domini Amen &c.

Ad rogatum quoque uenerabilis in Christo patris domini *Reineri* ecclesiae *Hauelb. episc.* literas huiusmodi nostro sub sigillo mandauimus exemplari an. ab incarnatione Domini millesimo CCC.XV. SIGILLVM *N. XI.* 1315.

Nos WOLDEMAR Dei gratia *marchio Brand.* & *Lusat.* recognoscimus praesentibus publice profitentes, quod illustrium principum domini Ottonis & Alberti *patruelium nostrorum march. Brand.* felicis memoriae, sub ueris eorum sigillis, non abolitas, non cancellatas aut in aliqua sui parte uitiatas in *Tangermunde* nobis ostensas & exhibitas uidimus in haec uerba; DIPLOMA. SIGILLVM *N. XII.*

In nomine Domini &c.

XXIII. HENRICVS III.

ab eodem archiep. Burchardo inauguratus. XXIII. HENRICVS III.

XXIV. THEODERICVS I.

ultimus a Burchardo inauguratus; hic enim, tradente Dressero, p. 352. e carcere senatus *Magdeb.* euasurus a custodibus occisus est an. 1325. Episcopus Theodoricus collegium *lanificum* & *pannariorum* a magistratu *Witstockiensi* erectum an. 1333. die Vener. post S. Agathae festum confirmauit. Ex charta pendens sigillum episcopale communicamus. Nihilominus tamen *pannifices* uetustius seruant in arca sua priuilegium a senatu datum an. 1325. erantque tunc temporis senatus membra: *Zegebode*, Iohannes *Swanenberg*, Henning *Hokeman*, Lucthe Heinrich *Driuer*, Bartholomaeus *Sconowe* & *Heine* dictus *Kucintwarme*. XXIV. THEODORICVS I. *Burchardus arch. Magd. occisus.* 1325. SIGILLVM *N. XIII.*

XXV. BVRCHARDVS I.

XXV. BVRCHARDVS I. ex gente *Baldelebiorum* seu, ut alii uocant, *Bardelebiorum*, quem archiepiscopus *Magdeburgensis Otto de Hesses* confirmauit. Huius tempore inter comites de *Lindau* & ciuitatem *Witstock* controuersia de limitibus siluae *inter Goldbeck* & *Witstock* mota arbitrio episcopi *Burchardi* ita decisa est:


Lis inter com. de Lindau & ciues Witstockienses.

DIPLOMA.

Wy VLRICK, ADOLF unde BISSO von Godes gnaden *graven* to *Lindau*, betügen apenbahr in diesen brewe, dat wie mit willen unde entrat aller schelinge, die was twischen uns af eyn sit, unde die Borghere von *Witstock* af die ander sit, umme die *scheide des holtes* twischen der *Goldbecke* unde *Witstock*, sin gegan tu den *erbahren vader unde herren bischoppe Borcherd von Havelberge*, also dat wie willen uns genügen laten ane wedderspracke des hie spreckt:

Arbitrium episcopi Burchardi.

Unde deselve bischopp, die hefft uns alsdans entscheiden; Van der stede tu der *Babitz* bart, dar untspringet das *Vliet*, dat *Goldbecke* geheiten ist, wennte dar de höpe geschoten sind ümme de bome, unde vort die höpe langes, wente du dem ende det holtes uppen grave, die den acker scheidet, wat binnen dem vliete unde dem höpen iss tu *Witstock* wart, dat ist der borgherr; unde wat af die ander sit ist, dat ist unse; Wie erlöwen ock den borgherren, dat sie macken einen graven uppe er deil bi den höpen langes, dat man na nicht en dwale, hierup hebbe wie gegeven desen breff besegelt met unsen insegeln. Dit ist geschen tu der


16
+S.BORCHARDI.DEI.GRA.comitis.DE.LINDO
p.281.
17
+SIGM.GUNCERI.COMITIS.LINDOW.
p.282.
18
+SIGILLUM.ALBERTI.COMITIS in LINDOW.
19
S.THIDERICI.DEI.GRATIA HAVELB.ECCL.EP
p.283.
p.279.
20
S. Johannis Dei gratia episcopi eccl havelbergs.

or
ent
ion
S
altr
pro
por
tesc

co
Otto
tearr
eta
nu c
uare
lis fa
roach
W
made
pent
ider
lie g
tem
lever
edin
nen,
t und
o da
which
bene

der *Goldbecke* na Godes geburth dusent iahr, dreyhundert iahr, seven und 40. iahr des manen dages na deme sondage, wann man singet *oculi mei*. Hie was over her Henning von *Lo*, Hinrich *Poppentin*, Peter von *Rünesberg*, Conrad von *Wartenberg*, Betko von *Königsmarck* use *man*, *unde* ander *gude Lüde*. *Dat Goldbecke* 1347. TESTES. SIGILLA *N. XIV. XV. XVI.*

Sub eodem episcopo templum parochiale ultra nouum organum in magno arcu non protendebatur; Sed circa annum 1451. tempore episcopi Conradi reliquae templi partes cum paruis altaribus adiectae sunt. 1451.

XXVI. BVRCHARDVS II. XXVI.

comes de *Lindau* & dominus *Roppinensis* ab Ottone de *Hasses* XXIX. archiepiscopo *Magdeburgensi* anno 1360. confirmatus fuit. Hac aetate comites Albertus & Guntherus de *Lindau* cum gente de *Plotho* bellum habuere; quare monachi in *Dransee* a dictis comitibus saluum, ut uocant, conductum petere coacti fuerunt, cuius tenor hic est: BVRCHARDVS II. 1360. *Bellum inter comites de Lindau & dominos de Plotho.*

Wy ALBRECHT unde GÜNTHER von Godes gnaden *greven* thu *Lyndowe* bekennen apenbar in deser schrifft vor allen creysen lüden, die sie siehn edder hören, dat wie die gestlike lüde die monke und bröder thu dem *Dranse* und thu dem *Kütze*, mit eren höven und met allen eren gude, dat sie vor dedingen, in unsen vrede hebben genommen, twischen hier dat desse brieff gegeben ist und sanckte Mertens dage, die neste kümt, so dat sie binnen desser versprockener tyd velich scholen wesen vor uns und vor Albernen von *Redern*, Rederc von *Königsmarcken*, DIPLOMA.

cken, Henninge *Seynde* und Heyne *Kleyne* unde vor alle unſe *Manne* und vor alle di, dy dorch unſern willen dun und laten willen; Went ock dat Hans *Botzel* in unſen krieg dor unſen willen der *Plothawen vyend wer-de,* ſo ſcolen ſie ok vor em dyſelbe tyd velich ſin. Thu orkunde hebbe wie unſe heymelike ingeſiegele met gantzer witſchap laten an deſſen breff hengen gegeben thu *al-*

Dat. Ruppini uet. 1376. *den Roppin* na Godes gebort dryttein hundert iahr, in den ſewen und ſeſtigen iahre

SIGILLA N. *XVII. XVIII.* an St. Iohannis Baptiſtæ wende ſo em dat hovet wart afgeſchlagen.

XXVII. THEODORICVS II. *dictus Mahe* 1370. 1385.

XXVII. THEODORICVS II.

Dictus *Mabe* anno 1370. a capitulo *Hauelbergenſi* electus a PONTIFICE Vrbano V. confirmatus & inauguratus eſt. Quindecim annos regnauit & obiit anno 1385. in profeſto Hippolithi. Antea erat marchionis Ottonis *Brandenburgici* conſiliarius & cancellarius electoris *Bauarie*, inſigne gentilitium gerebat draconis caput cum collo. Statim primo epiſcopatus ſui anno poſtridie aſſumtionis uirginis Mariae omnes templi cathedralis campanas atque anno 1373. tertio regiminis anno die Paſchatos omnia Chriſti crucifixi ſimulacra aurea, argentea, lapidea ligneaue eiusdem templi conſecrauit. Anno 1374. confirmationem priuilegiorum ciuitatis *Witſtock* repetiit. Et quia omnes

confirmat Witſtockienſium priuilegia. epiſcoporum confirmationum literae eiusdem ſint tenoris, hae loco reliquarum eſſe debent:

In

ninge *Seynde* und Heyne *Kleyne*
alle unse *Manne* und vor alle d.
unsern willen duñ und laten al
ock dat Hans *Botzel* in unsen kr
willen der *Plothawen vyend* w
en sie ok vor em dyselbe tyd w
hu orkunde hebbe wie unse her
ſeliegele met gantzer witſchap h
ſen breff hengen gegeben thu d
na Godes gebort dryttein hu
in den ſewen und ſeſtigen ia
nnis Baptiſtæ wende ſo em d
afgeſchlagen.

XVII. THEODORICVS II.

lahe anno 1370. a capitulo *Hau*
ctus a PONTIFICE Vrbano V. c
inauguratus eſt. Quindec
uauit & obiit anno 1385. in pr
ithi. Antea erat marchionis O
nburgici conſiliarius & canc
ris *Bauarie*, inſigne gentilit
conis caput cum collo. Sta
copatus ſui anno poſtridie aſſ
inis Mariae omnes templi ca
anas atque anno 1373. tertio
no die Paſchatos omnia Chr
nulacra aurea, argentea, lapid
usdem templi conſecrauit. I
nfirmationem priuilegiorum c
ſtock repetiit. Et quia omn
m confirmationum literae ei
noris, hae loco reliquarum e

In

In nomine Domini amen. THIDERICVS Dei & apoſtolicae ſedis gratia *Hauelbergenſis* ecclesiae epiſcopus ad uniuerſorum ac ſingulorum Chriſti fidelium preſentium & futurorum notitiam cupimus peruenire, publice perteſtando, quod nos de maturo conſilio & conſenſu ac plena uoluntate noſtrorum fidelium conſiliariorum *discretis* & *boneſtis uiris*, *conſulibus opidanis*, *Burgenſibus*, *uniuerſitati* & *gyldis* opidi noſtri *Wytſtok*, nobis *ſincere dilectis*, eorum meritis, ſeruiciis, beneuolenciis & fidelitatibus poſcentibus, necnon iuſtitia & rationabilitate ſuadentibus omnes & ſingulas literas noſtrorum praedeceſſorum quorumcunque cum omnibus & ſingulis articulis in eisdem literis expreſſis & contentis, ſicut iuſtae ſunt, ex certa & uera ſcientia confirmamus & praeſentibus in Dei nomine perhenniter confirmamus uolentes ipſos in omni iure iuſtitia & gratia, ſicuti noſtri praedeceſſores fecerunt & nos hactenus fecimus, conſeruare & defenſare. Datum in caſtro noſtro *Witſtock* anno Domini *milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quarto* in craſtino beati Benedicti abbatis. Noſtro autentico ſub ſigillo.

DIPLOMA, *Literae confirmationis priuilegiorum Witſtockienſium.*

Dat. Witſtockii 1370.

SIGILLVM N. XIX.

Idem *Theodericus* noſter de *iure repraeſentationis* inter deſcendentes, item, quod *portio bonorum aequaliter inter coniuges diuidenda ſit*, conſtitutionem anno 1374. promulgauit ſequentem:

Conſtitutio de iure repraeſentationis.

1374.

DIPLOMA.

In Godes namen amen. Wy herr *Diederick* von der gnade Godes unde des *heylichen*

chen ſtoles to Rome biſchop to Havelberge bekennen openbar vor allen chriſtenen lüden, de düſſen brieff ſeen, edder hören leſen, dat wy bewehgen ſyn to gnaden, nach rade unſer *geyſtlichen prelaten* und ock met wytſchop unſer *weltlicken mannſchap* to twydende unde to vor vüllende de beyde unde begehringe unſer trüen *rathmann* to *Wyſtock*, an allen ſtücken, de hie na beſchreven ſthan, to nütlicheit unde vromen der ſtadt to *Wyſtock*, den gemeinen börgheren unde ock den gantzen lande: alſó dat wy veſten, ſtedegen unde vulborden alle der ſtadt brewe unde rechtigkeit, beyde an *erfdelinge* unde in andern ſaken, unde ock an *wohnheit*, als hieran geſreven ſteyt; unde alſo, als ſe gehat hebben by unſen vorvaren, alſo ſchölen ſe dat fort beholden by uns unde unſen nakömlingen ſünder ordelſcheldinge unde allerhande wederſprake, ſünderliken, dat de *dode hand* erve ſchölen nehmen to Wyſtock; In düſſer wyſe, dat dat kind ſchöle treden in des vaders ſtede, edder in der möder erve to nehmende vor id deme vadere edder der moder möchte geböret hebben by ereme levende, dat ſie mannes name edder vrowen name, dat ſchölen ere kindere nemenliker wyſs alſe de vader unde moder bey ereme levende ſchollen genomen hebben, na *Stemme tale*, unde *nicht na den Hoveden*; Weret oek dat eyn *erfdeilinge* geſchehe, dar mer ſtemme to hörden dan eyn, dat erve ſchal me deilen nach *dem tale der ſtemme* und nich

Repraeſentationis ius.

Succeſſio in ſtirpes

nich *na talle de lüde*, ſünder eyn ytzlich ſtemme hebbe lüttich gut lüde oder vele, he en ſchal nicht, wan eyn det nemen. *Wan ock mann unde wüff echtlicken to ſamende an eyn bette*, ſo ſchall er erfgut halff unde halff vveſen, beyde by ereme dode, darumme ſchal eyn mann ſiner vrovven, edder ein vrövve ereme manne gut to voren gevven by ereme levvende, dar ſe mede eren vründen ere rechte erve entbehren mögen na ereme dode. Alle der ſtücke, de hier benahmet ſind unde beſchreven ſtahn, de en ſchölen neyn hinder noch ſchade vveſen al der ſtadt rechtigkeit unde in allen ſtücken, de in der ſtadt breve vorgeſreven ſtahn, ock alle der ſtadt andere brevve, dar der ſtadt rechtigkeit in beſchreven iſt, en ſchölen düſſen breven neue hinderinge noch argeringe vveſen, ſünder ein ydlick bref ſchall ſtede und veſtē bliven an ſick ſülken, alſe he to der ſtadt nüttigkeit gegeven is. Tüge deſſer vorgeſchreven dink ſind de *erwerdige lüde*, herr Henrick *Grambow provveſt* to *Wyſtock*, herr Henrick *Hane provveſt* to *Rupin*, herr Chriſtoffel *Movve* unſe *Official*, Nicolaus *Betz* unſe *Procurator*, herr Nicolaus *Schade*, Hildebrandus unſe *Schriever*, unde unſe trüen rathman to *Wyſtock* Arnt *Hane*, Nicolaus *Kötzelin*, Henrick *Kemenitz*, Heyno *Gadovv*, Bernd *Cremer*, Hanſs *Elenpovv*, Werner *Clempont* unde Kerſten *Schomecker* unde andere vele gude lüde, den vvol to lövvende ſteyt. Gegevven to *Wüſtock* nah Godes gebord duſend

Succeſſio coniugum.

TESTES.

Dat. Witſtockii an. 1374.

ſend iahr, dreyhunder iahr, in den ver und ſeventizgſten iahr, in ſünde *Benedictus* dage unde unſeme groten ingeſegele.

Vilſenaci reperitur ſanguis ſanctus.

Sigillum huius diplomatis idem ac N. XIX. Eiusdem epiſcopi aetate ita nominatus *ſanguis ſanctus* (*das heilige blut*) *Vilſenaci* repertus eſſe dicitur, cuius miraculoſi effectus toti Europae noti ſunt facti. *Matthews Ludecus* decanus olim *eccleſiae cathedralis Hauelbergenſis* anno 1586. integrum libellum ea de re edidit, ex quo, quum in paucorum ſit manibus, cum poſteris omnem hiſtoriam breuiter communicare libet.

Vilſenaci inuenta hoſtia miraculoſa an. 1383.

Von der Vindinge unde wunder-wercken des billigen ſacrament to der WILSENACK.

Naah unſers Herren Chriſti gebord duſend drey hundert, darna in den drey und achtigſten iahre up einen ſonndage, de dar was de negeſte dag na unſer leven fruwen Krutwiginge, da wart dat dorp Wilsnack *mit der kercken darſülveſt dorch Hinricke von* Bulau *vyentlicker wyſe gantz verſtoret unde verbrand, de kerckhere daſylveſt nicht to huſs weſende hatte dat billige ſacrament in dreen partikeln offte kleinen hoſtien ümme krancker lüde willen, up den altare gelaten. So nun deſülffte kerkherr, de umme gnade unde aflates willen in der kerckwy ginge, to* Havelberge *geweſt hatte, unde de wyle*

Vilſenacum incenſum ab Henrico de Bülau.

wyle de kercke tœr Wilſsnack *noch brande wedder to huſs quam, was he ſchre verſchrecket unde betrœvet umme des billigen ſacraments willen, dat he dabie ſau verſümlck geweſt hatte. So dat avers gegen den avend trat, da ginck he met ſynen buren ümme herberge willen in groten iammer unde drœfniſs bet to der* groten leben, *dar ſe ock ſamtlicken etlicke tyd gebleven ſind. Des drüdden dages na den vorgeſchreven ſondage, ſo iſs de vorgeſchrevene kerckhere mit velen ſyner buren wedder to der* Wilſenack *gegahn, ümme to ſœkende na etliken toſamen gefloten ſtücken, von verbranten klocken unde ander iſewerck, datſülffte he mit den ſynen gar flytigen geſacht und geſamlet hefft; thom lateſten iſs he gekammen to den altare, darup he plach to hebbende enen ſchœnen uthgehauenen block, den he vormiddelſt den fure gantz verbrand gefunden, in welckern blocke vor dem brande iſs gewesen eine kleine hœlten büſſe mit ſiden wanne avertagen, dick ummegedan mit einem* corporale, *darinne de ſülffte preſter gehat hefft dre* kleine *conſecrerde hoſtien umme* krancker *lüde willen. Von welckern hoſtien, noch der büſſen, offte* corporale *he nicht met allen gefunden, ſünder meinende dat ſülffte* ock *alle mede verbrand were, darumme he dan ſere ver-*

ſchre-

ſchreket wart, darinne betrachdende, dat ſo dans alle dorch ſiene verſümniſſe (de wil he in den brande nicht to huß geweſt unde ſo dans gereddet hädde) mæchte geſchehen ſyn. Alſe nun de vorgedachte preſter mit ſyner geſelſchop dat altar baven von dem brande gantz gereiniget unde nicht geſunden hatte, unde alſo mit wenenden ogen unde bedræveten herten wedder na dem dærpe groten Luben *gegan was, ſo hefft he an einen ſünavende darnegſt mit ſienen buren gar fründlick unde leeflick geredet unde ſe vlietigen gebeden, dat ſe æme mæchten verlaten unde eme gutlicken vergunnen, ſyck met enen capellan denſte, edder mit einer kercken tor hure in einer andern byſtadt umme ſyner vædinge willen to beſorgende, unde effte ſe wedder to der* Wilſenæck *quemen unde darwedder buen wærden, dat ſe ſich den ock mit einen andern kerckheren beſorgende. Von welckeren reden de buren umme fromheit willen des preſters ſere bedrovet worden, ſyck darbeneven under malckander frundlick bedanckende, unde hebben* [illegible] *darmit (dewyle id vaſte* [illegible] *gieng) ſchlapen gelegt.* [illegible] *acht an den ſünnavende* [illegible] *de dar was de achte dag* [illegible] *e, unde de wyle de preſter lag* [illegible] *unde ſchlapende by dem füre met den*

den buren, hœrende ene ſachtmœdige unde kindlicke ſtimme buten der dœre, de œme by ſinen nahmen nœmende unde vermande eme, leeflicken up to ſtande unde ſich beredende tor Wilſenack *eine miſſe to holdende. So averſt de preſter upt vlietickſte darna hœrende, wat dar weſen mœchte, dat em ſo vermahnt hedde, ock nich mehr vernahm, unde ſick vveder to ſchlappe gelegt hadde to hand eine ſtunde darna, ſo hefft he de ſylveſte ſtimme gliker mate noch eins by den vüre gehœret, vvo to vorne vor den huſe gehœrt, dat he tor Wilſenack gahn unde daſylveſt miſſe holden ſcholde. Darup de preſter in der ſtimme tor antwort gav: dat he ... gerne don vvolde, alſo dat ock ein bur... de bey dem für liggende davon mit ... kende vvart, unde fragete den pre... vvat dat vvere do antvvorde ... ſülffte preſter ſeggende allent ... begegnet vvas, darto de bur ... unde ſede: herr yd hefft ju ged... gedrœmet, von der groten be... de vi hebben, von des ſchade... ...gen uns allen averg... ...de der gliken ... ...der ene lopend... ...edder entſchlep... ...rſt in der mo... ...e ſulffte ſtemm...*

Se... ſtim... ... de ... Wilſena... cum.

vorhen to tween malen gehört hadde, erstlicken to em sprekende unde vermanende, warümme he solcker saligen vermanunge nene verfolgunge dan wolde, unde grep en hartliken an beyden rechten arme unde toch em och sehr hart, dat he schmerte unde wetage davon empfing unde darvon entwaket yß unde hefft ut verschrekenden gemöde ock uan schmerte unde wedage synes armes luder stemme geropen, dat he alle der vermanungen unde gebaden mit vliete unde allen vermögen gerne genoch den und so dans füllenbringen wolde, unde yß also von stund upgestahn, mit samt alle den buren dasylvest mit en wesende, unde hebben met sick genome mißgewandt ut den dorpe to Lüben *unde allent, wes to der mißse von nodend, unde sick damet ylende den dorpe* Wilsenack *benahet. Alse nu de prester to dem altare (dat nu in de ere des hilligen blodes unde lichnams unsers Herren JEsu Christi gewihet) gekomen iß, dat he wolde bereiden unde bekleiden, welcker vorhen leddig unde blot stund, hefft he wunderlicker wyse unde von gödelicker schickung de dre klene hostien von den füre ünverserget gefunden, averst ein wenig umher versenget, unde in einer ydlicken hostie ein blodes droppen up den* corporale (*dar da was to hope geschlagen unde an etlicken orten verbrennt*) *gefunden; ock so ist in der sülfften nacht in der morgentyd ein merckeling regen gefallen, darvon dat sülffte altar gantz nat geworden, averst dat corporale samt den hilligen hostien unde stede darunder dröge gebleven sind; Welcker durch den prester gesehen unde davor sehr*

Inuenit hostias in igne seruatas, in quibus guttae sanguinis adparent.

Miraculum primum.

sehr verschrecket, hefft to sick geeschet alle syne naberschop, de he hebben möchte, en sodan wunderwercke apenbarende unde wysende, unde hefft vort dasylvest, wo eme geraden unde gesegt, de misse geboden. Alse nu de misse geendiget, unde tor Wilsenack *nene bequeme stede was, dat man dat hillige Sacrament verwaren unde verschluten künde, so nam he dat met seck to* Luben, *dar danne acht dage darna de wächtere, so dat dorp vor middernacht bewakende, vor dem hilligen sacrament vieff wisse kertzen brennende seyn, de ock so lange brenden, dat de vorgenönnende prester dasylvest ock misse geheylt, unde so de misse halff ute was, da gingen twe der* kertzen *von sick sülven ut, unde dre bleven brennende de se mit groter werdigkeit vor dem hilligen sacramente to der* Wilsenack *drogen, unde gingen da wedder umme mit den sülfften brennenden kertzen to der* Luben, *de denne noch dorch weder noch wind utgelöschet noch ock von den brennende körter geworden sind. Darna so ward de vorgeschrevene prester dorch den bischopp to* Havelberge *citeret, umme von solcken geschäfften de wahrheit to wetende, de eme den von allen dißen geschäfften unde wunderwerck warhafftige underrichtung gedan hefft, unde wo wol düsse sülffte prester (de vorhen de kertzen in der lenge gemeten hadde) twe dage unde twe nachte uthe was, so hefft e doch tor tyd siner hemkunfft de nah brennende kertzen nicht körter, den se vor weren, gefunden, darvon sick ein der buren Slanze genömet sere verwunderende, sprak unde sede, dyt met jümmert ein*

Miraculum secundum.

Sacerdos citatur ab ep. Havelbergensi ut rei veritatem resciseret.

Miraculum tertium.

T 2 Gades

Godes teken ſyn, ſo wy alle vor ogen ſeyn; unde puſtete 2. von den kertzen uth, de dennoch ſind wedder brennende worden; averſt to dem drüdden male, ſo he noch ene allene von den dreen uthpuſtende, ſo ſind de andern beyde ock von ſich ſylveſt uthgegan, da man de wolde wedder anſtecken, ſo vele male beſocht, wollen ſe nich brennen, welckerer kertzen twe ſind noch darſylvſt tor ſtede, unde de dridde moſte de ſülffte mann vor ſine ſünde to Rome *dragen. Darna eine mercklige tyd vergangen, do ſick de teken unde mirackele darſylveſt dorch de ſchickunge Gades vaſte von dage to dage vermerden, iſs der* ehrwürdige in Gott vater unde herre herre Diederick to der tyd biſchop to Havelberge *uth ſünderlicker innicheit unde othmoet, ock darſylveſt tor ſtede gekomen unde hefft ſick vereydet up den altare des hilligen blodes eine miße to holdende; alſe he nun darto eine ſonderlike hoſtie conſecrert unde upgehaven hadde, lede he ſe up dat corporal manck de andren dre hoſtien, twiwelnde in ſyck ſylveſt, effi de dre hoſtien ock conſecreret ende benedyet wären, alſo hefft he geſehen, dat dat blod der middelſten hoſtien ſick vermehret hefft unde grod geworden iſt, dat yd were aver dat gantze corporal gefloten, wo dat dorch de krafft Godes nicht entholden wäre. Overs mit der tyt er die miße uth quam, iſs dat wedder dorch de ſchikung Gades in der erſte geſtalt gekamen dat ſülffte ock geſen hefft de proweſt to Havelberg, de den biſchop to den altar donde, dergelicken ock in der ſülfften miße, ſo hefft dat ock geſeen de perner von olden Reppin, de den*

Miraculum quartum.

Miraculum quintum.

prowe

-ovest to Havelberge by den ruchelen getogen -nde mit der hand up de hostien gewieset hefft, -melicker stemme to ein seggende: herr pra--st se gy nicht? averst de pravest, umme ver-nderunge willen der misse hefft he nicht ge--tvvortet. Alse nu de misse geendiget vvas -de de bischop mit den synen na synen schlate -r Plattenborch *reisende unde mit groten -ffstende unde uthgedinge der trane, vves -e in der miss vveddervaren up dem vvege -n vorgesrevenen pravest, perner to Ruppin un- mit eme in den vvagen sitten openbarte, heb-n dasylvest de vorgesreven pravest unde per-r apenbar bekandt unde gesecht, dat se sodan -irackel ock openbar geseen hedden, alse -ahrhafftigen geschehen vvere, darümme -nn de sülffte bischop mehr dröffnisse gekre-n hefft, darinne betrachtende, offt vielicht -lan vvundertecken sinet halven so gesche-n vvere, na deme he in der misse getvvieffelt -de gedacht hatte, de dre hostien nicht con--rert, sünder von boshafftigen mynschken so -t blode bestreken gevvesen, unde vvolle de -lfften dre hostien mit dre hostien mit der an-r hostien consecreret unde benedyet hebben, -o he dit mirakel so nich gesehen hedde, alse -t sülffte ock alle synen denern (dat dyt mi--kel also vvahrhafftig geschen) von vvorden -vvorden vertellet hefft.*

Episcopi Hauelbergensis sollicitudo animi ca dere.

Tantum de inuentione sanguinis.

Praeterea citatus autor miracula quaedam, -uae circumferuntur & de quibus integrum -olumen sub titulo: *Liber miraculorum*, -ompilatum fuisse aiunt, narrat. Hoc idolo-

Liber miraculorum.

latriae improbiſſimae, quae 169. annos durauit, occaſionem praebuit. Magnus iſtuc & incredibilis hominum concurſus erat. A feſto paſchatos ad pentecoſtes plerumque *Hungari* & *Poloni* aduentabant ducenti uel trecenti circiter, ad id conducti a ditioribus & nobilioribus, ſingulari deuotione nudis pedibus iter ingreſſi afferebant dona. Die uero Bartholomaei apoſtoli maxima erat frequentia, quanta nullo anni reliquo tempore uno impetu fieret; undique aduolabant creduli, ut ſpatium deficeret. Quae idololatria tantae quotannis utilitatis erat, ut epiſcopus Iohannes, de quo infra dicetur, ſtatueret & diſponeret, ad quid magnae quas ex plumbeis teſſeris fecerant, pecuniae conferri deberent. Tandem detecta fraus eſt. Nam tempore *Iohannis Huſſi* ciuis quidam *Pragenſis, Peter Zicko de Ach* dictus, *Vilſenacum* uenit, ſperans, ſi offerret *manum argenteam* uirtute *ſanguinis ſancti* ſanatum iri manum ſuam; miraculum uero fruſtra exſpectans attamen in tertium diem ibi commorabatur, ut audiret, quid de ſua manu ſacerdotes dicturi eſſent. Sacerdote itaque publice miraculum nouum his uerbis praedicante: *Audite pueri miraculum! Ecce unus ciuis Pragenſis ſanatus eſt in manu contracta per ſanguinem Chriſti, & in teſtimonium illius, ecce, obtulit iſtam manum argenteam,* oſtendit manum homo alta uoce clamans: *O! Sacerdos cur mentiris? Ecce adhuc manus mea eſt contracta, ſicut & prius.* Redux in patriam nuntiauit haecce; ex quo

Fraudes detectae tandem ſunt.

factum,

factum, ut *Zimko* antiſtes tunc *Pragenſis* in ſynodo quadam conſtitueret omnesque ſacerdotes iuberet ſerio, ut ſingulis ſolis diebus publice ſub poena *banni* interdicerent plebi, quo minus *Vilſenacum* irent. Praeterea Iohannes *Huſſius* contra hanc rem integrum librum latine ſcripſit; idem fecerunt D. Iohannes *Wünſchelbergius* anno 1400. & *Henricus Töcke* doctus canonicus *Magdeburgenſis*. Academiae quoque *Erfordenſis* doctores confutauere hunc idololatricum cultum. Quid? quod PONTIFEX *Nicolaus V.* epiſcopo *Lubecenſi Arnoldo* mandauit, ut in rem inquireret & ſibi referret. Quocirca Arnoldus ad epiſcopum Conradum ex caſtro *Vthin* 12. Sept. anno 1450. literas miſit. A pontifice denique & concilio *Baſileenſi* ſtatutum, ut eo, quod vehementer dubitandum ſit, num re uera rubentes maculae in hoſtiis ſint de ſanguine Chriſti & hoſtiae ipſae conſecratae, omnino alia conſecrata hoſtia ſanguineis ſuperponeretur & tum demum adoraretur. Iſto enim modo nullam committi poſſe idololatriam arbitrabantur. Poſteaquam itaque, prout ſupra memorauimus, *idoli huius auctoritas 169. annos* duraſſet ab inuentione, ſenatus *Vilſenacenſis* tandem defuncto epiſcopo *Buſſone II.* qui catholicae religioni ad mortem usque addictus manſerat, ſacerdotem religionis purioris Iohannem *Ellefeld Prizwaldenſem* ſub hac conditione uocauit, ut ſolum modo praedicandi munere fungeretur nec de ceremoniis ſacris ſolicitus eſſet. At uero *Petrus*

Pragenſis archiep. Zimko uetat Vilſenacum proficiſci.

Publicis ſcriptis confutatur haec ſuperſtitio.

Papa inquirit in hanc rem.

Eutin. 1450.

Concil. Baſileenſe.

Primus Vilſenacenſis miniſter uerbi diuini euang. rel.

ſend iahr, dreyhunder iahr, in den ver und ſeventizgſten iahr, in ſünde *Benedictus* dage unde unſeme groten ingeſegele.

Vilſenaci reperitur ſanguis ſanctus.

Sigillum huius diplomatis idem ac N. XIX. Eiusdem epiſcopi aetate ita nominatus *ſanguis ſanctus* (*das heilige blut*) *Vilſenaci* repertus eſſe dicitur, cuius miraculoſi effectus toti Europae noti ſunt facti. *Mattheus Ludecus* decanus olim *eccleſiae cathedralis Hauelbergenſis* anno 1586. integrum libellum ea de re edidit, ex quo, quum in paucorum ſit manibus, cum poſteris omnem hiſtoriam breuiter communicare libet.

Vilſenaci inuenta hoſtia miraculoſa an. 1383.

Von der Vindinge unde wunder-wercken des billigen ſacrament to der WILSENACK.

Naah unſers Herren Chriſti gebord duſend drey hundert, darna in den drey und achtigſten iahre up einen ſonndage, de dar was de negeſte dag na unſer leven fruwen Krutwiginge, da wart dat dorp Wilsnack *mit der kercken darſülveſt dorch Hinricke von* Bulau *vyentlicker wyſe gantz verſtoret unde verbrand, de kerckhere daſylveſt nicht to huß weſende hatte dat billige ſacrament in dreen partikeln offte kleinen hoſtien ümme krancker lüde willen, up den altare gelaten. So nun deſülffte kerkherr, de umme gnade unde aflates willen in der kerckwyginge, to* Havelberge *geweſt hatte, unde de*

Vilſenacum incenſum ab Henrico de Bülau.

wyle

wyle de kercke tœr Wilſsnack *noch brande wedder to huſs quam, was he ſehre verſchrecket unde betrævet umme des billigen ſacraments willen, dat he dabie ſau verſümlck geweſt hatte. So dat avers gegen den avend trat, da ginck he met ſynen buren ümme herberge willen in groten iammer unde dræſniſs bet to der* groten leben, *dar ſe ock ſamtlicken etlicke tyd gebleven ſind. Des drüdden dages na den vorgeſchreven ſondage, ſo iſs de vorgeſchrevene kerckhere mit velen ſyner buren wedder to der* Willſenack *gegahn, ümme to ſækende na etliken toſamen gefloten ſtücken, von verbranten klocken unde ander iſewerck, datſülffte he mit den ſynen gar flytigen geſacht und geſamlet hefft; thom lateſten iſs he gekammen to den altare, darup he plach to hebbende enen ſchænen uthgehauenen block, den he vormiddelſt den fure gantz verbrand gefunden, in welckern blocke vor dem brande iſs geweſen eine kleine hælten büſſe mit ſiden wanne avertagen, dick umme gedan mit einem* corporale, *darinne de ſülffte preſter gehat hefft dre* kleine *conſecrerde hoſtien umme* krancker *lüde willen. Von welckern hoſtien, noch der büſſen, offte* corporale *he nicht met allen gefunden, ſünder meinende dat ſülffte* ock *alle mede verbrand were, darumme he dan ſere verſchre-*

ſchreket wart, darinne betrachdende, dat ſo dans alle dorch ſiene verſümniſſe (de wil he in den brande nicht to huſs geweſt unde ſo dans gereddet hädde) mæchte geſchehen ſyn. Alſe nun de vorgedachte preſter mit ſyner geſelſchop dat altar baven von dem brande gantz gereiniget unde nicht geſunden hatte, unde alſo mit wenenden ogen unde bedræveten herten wedder na dem dærpe groten Luben *gegan was, ſo heſſt he an einen ſünavende darnegſt mit ſienen buren gar fründlick unde leeflick geredet unde ſe vlietigen gebeden, dat ſe æme mæchten verlaten unde eme gutlicken vergunnen, ſyck met enen capellan denſte, edder mit einer kercken tor hure in einer andern byſtadt umme ſyner vædinge willen to beſorgende, unde effte ſe wedder to der* Wilſenack *quemen unde darwedder buen wærden, dat ſe ſich den ock mit einen andern kerckheren beſorgende. Von welckeren reden de buren umme fromheit willen des preſters ſere bedrovet worden, ſyck darbeneven under malckander frundlick bedanckende, unde hebben ſick darmit (dewyle id vaſte gegen die nacht gieng) ſchlapen gelegt. In der ſülſſten nacht an den ſünnavende up den ſundag, de dar was de achte dag na den brande, unde de wyle de preſter lag rouwende unde ſchlapende by dem füre met den*

den buren, hærende ene ſachtmædige unde kindlicke ſtimme buten der dære, de æme by ſinen nahmen næmende unde vermande eme, leeflicken up toſtande unde ſich beredende tor Wilſenack *eine miſſe to holdende. So averſt de preſter upt vlietickſte darna hærende, wat dar weſen mæchte, dat em ſo vermahnt hedde, ock nich mehr vernahm, unde ſick vveder to ſchlappe gelegt hadde to hand eine ſtunde darna, ſo hefft he de ſylveſte ſtimme gliker mate noch eins by den vüre gehæret, vvo to vorne vor den huſe gehært, dat he tor Wilſenack gahn unde daſylveſt miſſe holden ſcholde. Darup de preſter luder ſtimme tor antwort gav: dat he dat gerne don vvolde, alſo dat ock ein bur mede bey dem für liggende davon mit vvakende vvart, unde fragete den preſter, vvat dat vvere do antvvorde eme de ſülffte preſter ſeggende allent vves eme begegnet vvas, darto de bur andvvorde unde ſede: herr yd hefft ju gedücht edder gedræmet, von der groten bekummerniß, de yi hebben, von des ſchaden unde brandes vvegen uns allen avergangen. Mit ſolcken unde der gliken mannicherhande reden under ene lopende unde ergangen, ſynt ſe vvedder entſchlapen vvorden. Alſe dat averſt in der morgentyd vvas, da quam de ſulffte ſtemme vvedder, de he*

Sacerdos ſomnians uocem audit ut redeat Vilſenacum.

Id quod fecit.

vorhen to tween malen gehört hadde, erstlicken to em sprekende unde vermanende, warümme he solcker saligen vermanunge nene verfolgunge dan wolde, unde grep en hartliken an beyden rechten arme unde toch em och sehr hart, dat he schmerte unde wetage davon empfing unde darvon entwaket yß unde hefft ut verschrekenden gemöde ock uan schmerte unde wedage synes armes luder stemme geropen, dat he alle der vermanungen unde gebaden mit vliete unde allen vermögen gerne genoch den und so dans füllenbringen wolde, unde yß also von stund upgestahn, mit samt alle den buren dasylvest mit en wesende, unde hebben met sick genome mißgewandt ut den dorpe to Lüben *unde allent, wes to der miße von nodend, unde sick damet ylende den dorpe* Wilsenack *benahet. Alse nu de prester to dem altare (dat nu in de ere des hilligen blodes unde lichnams unsers Herren JEsu Christi gewihet) gekomen iß, dat he wolde bereiden unde bekleiden, welcker vorhen leddig unde blot stund, hefft he wunderlicker wyse unde von gödelicker schickung de dre klene hostien von den füre ünverserget gefunden, averst ein wenig umher versenget, unde in einer ydlicken hostie ein blodes droppen up den* corporale (*dar da was to hope geschlagen unde an etlicken orten verbrennt) gefunden; ock so ist in der sülfften nacht in der morgentyd ein merckeling regen gefallen, darvon dat sülffte altar gantz nat geworden, averst dat corporale samt den hilligen hostien unde stede darunder dröge gebleven sind; Welcker durch den prester gesehen unde davor*

Inuenit hostias in igne seruatas,

in quibus guttae sanguinis adparent.

Miraculum primum.

sehr

sehr verschrecket, hefft to sick geeschet alle syne naberschop, de he hebben möchte, en sodan wunderwercke apenbarende unde wysende, unde hefft vort dasylvest, wo eme geraden unde gesegt, de misse geboden. Alse nu de misse geendiget, unde tor Wilsenack *nene bequeme stede was, dat man dat billige Sacrament verwaren unde verschluten künde, so nam he dat met seck to* Luben, *dar danne acht dage darna de wächtere, so dat dorp vor piddernacht bewakende, vor dem billigen sacrament vieff wisse kertzen brennende seyn, de ock so lange brenden, dat de vorgenönnende prester dasylvest ock misse geheylt, unde so de misse halff ute was, da gingen twe der* kertzen *von sick sülven ut, unde dre bleven brennende de se mit groter werdigkeit vor dem billigen sacramente to der* Wilsenack *drogen, unde gingen da wedder umme mit den sülfften brennenden kertzen to der* Luben, *de denne noch dorch weder noch wind utgelöschet noch ock von den brennende* körter *geworden sind. Darna so ward de vorgeschrevene prester dorch den bischopp to* Havelberge *citeret, umme von solcken geschäfften de wahrheit to wetende, de eme den von allen dißen geschäfften unde wunderwerck warhafftige underrichtung gedan hefft, unde wo wol düsse sülffte prester (de vorhen de kertzen in der lenge gemeten hadde) twe dage unde twe nachte uthe was, so heffte doch tor tyd siner hemkunfft de nah brennende kertzen nicht körter, den se vor weren, gefunden, darvon sick ein der buren Slanze genömet sere verwunderende, sprak unde sede, dyt met jümmert ein*

Miraculum secundum.

Sacerdos citatur ab ep. Havelbergensi ut rei veritatem rescisceret.

Miraculum tertium.

Godes teken ſyn, ſo wy alle vor ogen ſeyn; unde puſtete 2. von den kertzen uth, de dennoch ſind wedder brennende worden; averſt to dem drüdden male, ſo he noch ene allene von den dreen uthpuſtende, ſo ſind de andern beyde ock von ſich ſylveſt uthgegan, da man de wolde wedder anſtecken, ſo vele male beſocht, wollen ſe nich brennen, welckerer kertzen twe ſind noch darſylvſt tor ſtede, unde de dridde moſte de ſülffte mann vor ſine ſünde to Rome *dragen. Darna eine mercklige tyd vergangen, do ſick de teken unde mirackele darſylveſt dorch de ſchickunge Gades vaſte von dage to dage vermerden, iß der* ehrwürdige in Gott vater unde herre herre Diederick to der tyd biſchop to Havelberge *uth ſünderlicker innicheit unde othmoet, ock darſylveſt tor ſtede gekomen unde hefft ſick vereydet up den altare des hilligen blodes eine miße to holdende; alſe he nun darto eine ſonderlike hoſtie conſecrert unde upgehaven hadde, lede he ſe up dat corporal manck de andren dre hoſtien, twiwelnde in ſyck ſylveſt, efft de dre hoſtien ock conſecreret ende benedyet wären, alſo hefft he geſehen, dat dat blod der middelſten hoſtien ſick vermehret hefft unde grod geworden iſt, dat yd were aver dat gantze corporal gefloten, wo dat dorch de krafft Godes nicht entholden wäre. Overs mit der tyd er die miße uth quam, iß dat wedder dorch de ſchikung Gades in der erſte geſtalt gekamen, dat ſülffte ock geſen hefft de proweſt to Havelberg, de den biſchop to den altar donde, derglicken ock in der ſülfften miße, ſo hefft dat ock geſeen de perner von olden Reppin, de den*

Miraculum quartum.

Miraculum quintum.

proveſt



[...]n syn, so wy alle vor ogen seyn, unde [...] den kertzen uth, de dennoch [...] ennende worden; averst to dem [...] so he noch ene allene von den dren [...] le, so sind de andern beyde ock [...] uthgegan, da man de wolde [...] so vele male besocht, wollen se [...] welckerer kertzen twe sind noch [...] stede, unde de dridde moste de [...] sine sünde to Rome *dragen.* Da[...] *[...]ercklige tyd vergangen, do [...] mirackele darsylvest dorch de [...] [...]es vaste von dage to dage verme[...]* ehrwürdige in Gott vater [...] [...]e Diederick to der tyd bischop [...] *[...]ge uth sünderlicker innicheit [...] [...]ck darsylvest tor stede gekomen [...] vereydet up den altare des [...] [...]e misse to holdende; alse he [...] [...]like hostie consecrert unde [...] [...]le he se up dat corporal [...] [...]ostien, twiwelnde in syck [...] [...]stien ock consecreret ende [...] so heffi he gesehen, dat [...] hostien sick vermehret [...] [...]rden ist, dat yd were [...] [...]al gesloten, wo dat dorch de [...] [...]t entholden wäre. Overs [...] [...]e uth quam, ist dat [...] [...]g Gades in der erste gestalt [...] ock gesen heffi de [...] to [...] [...]en bischop to den altar [...], [...] in der sülfften misse, so [...] [...]de perner von olden Reppin, [...] pr[...]*

provest to Havelberge by den ruchelen getogen unde mit der hand up de hostien gewieset hefft, bemelicker stemme to ein seggende: herr pravest se gy nicht? averst de pravest, umme verhinderunge willen der misse hefft he nicht geantvvortet. Alse nu de misse geendiget vvas unde de bischop mit den synen na synen schlate der Plattenborch *reisende unde mit groten süfftende unde uthgedinge der trane, vves eme in der miss vveddervaren up dem vvege den vorgesrevenen pravest, perner to Ruppin unde mit eme in den vvagen sitten openbarte, hebben dasylvest de vorgesreven pravest unde perner apenbar bekandt unde gesecht, dat se sodan mirackel ock openbar geseen hedden, alse vvahrhafftigen geschehen vvere, darümme dann de sülffte bischop mehr dröffnisse gekregen hefft, darinne betrachtende, offt vielicht sodan vvundertecken sinet halven so geschehen vvere, na deme he in der misse getvvieffelt unde gedacht hatte, de dre hostien nicht consecrert, sünder von bosshafftigen mynschken so mit blode bestreken gevvesen, unde vvolle de sülfften dre hostien mit dre hostien mit der ander hostien consecreret unde benedyet hebben, vvo he dit mirakel so nich gesehen hedde, alse dyt sülffte ock alle synen denern (dat dyt mirakel also vvahrhafftig geschen) von vvorden to vvorden vertellet hefft.*

Episcopi Hauelbergensis sollicitudo animi ea de re.

Tantum de inuentione sanguinis.

Praeterea citatus autor miracula quaedam, quae circumferuntur & de quibus integrum uolumen sub titulo: *Liber miraculorum*, compilatum fuisse aiunt, narrat. Hoc idolo-

Liber miraculorum.

 latriae

latriae improbiſſimae, quae 169. annos durauit, occaſionem praebuit. Magnus iſtuc & incredibilis hominum concurſus erat. A feſto paſchatos ad pentecoſtes plerumque *Hungari* & *Poloni* aduentabant ducenti uel trecenti circiter, ad id conducti a ditioribus & nobilioribus, ſingulari deuotione nudis pedibus iter ingreſſi afferebant dona. Die uero Bartholomaei apoſtoli maxima erat frequentia, quanta nullo anni reliquo tempore uno impetu fieret; undique aduolabant creduli, ut ſpatium deficeret. Quae idololatria tantae quotannis utilitatis erat, ut epiſcopus Iohannes, de quo infra dicetur, ſtatueret & diſponeret, ad quid magnae quas ex plumbeis teſſeris fecerant, pecuniae conferri deberent. Tandem detecta fraus eſt. Nam tempore *Iohannis Huſſi* ciuis quidam *Pragenſis, Peter Zicko de Ach* dictus, *Vilſenacum* uenit, ſperans, ſi offerret *manum argenteam* uirtute *ſanguinis ſancti* ſanatum iri manum ſuam; miraculum uero fruſtra exſpectans attamen in tertium diem ibi commorabatur, ut audiret, quid de ſua manu ſacerdotes dicturi eſſent. Sacerdote itaque publice miraculum nouum his uerbis praedicante: *Audite pueri miraculum! Ecce unus ciuis Pragenſis ſanatus eſt in manu contracta per ſanguinem Chriſti, & in teſtimonium illius, ecce, obtulit iſtam manum argenteam,* oſtendit manum homo alta uoce clamans: *O! Sacerdos cur mentiris? Ecce adhuc manus mea eſt contracta, ſicut & prius.* Redux in patriam nuntiauit haecce; ex quo factum,

Fraudes detectae tandem ſunt.

factum, ut *Zimko* antiſtes tunc *Pragenſis* in ſynodo quadam conſtitueret omnesque ſacerdotes iuberet ſerio, ut ſingulis ſolis diebus publice ſub poena *banni* interdicerent plebi, quo minus *Vilſenacum* irent. Praeterea Iohannes *Huſſius* contra hanc rem integrum librum latine ſcripſit; idem fecerunt D. Iohannes *Wünſchelbergius* anno 1400. & *Henricus Tocke* doctus canonicus *Magdeburgenſis*. Academiae quoque *Erfordenſis* doctores confutauere hunc idololatricum cultum. Quid? quod PONTIFEX *Nicolaus V.* epiſcopo *Lubecenſi Arnoldo* mandauit, ut in rem inquireret & ſibi referret. Quocirca Arnoldus ad epiſcopum Conradum ex caſtro *Vthin* 12. Sept. anno 1450. literas miſit. A pontifice denique & concilio *Baſileenſi* ſtatutum, ut eo, quod vehementer dubitandum ſit, num re uera rubentes maculae in hoſtiis ſint de ſanguine Chriſti & hoſtiae ipſae conſecratae, omnino alia conſecrata hoſtia ſanguineis ſuperponeretur & tum demum adoraretur. Iſto enim modo nullam committi poſſe idololatriam arbitrabantur. Poſteaquam itaque, prout ſupra memorauimus, *idoli huius auctoritas 169. annos* duraſſet ab inuentione, ſenatus *Vilſenacenſis* tandem defuncto epiſcopo *Buſſone II.* qui catholicae religioni ad mortem usque addictus manſerat, ſacerdotem religionis purioris Iohannem *Ellefeld Prizwaldenſem* ſub hac conditione uocauit, ut ſolum modo praedicandi munere fungeretur nec de ceremoniis ſacris ſolicitus eſſet. At uero *Petrus*

Pragenſis archiep. Zimko uetat Vilſenacum proficiſci.

Publicis ſcriptis confutatur haec ſuperſtitio.

Papa inquirit in hanc rem.

Eutin.

1450.

Concil. Baſileenſe.

Primus Vilſenacenſis miniſter uerbi diuini euang. rel.

Conradi decanus *Hauelbergensis* ecclesiae cathedralis superstitioni catholicae mordicus inhaerens saepius *Vilsenacum* uenit finitoque sacro sermone & distributa sacra coena commentitium sanguinem miraculosum more antiquo accensis facibus ex sacello publice singulari cum reuerentia & pompa extulit; Sicque simplicem plebeculam denuo quasi idololatriae immergere sategit. Quod magna animi commotione sacerdos euangelicus cernens cum Iohanne Agricola Eislebio, qui Berolini generalis, uti uocant, superintendentis dignitatem habebat, & cum D. Laurentio Poschio ministro uerbi diuini Kyrizensi rem communicauit & deliberauit. Postea anno 1552. die Sabbathi ante dominicam Exaudi, uicesimus octauus erat dies mensis Maii, quum domum reuersus fuisset Kyriza, ad sacellum, ubi fictitius sanguis seruabatur, iuit sibique ahenum candentibus carbonibus repletum adferri iussit a baccalaureo & aedituo Thoma *Bremero* nemine intelligente, quod animi esset propositum. Intrans itaque delubrum releruaculum, ubi sanguis miraculosus in deaurato uase inclusus erat, aperuit vitrumue crystallinum fregit, idolum sumsit dicens: *Maledicte diabole! ego hodie destruam te, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, quoniam tu destruxisti multos;* sicque praesentibus Luca *Lindenbergio* capellano, Iohanne *Webero* ludi magistro & Thoma *Berends* in carbonibus combussit. Neque enim aliud, nisi hirci cruor exoletus erat statimque in igne euanuit, neque per se rubicun-

Sanguis hic in ignem conijcitur a sacerdote euangelico,

cundus, ſed repercuſſo in cryſtallino vitro luminis ſplendore talis adparebat color. Conſecratam uero hoſtiam, quae idolo, decernente ita PONTIFICE Nicolao V. & *concilio Baſileenſi*, ſuperpoſita fuit, ſacerdos ſingulari deuotione ſeruauit & ſequente die dominica Exaudi ſacra ſynaxi utentibus diſtribuit. *Plettenburgi* igitur ſtatim iuſſu capituli *Hauelbergenſis* ſacerdos una cum ludimagiſtro in carcerem coniectus eſt. Licet autem capitulum ſacerdotem ignis poenae ſubiicere tentaret; attamen precibus nobilium pluriumque ciuitatium *Marchiae ueteris* & *Prignicenſium*, mandato electoris an. 1552. die Martini a Conrado *Rocho Prignicenſi* & *Ruppinenſi* praefecto praeſentibus capitularibus *Platenburgi* ita deciſa eſt res, *ut captiuus ſacerdos e carcere dimittendus caueret & promitteret ex Marchia Brandenburgica excedere & in peregrina loca ſeſe conferre.* Cui promiſſo ſtetit. Ludimagiſter cum reliquis priſtinorum munerum rurſus participes facti ſunt gratis.

qui propter ea uinctus.

tandem abſoluitur.

XXVIII. IOHANNES WEPELIZ a curia Romana anno 1386. confirmatus eſt. Priuilegia *Witſtockienſis* ciuitatis ſtabiliuit denuo, datae ſunt literae in caſtro *Witſtock* an. Domini 1386. dominica, qua cantatur Reminiſcere. Sigillum habent quod ſiſtimus. Ibidem in arce ſacellum pulcrum ſaxis quadratis exſtrui curauit, ubi legi poteſt inſcriptio adhuc hodie: *Anno Domini* M. CCC. LXXXIX. *uenerabilis in Chriſto Pater & Dominus Dominus Iohannes epi-*

XXVIII. IOH. WEPELIZ 1386.

SIGILLVM N. XX.

ſcopus eccleſiae Hauelbergenſis XXVIII. *hanc capellam aedificari fecit in honorem glorioſae uirginis Mariae ſanctorumque Laurentii & Conſtantii martyrum. Orate pro me.* *Ludecus* in libro ſuo ſupra citato conſtitutionem huius inſeruit epiſcopi de pecunia ex teſſeris plumbeis facta, quae huius eſt tenoris:

DIPLOMA. Iohannis epiſcopi conſtitutio.

In nomine Domini amen. Nos IOHANNES *Dei gratia epiſcopus* Hauelbergenſis *ad uniuerſorum & ſingulorum deducimus notitiam, tenore praeſentium publice recognoſcentes, quod ad aeternae retributionis meritum, omnes & ſingulos peregrinantium in* Wilsnack *ſignorum prouentus pro ſtructuris & aedificiis eccleſiae noſtrae pie donauimus, deputauimus & prouentibus aſſignamus in hunc modum; Ita ut praelibati prouentus in tres aequales diuidantur partes, quarum una pro noſtris noſtrorumque ſucceſſorum aedificiis reſeruetur; Secunda pars pro praepoſiti & capituli; tertia uero pro monaſterii noſtri duntaxat ſtructura, nec non ornamentorum tam ſacerdotalium quam aliorum ac librorum inibi neceſſariorum comparatione ac conſeruatione conuerti debeat & in totum coaptari; Volumus inſuper & ordinamus, quod praenarrati ſignorum prouentus congregentur, diſpenſentur & cuſtodiantur iſto modo; Quod ſtructurarius, quem pro monaſterii noſtri ſtructura & aliis pronarratis de conſenſu praepoſiti, prioris & capituli noſtri elegerimus, una cum noſtro in* Wilsnac *deputato ſeu deputando de comparatione & uenditione ſignorum eorundem curam habeant,*

ad quid pecunia conferenda.

de

de pecunia communi ſingula ordinando, & cum ex his notabilis collecta fuerit ſumma, ambo Wilsnack *conueniant, ſummam ipſam ad quandam arcam inibi ſitam, duabus ſeris diuerſis munitam, de qua noſter deputatus unam clauem, ſtructurarius aliam habebunt, fideliter deponendo ſummam ipſam uni libro, qui in ipſa arca includi debeat, diemque depoſitionis & horam & ſi quid pro ſignorum comparatione de ipſa receperint notando, ut de his tempore ſuo dare ualeant rationem; Et ut praefati ſignorum prouentus, quotiens expediat diuidantur, ordinauimus, ut praepoſitus prior & duo de capitulo cum ſtructurario ſenioris ac noſtri ſucceſſorumque noſtrorum deputati* Wilsnack *conueniant, prouentus ipſos* trifarie *diuidendo, de qua noſtri deputati, pro noſtris noſtrorumque ſucceſſorum aedificiis unam capient partem, aliam uero praepoſitus, in quantum adminiſtrator bonorum capituli percipiet partem, cum qua ſua & capituli aedificia iuxta prioris & duorum de capitulo ſeniorum conſenſu & conſilio reformet, conſtruat & conſeruet in eſſe: Structurarius uero pro ſtructuris monaſterii, ut praemiſſum eſt, tertiam tollet partem, quam cum eisdem praepoſito, priori & duobus de capitulo ſenioribus ac noſtris deputatis Hauelbergam deferat, ipſamque ad arcam ibidem ad hoc ordinatam & ſecuriori loco collocatam tribusque ſeris diſſimilibus firmatam, de qua nos unam clauem, praepoſitus aliam & capitulum tertiam habere debeamus in ante dictorum praepoſiti, prioris & duorum ſeniorum ac noſtrorum deputa-* **Partitio pecuniae.**


putatorum praesentia sub custodia ponat quam fideli; Cum autem structurarius ad sui officii exsecutionem, secundum nostri nostrorumque successorum, nec non praepositi, prioris & capituli beneplacitum & uoluntatem, ut praemissum est, faciendam pecuniis indiguerit, ex tunc prouentibus de iisdem in ante dictorum praesentia pecuniarum iuxta sui indigentiam tollet summas, quas libro, qui in dicta arca debeat conseruari subito conscribat, ut de perceptis & expositis, cum requisitus fuerit, coram nobis debitam praestare ualeat rationem; si uero, quod absit, praepositus, prior & capitulum dictam nostram ordinationem infringere uel uiolare praesumerent quouis modo, aut ipsam recusarent obseruare, ex tunc nos nostrique successores omnes & singulos signorum prouentus percipiemus, ipsos pro structuris dictae nostrae ecclesiae, modo quo praemisimus conuertendo, quousque praepositus, prior & capitulum praesentem nostram ordinationem in singulis suis clausulis reassumpserint obseruare, & haec toties fiant, quoties fuerit opportunum.

Dat. Witstock 1396. *Datum* Wistock *anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, ipso die beati Stephani protomartyris gloriosi, nostro sigillo presentibus sub appenso.*

Praeter haec templum primarium Hauelbergense reparari inque choro historiam passionis suis sumptibus in lapidem incidi iussit. Decessit anno Domini 1401. festo cathedrae Petri, eiusque monumentum & statua marmorea *Hauelbergae* medio in choro templi primarii conspicitur.

XXIX.

[redacted]



21
p.301.
S. Ottonis Dei gratia Havelbergensis Episcopi.
22
p.302.
S. Conradi DEI gratia Ecce Havelberg. Episcop.
23
p.309
S. Conventus monasterii Campensis
24
p.309
+FRATRIS Johannis ABBAT. mon. CAMPENSIS
25
p.325.
SIGILLUM
Dei gratia Ecclesie Havelbergensis Episcopi

XXIX. OTTO de ROHR

XXIX. OTTO de ROHR. 1386.

a pontifice Bonifacio anno 1401. confirmatus obiit anno 1427. die Priſcae uirginis. Hic itidem priuilegia *Witſtockienſia* confirmauit; literae ea de re datae in caſtro *Witſtock* anno 1401. die dominica proxima poſt feſtum ſancti Michaëlis archangeli ſigillum oſtendunt, uti eſt hic depictum. Anno Domini 1410. ſabbatho die Bartholomaei & an. 1412. nocte Caeciliae temporibus huius Ottonis multas Germaniae prouincias & inprimis noſtra loca, magnis terrae motibus fuiſſe conquaſſata teſtantur Caſparis *Sarnouii* rhythmi barbariem priorum temporum redolentes:

SIGILLVM N. XX.

Terrae motus in Germania 1410. 1412.

Sarnouii rhythmi.

Anno milleno centum quater addito deno
Non prius hoc legi, ſabbatho die Bartholomaei
In noctis moram poſt undecimam fuit horam
Hic terrae motus Alemannis undique notus,
Turres, caſtra, domos, rumpendo, mouendo, cadendo
Sic perceptibilis, fortis & horribilis
Per breue tempus erat, quando ſic appareat.

Similiter:

Anno milleno centum quater addito duodeno
Nocte Coeciliae, patuit timor undique uitae,
Horridus inſtābat boreas, fortiſſime flabat,
Terra tremiſcebat, ex hoc homo quisque terretur,
Caſtra, domos, muros tres fecit eſſe caſuros,
Pinnacula ſummi ceciderunt huius theatri,
Ligna ruunt nemorum, nudantur tecta domorum.
Da nobis Chriſte, quod abeſt longe dolor iſte.

Terrae

Terrae motus hi dicuntur in causa fuisse, ut murus in turri templi notabilem fissuram acceperit.

FRIDERICVS

Fridericus & Ioh. a Beust. Bibliotheca Hauelbergensis.

in iuris decretis licentiatus a capitulo electus sed ante inaugurationem an. 1421. mortuus est. Cui bibliotheca *Hauelbergensis* sua augmenta debere quodammodo dicitur.

IOANNES a BEVST

similiter a capitulo electus a PONTIFICE, MARTINO V. confirmatus morte anno 1424. in octaua natiuitatis Mariae praeuentus inaugurationem non accepit. Quum itaque praecedens Otto episcopus uicesimus nonus anno 1427. quemadmodum ex epitaphio eius clarescit, decesserit, uterque vero Fridericus & Iohannes a Beust ille anno 1421. iste anno 1424. uiuente adhuc Ottone diem obierit supremum; ad quod accedit, quod sequens episcopus Conradus in epitaphio suo *Hauelbergensi* tricesimus adpelletur; sequitur ut neuter regnauerit, bini potius Ottonis coadiutores uel suffraganei fuerint spemque solam habuerint succedendi.

XXX. CONRADVS (*Lindorff.*)

XXX. CONRADVS (Lindorff)

a capitulo electus anno 1427. tricesimo tertio episcopatus anno 1460. uiuere desiit. Literae confirmationis priuilegiorum *VVittstockiensium* datae anno 1428. dominica Oculi sigillum ostendunt, quod sistimus.

SIGILLVM N. XXII

Prae-

Praeſul hic Conradus liberalis, probus & ciuitati *Witſtockienſi* fauens princeps merito ſuo laudatur reique ueritas ex multis donationum literis, quae ſuperſunt, pateſcit. Etenim primum uillam *Rochſtede* cum omnibus pertinentiis donauit ciuitati, ui chartae ſequentis: *Laudatur hic praeſul. Donat Witſtockienſibus uillam Rochſtede.*

DIPLOMA. 1438.

Wy CONRADVS *von Godes gnaden unde des hilligen ſtoles to* Rhome *biſchop to* Havelberge, *bekennen apenbar vor allen guden lüden, de deſſen bref ſeen edder hören leſen, dat wie nach rade unde* vulbor *unſes* praveſtes *unde* capittels *to* Havelberge, *unſes* rades *und unſer* getrüen manne *hebben angeſeen grote* veyde *unde mannigfaltigen ſchaden, de uns unde unſern börgern vor unſer ſtadt* Witſtock *bi unſen unde vor unſen tiden geſchehen iſt, unde hebben unſen getruen* radmannen *unde* gemeinen börgern *unſer ſtadt* Witſtock, *to hulpe und betrunge unſer ſtadt, und unſes gantzen landes, geven uud vor eigent mit krafft duſſes breves, unſe dorp* Rochſtede *mit allen ſienen feldmarcken an unſem felde* Witſtock *belegen, mit* ackere, holten, weide unde wiſche und aller friheit, rechtigkeit, tobehörunge, und nuttunge *alſe unſe vorfahren biſchoppe to* Havelberge, *dat von oldinges unde wie aldus lange gehad hebben, dat ſe mögen beveſten, belandweren, begrawen, ſtoven unde borge maken nah unſen unde unſer nakömlinge vvillen alſe alder beſte mögen; deſſen acker unde veldmarck, ſcholen ſe unvorvveſen holden unde dat to huſs lande leggen na der* wake *des vorſchreven dörpes*

unde

unde veldmarke met allen vorſchreven ſinen gerechtigheiden, ſcholen to evvigen tyden beholdende vveſen. &c. &c.

Hieraver ſind gevveſet de vverdigen herren Barthol Lyderitz, *praveſt to Wyſtock, herr* Merten Wiſe, *official, unde de duchtigen und beſcheiden lude*, Olde Hanſs Ror *hövetman in der* Prignitze, Peter Linddorff *unſe procurator*, Iohannes Sander, *unde* Hanſs Cruſemarck *unſe cammermeiſter; Des to groter bokentniſſe unde to tuge ſo hebbe vvie* CONRAD *von Godes gnade biſchop*, Henning Wotenau *praveſt, unde capittel to* Havelberge, *unſer allen grote ingeſegele laten hengen, an deſſen apenen breff, de gegeben un ſchreven iſt na Godes bort, verteinhundert iahr, darna in den acht und dröttigſten iahre, an den ſonnavend unſer leven fruen avende to Lichtmeſſen.*

TESTES.

Dat. 1438.

Eodem regnante templum parochiale ſpatioſius adiecto choro factum atque honori beatae uirginis Mariae conſecratum eſt, quum antea beato Martino dicatum fuiſſet, cuius imago erecta eſt poſt altare. Accedit, quod ciuitati donauerit locum *Roſenplahn* dictum, de quo haec autoris ſcripti libri extat narratio. Quum die pentecoſtes, uti heic loci adhuc fieri aſſolet, ciuium quorundam uxores filiaeue uirgines ante *Gropenſem* portam in loco ſiniſtrorſum ſito, ubi *Sagekuhle* eſt, ſaltarent, epiſcopus fortuito equitans aduenit quaeſiuitue: numne alium ad ſaltandum aptiorem locum haberent? Ad haec ciuis quaedam ſpatium in prato ſito e regione circumire iuſſa eſt, quod aratro metiri

Roſenplahn donatur Witſtockienſibus.

metiri ciues iussit iisque donauit diciturque *rosenplahn.* Nam feminis fauisse exinde patet, quod multa documenta in urbe seruentur, quibus huic illiue ciui agros prataue in siluis *Gröpensi*, *Poderf*, *Hünebolz* & alibi concessit idque ob ciuis eiusque uxoris praestita praesuli seruitia. Exempli loco communicamus, quod ad manus est: *Feminis fauit.*

Wy CONRADVS *von Godes gnaden, bischop to* Havelberge *bekennen apenbar, vor als weme, dat wy unsen getrüen* Clavves Pallencken, Ilsen siner ehelicken husfruen *unde erer twier rechte erben, üme dieses willen, den sie uns gedan hebben, unde noch don mægen, gegeven hebben den hoppen-garden,* &c. &c. DIPLOMA.

Des to mehrer bekentnisse hebben wie unse grote ingesegele *laten hengen an dissen apenen breff, de gegeven unde schreven iß na Godes bord 1431. des middewekes na Egidi des hilligen abts.* *Dat. 1431.*

Porro priuilegium episcopi *Theoderici* an. 1374. quomodo *succedatur in hereditatibus* repetens confirmauit an. 1453. die Mercurii post festum trium regum. Neque omittendum est, quod terras, *die Cotzer heide,* dictas ciuitas acquisiuerit, quam rem documenta, quae extant, ita narrant: *Confirmat legem de hereditatibus.*

Anno Dom. 1311. *marchio Woldemarus* tutorio nomine *Iohannis marchionis Brandenburgici* monachis coenobii *Campen* ordinis *Cisterciensis* pro 100. marcis argenti *Brandenburgici* & ponderis uendit *Villam Kievven* *Coenobium Campen Coloniensis dioecesis adquirit bona in Marchia.*

Villa Kiewen. & *eiusdem Villae fundum &c. cum omni iure & iurisdictione, agris cultis & incultis, aruis, syluis, nemoribus, pratis, pascuis, paludibus, stagnis, aquis, piscariis & molendinis* &c. Praeter haec eisdem donauit *curiam Kotze cum stagno Kotze & riuo ab eodem decurrente & uillas* Winterfeld, Wusterade, Schonenfeld, maiorem Berlin & Glovven *cum omnibus pertinentiis.* Literae datae sunt

Dat. 1311. *Tangermundae* a. D. 1311. hebdomada Pentecostes;

TESTES. *Testes fuerunt domini reuerendus in Christo Iohannes abbas de* Lenyn, *Henricus de* Aluensleben, *Conradus de* Reder, *Nicolaus de* Buck, *Henricus* Schencko, *Gerhardus de* Kerkovv, *Arnoldus* Sack, *Bernardus de* Buck, *Schocheko & Hermannus Cappellani.*

Pendent duo sigilla, alterum *marchionis Woldemari*, alterum uero *Annae*, matris *march. Iohannis*, quae uero supra iam p. 228. & 229.

Vidimatio Colon. antistitis. communicata sunt. Literas hasce uidit Henricus *archiepiscopus Coloniensis* & sancti imperii cancellarius per Italiam an. 1319. die Elisabethae. Postea quam uero tempore praesulis Conradi terrae nostrae ubiuis rapinis latrociniisue replebantur monachiue isti multa perpetiebantur mala; reuersi sunt an.

Monachi Campenses uendunt rursus bona sua. 1434. rursus in coenobium *Campen* in *Coloniensi* situm dioecesi, bona sua interea ne inculta iacerent, Lamberto de *Xancten* presbytero & monacho professo mandatum dedere,

dere, ut administret eadem. Mandati literae datae sunt an. 1434. d. 10. Iun. Anno sequenti 1435. abbas & uniuersitas coenobii *Campen* mutuum 900. *florenorum Rhenensium* a ciuitate *Witstock* acceperunt omniaue ista bona obligauerunt, donec eodem anno 1435. die Martis post dominicam Oculi mandarent Lamperto uendere ista; id quod etiam factum est, postquam ciuitas an. 1436. dominica Laetare *scabinos Magdeburgenses* consuluisset. Literae uenditionis sunt hae: *Scabini Magdeburgenses.*

Wy BRODER IOHANN ABBET *unde fort dat* GEMEINE CONVENT DES GADES-HVSES VNDE CLOSTERS TOM CAMPE *des ordens von* Cisters *des gestichtes* von Cölln, *bekennen apenbar vor allen die dessen breff seen edder hören lesen, dat wy endrechtiglich mit berade unde wohlbedachten mode, ock mit wittschop unde willen unser* oversten, den ersamen rade to Witstock und dem gantzen gemeine *recht unde redelick verkofft hebben unde verköpen in krafft düßes brefes vor eine summa geldes, de uns wohl vergnüget is, unse land unde lüde, erve und güder to dem* hafe to Gotze unde to dem dörpe to Lywe *unde fort alle unse andere dörpe und dörpsteden, asse* Glaue, Wusterade, Schönefelde und Berlin, *ock alle die güder, die wie da to füß lange her to dessen dagen* in water, in acker, in weiden, in busken und holten, in broken, in grentzen gewanet und unbewanet, mit allen oren rechten und frieheiden, plicht und unplicht, nichts uthgenamen raulig beseten und gebruket hebben, der *göder kopbriefe, her-*

DIPLOMA, Venditionis charta.

Glaue, Wusterade, Schönenfeld, Berlin.

herschop und vorigen brieff die mit unsern vulbort und witschop von unsen lewen medebrödern, alse broder Lampert von Xancten *priester unde broder* Obert von Galli convers profess broders, *den wie dat befalen hadden, in dem apenbar der vorgeschreven güder name beiliggende und marck-scheiden uthgedrücket unde beschreven sind, dem rade to* Witstock *geantwerdet sind, der se sick mit allen rechte und mate brücken schölen und mögen, alse wie süß lange gedan hebben; und dancken den vorgeschreven rade guder betalunge der summe geldes, de wy in unses Gadeshuses framen und mehrung gadesdienstes gekehret hebben, und den mit dessen brefe der vorgeschreven gudern brefe,* besittunge, herschop, alle rechtigkeit und to behörung nichts uthgenomen, ane tid und ewig schwigen, *un willen en des eine wehre wesen, so lange wy von rechte des pflichtig sind, vor alle die jene, die vor recht kamen willen; Vort mehr verpflichten wy uns, offte se hernamals utdencken kunden einige betere und förmlicher wyse vaster brefe to erer und der guder fredesame besittunge, de wille wie un unse nakomen, wanner wy dar to geeschet werden, sonder tögerunge edder wedderspreke mit willen unde vorgewes avergeven unde versegeln.*

Mandatarii.

Euictionis promissio.

Alle dusse vorgeschrevene stucke und ein jenelick besonders, late wy broder Iohann Abbet und conuent des vorgeschreven gades-huses und closters to Campe vor uns und unse nakömlinge, *stede und veste, unverrucket und unverbroken, sonder jenigerley*

insin-

infindinge, wygefünde und sonder gefehrde ewiglich wohl to holende; tho groter bekentniß so hebben wie abbet unde conuent *vorgeschreven unse segel mit witschop an dußen bref laten hangen in dem iahr unsers Herren dusent vierhundert seß und drüttig, des Sondages to Mitfasten alse man singet in der hilligen kercken Laetare Jerusalem.* **Dat. 1436.**

Igitur Monachi, antequam bona haecce ciuitati uenderent, 125. annos quiete possidere ea. SIGILLA *N. XXIII. XXIV.*

Interim Conradus episcopus pius pacatusque princeps ciuitatem a ducibus Mecklenburgicis defendere satis non poterat, quare nouem annis post emtionem contractam ciuitas coacta fuit ducibus ui transactionis sequentis concedere quaedam:

DIPLOMA.

Von Godes gnaden wy HENRICH der older und HEINRICH der junger hertzoge zu Mecklenburg, Stargard und Rostock herren, fürsten zu Wenden, *bekennen vor uns, unsen erven und nakömmelingen, das die* erwürdigen, gestrengen und düchtigen *nabeschrevene zwischen uns von einem,* und die ersamen und vorsichtigen radmanne und gantze gemeinde der stadt Witstock *an dem andern theile, von der dörper und guter wegen, die sie kofft hebben von den* mönniken des closters Campen bi dem Rhine *belegen, nehmlich* den hoff Cotze, die Möllenstede dasylvest, Kywe, Winterfeld, Schonefeld, Wusterade, Glawe, groten Berlin mit der mönnicke heiden, die die Cotzer heide genant ist, *also daß wir von den vorgeschrevenen gudern*

dern beholden schölen und beruhlich besitten scholen to ewigen tiden dat dörp Kiwe mit alle sinen tobehörungen, nutten und frieheiden und rechtigheiden, an ackern, holten, water und weiden, gräsungen, *alse dat ligt in siner veltmarcken und scheiden, den hoff und hoffstede Cotze,* die müllenstede darsylvest, die dörpstede und feldmarck, Winterfelde, ock alle dat liegt in seiner scheiden an der heyde Cotze, *und an allen hölten schöhlen vvy hebben, beholden unde beruhlich besitten so vele buholtes, als vvy thor* Wredenhagen *not und behuf ist; ock schölen vvie daran hebben mast unsern schvvienen und die jagt darsylvest, also dat anderst nemand darinne jagen schall, alsa Wy und de unsern; vväre ydt averst sake und schege, dat die bœrger vvelcke von Witstock hunde mede nehmen in die vorgeschreven holte unde heiden, und die lepen in unsern hegen und netten, edder mit vvagen fuhren dorch den hagen edder dat wilt von den jungen schreckenden, dat schœlen vvie edder die unsern eme edder den eren neinerley vviese to arge kehren edder varen; und die vorgeschreven* radmanne und gemeinde der vorgeschreven stadt Witstock *schœlen hebben und beholen und beruhlick besitten to enen rechten eigendom* die Kotzer heyde mit allen holten, utgenomen wes wy uns daran beholden hebben, als vorgeschreven steit, und die dorpsteden, veltmarcken vorgeschreven, als Schönefeld, groten Berlin, Glaue, und Wusterade und mit allen rechtigheiden, alse de liggen in öhren scheiden; *ock*

schel-

schellen se hebben und beholden alle mast in dessen vorschreven holten, utgenommen, vvat vvy uns daranne beholen hebben, alse vorgeschreven ist; Wärt ock, dat deße vorgeschrevene dorpsteden, edder etliche darmal besyget vvurden, so schœlen vvy uns daran hebben unde beholden bede un dienst und beruhlig besitten; hieran und aver sind gevvesen, die ehrvvürdigen herren, herr Heinrich *Wutenau* pravest to Havelberge und herr Heinrich *Kram* pravvest to Fredelande, herr Matthias von *Iagovv* ridder, Heinrich *Warberg*, Otto *Viregke*, Lüdeke *Wanstede* und Achim von *Pentze, die duße sacke gedinget und in frundschop tvvei gespraken und vorscheiden an beiden deilen. Alle duße vorgeschrevene stucke und ein jevvelick artikel an sich, laven vvir ehrgenanden herren mit unsern erven und nakomlingen unverbroken stedes veste to holden, sunder arch und ohne alle gefehrde. Des to grœtern loven und mehrer bekentniß, hebbe vvy unser insiegel to hängen befohlen an dußen bref, de gegeben unde geschreven is to* Nienbrandenborg *na Christi gebort unsers Herren in den* dusend vierhunderften iahre, darna in vief und virtigsten iahre *am Donerstage na Mitfasten.* **Testes & arbitri.** *Dat. Nou. Brandenb. 1445.*

Posteaquam vero familia *Wredenhagensis* ob *porcos saginarios* nouas excitasset lites, inter *ducem Vlricum* & *ciuitatem* tandem anno 1578. d. 6. Iunii transactum est. Anno uero 1671 d. 2. Iun. ui recessus commissionis porcorum, quos *Wredenhagenses* in nostris pascuis habere debent, certus determinatus *Transactio inter ducem Mecklenb. & Witstockienses.*

 est

eſt numerus, declaratis inſuper in quibusdam & denuo confirmatis antiquis receſſibus & transactionibus annorum 1445. & 1578. Quumque preterea inprimis an. 1600. *Wredenhagenſes ob uerres (faſel-ſchweine) porcosque lactentes* quasdam intenderent nouationes, maiores noſtri ſub fictis nominibus certos ob cauſas academiae *Roſtochienſis* doctores conſuluerunt, a quibus reſponſum ſic eſt:

RESPONSVM *academiae Roſtochienſis.*

Vnſere freundlichen dienſte zuvor, achtbahr wolgelahrter guter freund &c. *als ihr uns im nahmen eines ehrbaren* wolweiſen raths der ſtadt Franckfurth an der Oder *einen bericht und darüber verfaſſeten ausführlichen teutſchen rathſchlag überſchicket und euch darauff unſer rechtliches bedencken zu eröffnen gebeten; Demnach erachten und ſprechen wir* Dechand, Senior und andere doctores der Iuriſten-Facultæt zu Roſtock, *nach fleiſſiger verleſung und erwegung berührten rathſchlages, und darin mit beſtande angezogenen rationibus decidendi, darauf vor recht:* Woferne in dem zwiſchen wohlgemeldeten rathe zu Franckfurth an der Oder, und denen aus künniglichen amte Zyllig zu zweien unterſchiedenen mahlen, als erſtlich anno 1445. und hernach anno 1578. wegen des *iuris paſcendi* auf der Vritter heiden (*deren proprietæt und eigenthums gerechtigkeit ſonſten ermeldten rathe bis auf heut und gegenwärtige ſtunde noch ungeſtritten bleibet*) aufgerichteten verträgen, denen aus dem ambte Züllich die maſt, wann dieſelbige gerathen, für ihre und des hauſes Züllich maſt-

ſchvvei-

ſchweine, ſo viel des ortes gezogen und gehalten werden, reſerviret und vorbehalten, der zog-und faſel ſchweine aber und fercken in ſpecie darinne nicht erwehnet, noch auch der hütung und trifft, und daſs ſie ſich deren mit ihren faſeln und andern kleinen ſchweinen zugebrauchen haben ſolten, gedacht worden, und es haben die von Franckfurth deren vom ambte Züllich faſel-ſchweine und fercken auf der Vriter heyden *wiſſentlich nicht geduldet*, ſondern *dieſelben mit pfanden, abtreiben der ſchweine, einreiſſen der bucht und dergleichen ſtets geſteuret und gewähret, daſs auf ſolchen fall, deren dagegen aufgebrachten rationen dubitandi ungeachtet, wohlgedachten raths der ſtadt* Franckfurth *intention wieder das* ambt Züllich genugſam fundiret und gegründet, und daſs gedachtes ambt Züllich die Vritter heyde mit ſchvveinen zu betreiben und darauf zu hüten keinesvveges, der maſt aber ſich alsdann, wann maſt fürhanden, und ſolches vor ihre maſtſchweine, nicht aber vor ihre faſel- und zog-ſchweine oder fercken zu gebrauchen befugt. *Zum andern, und auf eure andere frage erkennen wir, daſs das amt* Züllich, *wangleich in ſolo poſſeſſorio dieſe ſache anhängig gemacht und diſputiret werden ſolte*, ſich in wehrender rechtfertigung alles turbirens zu enthalten und der hütung und trifft, auch eintreibung der faſelſchweine und fercken in der maſt auf der Vritter heyde zu euſern ſchuldig, und da ſie ſich deſſen de facto unternehmen wür-

den, daſs alsdann der *rath der ſtadt Franckfurth* durch gewöhnliche pfändung oder abtreibung der ſchweine, oder andere dergleichen wege und mittel ſolchen turbationibus zu begegnen und ſich bey einhabenden beſitz zu ſchützen nach wie vor wohl berechtiget. V.R.W. Vhrkundlich den 4ten Sept. 1600.

Dat. 1600.

INSCRIPTIO. (L.S.)

Dem achtbahren und vvolgelahrten Georg Iahn, ſtadtſchreibern zu Cölln an der Spree &c. Vnſerm guten freunde.

Reſponſum Lipſienſium conſentiens huius eſt tenoris:

RESPONSVM *academiae Lipſienſis.*

Vnſere willige dienſte zuvor, ehrbahre wohlvveiſe gute freunde, *als ihr uns eine ausführliche rechts-frage neben etlichen beylagen ſub literis A.B.C.D. und E. zugeſchicket und gebeten, euch, was ihr disfals in rechten befugt, zu berichten; demnach und nach fleiſsiger uberleſung und ervvegung derſelben, unterrichten wir euch darauf im rechten zu erkennen gegründet ſeyn*; haben eure vorfahren længer, als vor 200. iahren von dem *Abt* und *gantzen conuent* des *cloſters Campen an Rhein* gelegen *erblich* und *eigenthumlich*, auch *frey* und *ohne alle beſchwerunge* erkaufft und an ſich bracht, die Kotzer heyden, darannen ihnen der eigenthum niemals geſtritten, und haben alleine lange zeit hernacher die *hertzogen zu Mecklenburg* ſich vvegen des *hauſes Wredenhagen* etlicher gerechtigkeit darinnen angemaſſet, vvelches aber durch aufgerichtete vertræge beygeleget, als anno 1445. unter

unter andern der maſt halber, daſs die herzogen ſollen haben *maſt fur ihre furſtlichen gnaden ſchweine*, und das der rath und gemeine bürgerſchafft haben und behalten ſolle alle maſt in den vorgeſchriebenen höltzern, ausgenommen, vvas den hertzogen, vvie gemeldt, vorbehalten, und anno 1578. dergeſtalt, daſs vvann die maſt vorhanden und gerathen, dieſelbe dem hertzoge offenſtehen ſoll, ſich derſelben mit ihrer fürſtlichen gnaden und hauſes *Wredenhagen* maſtſchvveine, ſo viel deren orten erzogen und gehalten vverden, zu gebrauchen, *jedoch der* ſtadt Witſtock *an ihren eigenthumlichen gerechtigkeiten, hergebrachten gebrauch und vervvaltung* der Cotzer heiden *nichts benommen, deſſen aber ungeachtet, unterſtehen ſich die conductores des hauſes* Wredenhagen *uber die maſt ſchvveine auch allerhand zog und faſelſchvveine und fercken, nicht allein, vvann maſt vorhanden, ſondern auch, vvenn gleich keine maſt geräth, auf vorberurte* Cotzer heiden *zu treiben, mit vorvvendung, daſs ſolches dem vertrage nicht zu vvieder, ſondern vielmehr gemäſs, und daſs ſie daſſelbe vermöge eines alten unſtreitigen geruhigen gebrauchs, berechtiget;* Ob es nun vvohl das anſehen, *alſs vvurden die zog und faſelſchvveine und fercken durch die verträge nicht ausgeſchloſſen, und das derentwegen zur zeit der aufgerichteten verträge, nichts vorgelauffen, und dahero zu ſchlieſſen, daſs das hauſs* Wredenhagen *zu ſelben zeit eines ſolchen berechtiget geweſen; Dennoch aber* und vveil die deutlich hel-

len vvorte und alle umſtände in den verträgen klärlich und unleugbar bezeugen, daſs dieſelbe alleine über die maſt derjenigen ſchvveine, ſo in die maſt pflegen geſchlagen zu vverden, und zvvar derer inſonderheit, ſo aufm hauſe *Wredenhagen* gezogen und erhalten vverden, aufgerichtet, und hierüber zu zeit des erſten aufgerichteten vertrages anno 1445. das hauſs *Wredenhagen* nicht erbauet gevveſen, darauf ſich auch der andere anno 1578. aufgerichtete vertrag referiret und beziehet, und dann die rechte vermuthen, daſs alle güter frey und ohne dienſtbarkeit, *wie ihr dann auch genugſam zu beweiſen, daſs ihr dem ambt mit abtreibung und ſonſten gewehret und einhalt gethan;* So erſcheinet daraus und andern in eurer frage und ausgeführten rechtsgründen, daſs *eure intention beydes in petitorio und poſſeſſorio nothdürfftiglich ergründet, es kœnte denn das amt durch zeugen, wie zu rechte gnugſam, ein anders ausfuhren.* V. R. W. Vhrkundlich.

(L. S.)

Ordinarius, Senior und andere
Doctores der iuriſten-facultät
in der univerſität Leipzig.

INSCRIPTIO.

Denen erbahren und vvohlvveiſen bürgermeiſtern und rath der ſtadt Witſtock &c. unſern guten freunden.

De cetero antiquitatum ſtudioſis ad ſtagnum *Kozenſe* & agrum literas donationis cuiusdam *Nicolai Domini de Roſtock* anni 1233.

quarum

quarum solum seruamus exemplar descriptum, adducere libuit:

In nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis: Ego NICOLAVS DOMINVS DE ROSTOK *omnibus in perpetuum* &c. *Cum omnes peccauerimus secundum Apostolum & egeamus gratia Dei, summopere nobis inuigilandum, illum horrendum diem messionis extremae; semper misericordiae operibus, maxime uero ad domesticos fidei peruenire; sane nos, qui plus de dono Dei dignoscimur in praesenti prae ceteris possidere, in multis saepius offendentes, ualde nobis timendum est, nisi ea, quae de suo accepimus, cum ministris suis, qui omnia postponentes & de fidelium elemosinis humiliter uiuere cupientes, partiamur, tunc inde grauius iudicari. Vnde si non omnia quae habemus, erogare possimus, saltem aliqua minuta in gazophilacium Domini iaciamus.* NOTVM *sit igitur omnibus, tam praesentibus quam futuris, quod nos pro salute nostra nec non antecessorum nostrorum,* uenerabilibus fratribus ecclesiae Campensis Cistertiensis ordinis, *quinquaginta mansos cum stagno* Cotze *ab omni onere potestatis secularis exemptos,* cum pratis, nemoribus, usuagiis, pascuis, in busco & plano, aquis, aquarum decursibus, molendinis & piscationibus, in uiis & semitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis, secundum priuilegia *Doberanensis* ecclesiae, *accedente nimirum astipulatione fratrum nostrorum* Iohannis *uidelicet &* Henrici ac Pribizlaui, *contulimus perpetuo possidendos.* VT *autem haec nostra donatio per successura temporum*

DIPLOMA. *Copia literarum donationis.*

Ecclesia Doberanensis.

porum momenta firma permaneat & inconcussa, hanc paginam inde conscriptam sigilli nostri appensione ac testium inscriptione duximus roborandam; TESTES. TESTES hii sunt Godofredus *Abbas*, Heinricus *Cantor Doberanensis*, Thidericus, Helias, Erkenfridus, Reinerus, *Canonici* de *Gutstrewe*, Heinricus *Gromba*, Conradus *Dapifer*, Heinricus *Grabo*, Bartholdus, Iohannes de *Crapelin* milites de *Gutzerowe*, Gangerus & Iohannes frater suus, Robertus de *Bratim*, Henricus *Vargratzt*, Gerhardus *Scöko* aduocatus de *Robele* & alii quam plures. *Dat. & act. Gustronii 1233* Acta sunt haec anno gratiae CIↃ CC XXXIII. 19. kal. Ian. indict. VI. regnante *Friderico glorioso Romanorum imperatore*, datum *Gutztrow* per manum Conradi scriptoris.

In tergo pergameni scriptum erat
ty. iij. nicholas d' Rodestoc de curia baze

Ad laudes eius, ut ad praesulem nostrum reuertamur, pertinet quoque quod uillam *Dranse* cum pertinentiis adquisiuerit, quo de negotio antigraphum, ut uocamus, uidimatum hoc extat:

DIPLOMA. *Wy* CONRAD *von Godes gnaden bischop ter kercken to Havelberge, pravvest und gantze capittel dasylvest, bekennen und betügen vor uns und allen unsen nachkömlingen mit orkunde düsses brefes, vor als vveme, dat die* ehrvvürdigen und gestrengen und vvohl düchtigen, *alle nabeschreven, tüschen uns von einer, unde de* hochgeboren förften und herren, Henrick de Older, Hinrick den jünger herzogen to Mecklenborg, to Stargard und

und Roſtock herren, förſten to Wenden, *von der andern ſieden, von der güder vvegen die vvey gekofft hebben von den mönneken* des cloſters Amelungsborne *genant, belegen in der herſchop und landen der vorgenanten herrn to Mecklenburg, als nemliken:* Dranſshoff und dorp mit der ſee darſylveſt, Schvvinrick, Sevekau, beide Bale, beyde Raderancke, Zempru, Vſchtorp, Lütken Berlin und die ſee to groten Berlin, die kuhle möllen, den ſchild und der ſchilder möllen, *in düſſer naſchreven mate unde wieſe verſcheinen, fründliken entwey geſpraken, und degedinget hebben, alſo, dat die vorgenanten herren to Mecklenburg und öre nakömlinge aver alle die verſchrevene guder und dörper hebben und in brukelker beſittung beholden ſcholen,* den dienſt, de bede, dat land dienvves darvon fallen mag, unde den tollen to dem Dranſee, *alſe von langen tiden und iahrn vergangen, die beſitter des ſchloſſes* Werdehagen und vorgenanten herrn *nu bette an duſſen buten dag gehat, beſeten und gebruket hebbeu; Vnd vvy ergenante herr Conrad biſchop tor kercken* Havelberge, praveſt *und* capittel *darſylveſt, ſcholen die verſchreven dörpere gudere hebben, beholden und bruken, beſitten allen ören tobehorungen, vrieheiden, rechtigheiden,* ackern, holten, vvatern, fiſcherien, weiden, vvegen, umvvegen, buvet und ungebuvvet, *alſo als mænnecke verſchreven, die genanten guder inhat und beſeten hebben, und wi ſcholen und willen die verſegelden brefe, die die vorſchreven mænnicke von* Amlungs-

Bona emta a monaſterio Amelungborn.

lungsborne *gehabt hebben up die vorschreven guder, und uns vort angeantwordet hebben, in truwen und guder bewahrung beholden, also dat die vorgenanten herren to* Mecklenburg *ere erven nakömling edder die eren, von der wegen to miner tyd angelanget und angespraken sollen werden und darvon to neynen schaden kamen; hieran und aver sind gewesen die*

Arbitri. *werdigen* herren, ern Henning *Wotenau* pravvest to Havelberge, ern Hinrick *Cram* pravvest to Fredelande, ehren Matthies von *Jagovvi* ritter, Henning *Warberg*, Otto *Vierecke*, Lüddecke *Warstede* und Achin von *Pentze, die dessen sacken vorschreven gededinget und uns daran beyden delen in vorscheiden hebben, alle düsse verschreven stücke to samende und ein jewelick an sich, lawen wy vorschreven herr* Conrad *bischop to* Havelberg, pravvest *und* capittel *dasylvest mit allen unsen nakœmlingen, den vorschreven herren* hertzoge *to* Mecklenburg *und allen eren nakœmlingen, unverbrocken in guten trüen stede und veste wohl to holdende, sünder arg und allgefehrde. Des to tüge und groter bekentniß hebben wir vorgenante herr Conrad bischop und capittel unsere insiegele heiten hengen nedden an dessen bref, die gegeven und*

Dat 1445. *schreven ist na Christi geburth 1400 jahr darna in den 45. jahre des Sontages vor Laetare in der Vasten.*

Diese copey habe ich Daniel Claudrian

Vidimus. aus Röm. Käyserl. Maj. gevvalt offenbahrer notar. aus den versiegelten original den 20ten monaths tag Iulii des 1580ten iahres abgeschrie-

schrieben, den sie von vvorten zu vvorten gleich lautet, solches mit dieser meiner subscription bezeigend.

Eandem rem *Caspar Sarnouius* rhythmis indicauit: *Sarnouii rhythmi.*

Literulis primis nitet nomen facientis
Iunge uigenis sex, millenis, quatuor C.
Annis his datis Conrad *praesul ciuitatis*
Splenduit in Witstock, *turbae bene profuit ipse*
Pacificans prouide redimit bona DRANSE,
Addens mensale longum, multum gratiale,
Reficiens castrum perpulchre, fulget ut astrum,
Sanum, dum uiuit, serua nobis, pie Christe!
Annum post mortem sanctam sectare cohortem,
Rex bone quod praestes, simul & precor, alma maiestas!
Nec non uirgo Dei mater, spes unica mundi,
Obserua tibi commissum famulum, ne tranet abyssum;
Verum fac istum post mortem cernere Christum.

De *Kozensibus pascuis* eiusdem *Sarnouii* rhythmi sunt hi:

Pro *trinies aureis ter centum numero Rheni*
Heyda Cootz grati pro pretio sunt appropriati.

Temporibus Conradi antistitis senatus oppidanus *Dacherburgum* construendum curauit. Quumque supra memorauerim, multas rapinas tum factas fuisse, testantibus id urphedis, quasdam ad probanda narrata *Dacherburgum exstruitur.*

adducam, citra tamen iniuriam cuiusuis. Scilicet anno 1455. *Caspar Gans dominus de Putlest*, Bernhardus de *Plessen commendator Mirouiensis* & Nicolaus *de Heidebrecke* incolas *Schönbusanos* & *Fischbeckenses* in terra *Ierichouiensi* ad uenandum inuitauerunt eosue uerberibus bene caesos in uincula coniecere. Quapropter *commendator Mirouiensis* cum *Heidebreckio* domum reuertens heic a senatu captus, nec, nisi vrpheda, quam sistimus, praestita, liberatus est.

Vrpheda quorundam nobilium a Witstockiensibus captorum.

Vor alss vveme de dessen bref seen, edder hœren lesen, bekennen vvy Jaspar *Ganss* herr to Putlest, herr Berend von *Plessen* Cumpter to Myrovv, und Clauss von *Heidebrecken,* Hinrick von *Heidebrecken* sane, *vvanaftig* to der Klempenau, *dat vvy na rade unser frunde und mit vvohlbedachten frien mode gelavet hebben unde laven in krafft desses brefes eine rechte orveide, alse orveiden recht ist, vor unss und unse erven gebaren unde vor ungebaren, dem* erwerdigen in Gott vader und herre, herre Conrade *bischop to* Havelberge, *sinen nakœmlingen,* dem rade *und der stadt* Witstock *und deme gantzen lande, von der schicht wegen, dat ick* Jaspar Ganss *halp nemen in dem lande to* Jerchow, *dar de von* Shönehusen *unde von* Vischbecke *mede to der jagd kamen musten, de ick* Jaspar Ganss *met minen medehülpern to schlug, venck und band, dar denne de rad von* Wistock *wedder ümmetunende und venck* herren Berend *von* Plessen Cumpter to Mürow *und* Clauss von Heidebrecken, *de my* Jaspar *verschreven, nab-*

nahgeraden weren, dar nicht op to ſakende to ewigen tiden; Alle deſſe verſchreven artikel, und einen jevvelcken beſunders, lavve vvy Jaſpar Gantz herr to Putleſt, herr Berend to Pleſſen Cumpter to Mürow, und Claus von Heidebrecken, Hinrick von Heidebrecken ſane, wanaftig to der Klempenau in *guden truen vor uns unde unſe erven, gebaren und ungebaren und met unſern truen medelavern,* als Berend Rohr de Older, Hanſs Plate, Philip Prigniſſe, Gebhard Hane, Philip Rohr, *alſo dane orveide, alſe vorgeſchreven iß, ganßlicken ſunder alle inſage edder hulprede, unverbroken, ſtede un feſte, evvicklicher to holdende ſunder argeliſt unde ahne gefehrde; des to tuge hebbe vvy Jaſpar* Ganſs herr to Putleſt, herr Berend to Pleſſen Cumpter to Murow unde Clauſs von Heidebrecken *vor uns, unſe erven,* gebaren *und vor* ungebaren *unſe inſegele ſack vvitlig unde vvi truvven medelavern upgenämet alle laten hengen an duſſen bref nah Chriſti gebord* vertein hundert jahr, *darna in den* vief und veftigſten jahre *am Sundage vor ſunde Michaelis dage.* **Dat. 1455.**

Hermannus Brun ex terris hiſce ſe exiturum promiſit ui ſequentis urphedae. ***Vrpheda Hermanni Bruni.***

Vor als weme de deſſen bref ſeen edder hören leſen, bekenne ich herr von Brune, Hinrick von Brunen ſone, *dat ick mit rade miner frunde mit wohlbedachten frien mode gelawet unde beſchvvoren hebbe, lavve und ſchvvere in krafft duſſes brefes eine recht* orveide, alſe orveide recht iſs, *vor mi unde minen erven,* gebaren undeungebaren, *unde*

vor als vveme, *deme* erwürdigen in Gott vadere und herren, herrn Conrad bischop to Havelberge, sinen nakömlingen den gantzen capittel to Havelberge, deme rade unde der stadt Wistock, und deme gantzen lande, *von der schicht vvegen*, *als im de radmanne von* Wistock *mins herren procurator und sine dener in der stadt thorne leden*, *um detvvillen dat ick rovvete*, *vvor ich des bekennen kunde bäven der herren frede*, *unde dede dat in mines herrn land uth un in nemelicken to Woticke*, *darum mines herrn gnade angelanget iss mit scrifften unde ock mit mancherley dedegingen in herren dagen dar he etliken schaden von minentvvegen hefft möthen verbothen unde noch in tokommenden tiden möchte angelanget vverden*, *dass ick em unde sinen nakömlingen vvil benehmen sunder alle eren schaden; darinne furder gededing et iss von minen frunde, dat ick von stund an schal und vvil mit miner froen unde mit minen gantzen vvenigen then uth sinen lande und gebede, unde dar nimmer in tho vvohnende unde eme ock neine schläge to bringen vvill, dar he, sine nakömling edder sin land in schaden offte maninge kamen mœchten;* DESSE ORVEIDE *unde alle stucke, alse vor beruhret sind*, *lave ick* Herman Brun, Hinrick Brunnen sone, *vor mir*, *mine erven und vor als vveme*, gebahren und ungebahren, *met minen getruen medelavern alse di* Gerick von Quitzo, Hanss Plate, Vicke Plate, Diederick Välerogge, Brünnig von Blumenthal und Lüdecke Kruseke, *alle laven mit einer unscheiden sammenden hand, dem* ehr-

Coniuratores

in solidum.

ehrwurdigen in Gott vader *und* herren, herrn Conrad bischop to Havelberge, *sinen nakœmlingen*, *dem gantzen* capittel *to* Havelberge, *dem* rade *von* Witstock, *der stadt unde dem gantzen lande evvig, unverbrocken, stede und veste to holdende, sunder argelist und ahne gefehrde, des to tugende unde mer vvitschop hebbe vvy alle unse insegele laten hangen an dessen apen bref, de gegeben unde gescreven iß, na Christi Gebort* dusent verhundert *in den* 56ten iahre *am Middervvecken na Bonifacii.* *Dat. an. 1456.*

XXXI. WEDEGO

XXXI. WEDEGO *Gans nobilis de Putliz.* 1460.

Gans nobilis dominus de Putlitz eodem quo antecessor mortuus erat, anno 1460. ad episcopatum prouectus est confirmauitque ciuitatis priuilegia feria sexta post omnium sanctorum. Confirmationis literis adpendet sigillum, quod communicamus. Princeps eloquentiae fortitudinisue laude conspicuus hostibus intrepide resistens omnes prouinciae tempore Conradi praesulis illatas iniurias egregie uindicauit. SIGILLVM *N. XXV.*

Eo regnante *Hottenburgo* ante portam *Kyricensem* exstructo fossae quoque ad defendendam regionem (*landwehren*) factae sunt. *Hottenburgum conditur.* Inprimis uero cum ducibus *Megalopolitanis* propter *terminos terrarum* multas habuit contentiones, ut uario Marte pugnatum sit hincinde & incendia facta. *Contentiones & bella cum Mecklenburgicis.* Episcopo nimirum *Wedegone Wredenhagium* concremante, *dux Hinricus* non multo post in eius terras irruens, *Babiz* & *Groshaselau* incendit. Porro praeteruectus *Witstockium Dos-*

ſam uenit & in cineres redegit diuque fruſtra expectato epiſcopo, quem ad pugnam prouocauerat, dixit: *ubi nunc aedituus Vilſenacenſis?*

(*Wo blöfft nun de köſter von der Wilſanack?*)

Tunc per uillas *Iabel* & *Zatzke* in ſuas terras rediit. Atuero epiſcopus & haec damna uindicauit. Semper thorace munitus erat, nec templis nec ſacellis pepercit ſaepiusque ſolitus eſt dicere: *Equidem iſta violata rurſus conſecrare poſſum.*

(*Ick kan ſe wedder conſecriren und wiehen, wenn ſie violirt ſind.*)

Certamen epiſcopi cum ruſticis. Nec minus ipſi die quadam cum ruſticis *Papenbrokenſibus* certandum fuit in uilla, ſed cum paucis ſuis comitibus facili negotio a ruſticis lapidatus fugere & ſcomma audire coactus eſt: *Sic clericus indui debet caſula.*

(*So mut man einem die kaſel anlegen.*)

Quiuero poſtea ſuas poenas ferebant, ab epiſcopo dicti ſunt ſolum *die Pabenbruchiſche Haueliide.* Aſt quum interea in uilla diſcurſim equitans grauidam mulierem equo obtriuiſſet, nulla amplius ſacra, prohibentibus id pontificum canonibus, adminiſtrare poterat; igitur ſuffraganeum ſibi Hermannum ſubſtituit, qui anno 1466. capellam & *xenedocheum St. Gerdrudae* dicta fundauit confirmante & adprobante praeſule, qui agrum inſuper de ſuis pratis (*breiten*) conceſſit liberaliter. Poſteaquam uero Hermannus a ciuitate poſtularet, ut epiſcopo ius προτιμήσεως in bonis immobilibus traderent;

Hermanni ſuffraganei praetenſiones.

rent; inprimis uero ipſi molendina, quae ciuitas emerat, poſſidendi incederet cupido; Hinc turbis magnis in ciuitate commotis ciues ſenes iuuenesue pueri pariter ac uiri die quodam mane concurrebant arcem oppugnaturi & conſcenſuri. Sed uero deterruit eos centurio quidam adclamans: *O ciues, uidete quid faciatis, ne uitam bonaque perdatis!*

Tumultus in oppido Witſtock.

(*Lieben burger! bedenckt, vvas ihr thut, ver lohren leib und gut.*)

Nihilominus *epiſcopus Wedego* uehementi contra ciues incenſus ira *Plattenburgo* eque aliis caſtellis omnia tormenta bellica ad euertendam funditus ex arce *Witſtockienſi* urbem aduehenda iuſſit. Neque tamen id auſus eſt facere timens, ne uento aduerſante ipſa incenderetur arx. Quo in tumultu quidam ruſtici tormenta aduehentes & ciuis aurarius faber uitam perdidere, quibus dein crux lapidea eodem in loco erecta eſt, *auf den mühlen-damm.* Inconſiderato primo calore fracto pauliſper poenitentiaque ciues ſubeunte praeſul&ciuitas interceſſione bonorum uirorum *electorem Iohannem Brandenburgicum* arbitrum elegere utraque parte promittente ſeſe arbitrio electoris ſtaturam eſſe. Ipſe itaque elector *Witſtockium* ſe conferebat in cauſam inquiſiturus, coram quo *ſcabinus Ioachimus Kranckferth, epiſcopo Conrado* antea ab epiſtolis, orationem bene ordinatam habuit nomineque ſenatus&ciuium deprecatus eſt. Nuntium autem elector accipiens de recens ſibi nato filio (*Wolfgango*)


Epiſcopi & ciuium compromiſſum in electorem Brandenb.

ſtatim *Berolinum* rediit omneque negotium diſtulit in annum 1482. quo tandem res arbitrio, quod excerpſimus breuiter, ita finita eſt:

Extractus receſſus inter epiſcopum Wedegonem & ciues Witſtokienſes.

Extract abſcheides electoris Iohannis zwiſchen biſchoff Wedego zu Havelberg und dem rath und bürgerſchafft zu Witſtock am andern theile de dato Mittwochs nach dem Sontage Exaudi 1482.

Ock, alſs ſick de erniſſe, upror und twidracht tüſchen unſern freünde von Havelberge, *unde ſinen underdanen den von* Wyſtock, *der mœllen halven, begeven hebben, ſprecken wy, dat unſe fründ von* Havelberge alle mœllen *in und vor* Wiſtock *belegen, mit aller nüttunge, togehœrungen und gerechtigheiden, alſs de äverſte here hebben und beholden ſchal, und die von Wüſtock deshalven, dat ſie den biſchop an vorkope der mœllen verhindert hebben, der bœrger ere geld, darümme ſe de mœllen gekofft, wedder gefen, bethalen und uthrichten; Wat aber unſe fründ von Havelberge den van Wiſtock mit buwen der nygen mœlle,* an vviscken, acker edder garden, *ſchaden dede, ſchal he ſick mit den von Wyſtock güdlick darum verdragen, unde yd mit den mœllen, matten unde mœllen föhren, ane alle ferder beſchweruuge, wu von older herkumt und geholden iſt, holden und bliwen laten,*


26
p.329.
Secretum Curie Havelbergens.
27
p.334.
SIGILLUM JOHANNIS Dei grat. Eccles. Havelbergensis
28 p.336.
Secretum Curie. Havelbergensis.
p.338.
29
SECR. CAPPITULI HAVELB.
p.338.
30

o
ri
da

tur
tio
uo
ieo
its
48;
quo
us
luli
pe
lap
m.

de
ns i
ecu
cent
omr
fegil
ilti
doi

ten, des ſick dann unſe fründ von Havelberge gegen den von Wyſtock alſo erbiedet to verſchrieven &c.

Sicque ciuitas tum omnia molendina amiſit ſua, nec minus praeſul eodem anno 1482. tres pneumaticas molas in monte, quem *Scharfenberg* uocant, erectas dirui & prope *Vilſenacum* rurſus exſtrui iuſſit, omnibus ceterum ciuitatis priuilegiis, iurisdictione, immunitatibus collegiisque (*gulden und gevvercke*) abolitis. *Witſtockienſes amittunt omnia priuilegia.*

Tandem an. 1484. *pro ſatisfactione poenitentiae* ſacellum templo parochiali ſeptentrionem uerſus adiecit ibique *horas*, quas uocant, de beata uirgine Maria a quatuor ſacerdotibus lautis ad id ſtipendiis conductis cantandas diſpoſuit. E uita diſceſſit an. 1487. die S. Vincentii in caſtello *Plattenburg*, 1487. quod etiam haud parum reparauit. Angelus in *breuiario* p. 107. narrat an. 1477. d. 4. Iulii a *ducis Iohannis* de *Sagan* militibus prope *Francofurtum* ad *Oderam Wedegonem epiſcopum* captum nec niſi mille aureis ſolutis an. 1478. menſe Martio dimiſſum fuiſſe. *Wedego praeſul captus.* 1478.

XXXII. BVSSO I.

XXXII. BVSSO I. 1487.

de *Aluensleben* I. V. D. an. 1487. epiſcopatus indeptus dignitatem eodem anno feria ſecunda poſt Pantaleonis a PONTIFICE Innocentio confirmatus eſt. Vſus eſt, uti fere omnes epiſcopi ſequentes, tantummodo *ſigillo*, quod uocant, *curiali*, quod depictum ſiſtimus. Confirmauit priuilegia ciuitatis dominica poſt conceptionis uirginis Ma- SIGILLVM *curiale.* *N. XXVI.*

Witstockiensibus priuilegia redduntur riae an. 1487. Priuilegia enim & immunitates ciuitati a praesule *Wedegone ereptas* eidem reddidit, maxime senatui an. 1488. priuilegium *collegia & corpora opificum confirmandi* denuo concedens. Literas ea de re communicandas esse ideo arbitror, quia in omnibus electorum principum confirmationum diplomatis ad hodiernum diem earum mentio fit:

1487.

1488.

Ius confirmandi collegia opificum.

DIPLOMA. *Wy* BVSSO *von Godes gnaden bischop to* Havelberge *bekennen apenbahr tugende vor uns, unse nachkommen, und sust vor alss vvem, dat vvy mit vvillen, fulborde und rade der vverdigen* herren pravestes, prioris und gantzen capittele unser kercken to Havelberge *umme flitiger bede und vvillige dienste unser levven getruvven* burgemester und radmanne unser stadt Wystock, *ock ut sunderlicher gnade unde gunst, so vvy tho öhne dregen, to beteringe, ordeninge und policie, gemeine nuth und frahmen darsylvest hebben de genanten unser leven getruen* burgemeistere und radmanne *begnadet, ock öhne vergunt und weddergeven* gilde *und* wercke, *begnaden se ock gegenwerdigen in krafft düsses brefes, vergünnen und geven öhne sodahne* gilde *und* vvercke *to unser stadt beste gemeine nuth, betrunge und frahmen, ock to policie und ordnunge to hebben, holden und besitten, der ock nuthsamliken to bruten in düsser nageschreven wyse; Alsso dat de borgemeister und radmanne obgemelt scholen die* gilden *und* vvercke *by sick hebben und holden, darinne ordnung bestellen und schaffen, ock de* gilden-mestere setten,

ſetten, *edder mit eren willen, rade und vulborde ſetten laten, der ock gantz macht tho hebben, ſo dat de* gilde meſter, *edder ymands uth den* gilden *offte* vvercken, *in ſaken unde der dingen unſ, unſe kercke unde ſtifft tho* Havelberge, *ock unſen rad to* Wyſtock *edder de unſen belangen, nicht ſchal handeln, von vvegen der* gilde *unde* vvercke *raden edder dohn ſo de gildemeſter effte von* gilden *und* wercken *geſchicket, unde ſchölen ock in der burſprake edder anders wor weſen geachtet, geholen und gehöret, ſo ein ander börger allene ſick tho bekümmern und beſtellen* gilde *und* wercke, *die ſaken* gilde *und* wercke *belangen, und ſo ſe allrede in der* Burſprake *edder ſüſt werden geeſcht, ſchölen ſie nicht mehr raden, handeln und gehöret ſien, denne ſo ein gemeine bœrger, ock wedder unſ, unſe kercken, edder unſe nakommen, effte den rath to* Wyſtock *nichts to donde, vortonemende, edder wedderſatig tho weſen; tho ohrkunde hebbe wy unſe ſecret vvitligen beten hengen an düſſen bref, und gegeven to Wyſtock na der gebord Chriſti unſers Herren* vertein hundert im acht und achtigſten *jahre am hilligen Sondage Cantate.* Burſprake. Dat. Witſtock. 1488.

Vnd vvy HENNINGVS PRAVVEST, IOHANNES, PRIOR, *und gantze capittel der kercken to* Havelberge, *bekennen mit düſſen ſülfften apen breve, tügende vor uns und unſe nakahmen, ock ſyſt vor als vveme, dat vvy ſo dann baven geſchrevene begnadung, begifftung und ordnung in allen* Conſenſus capituli.

und

und ißliken gesetten, stücken, puncten und artikeln hebben mit guden rade bewillet und vulborden ock sodanes alles vorgeschreven in krafft düsses sülven breves mit unsers capittels insegel mede versegelt, an iahren und dage bavengeschreven.

(L. S.) (L. S.)

Villa Wulffesdorf conditur. An. 1489. uilla *Wulffesdorff* condi coepit ut & *ouiaria* ante portam *Kyrizensem*, *Bohnen-kamp* dicta, quam an. 1636. d. 26. Sept. Sueci destruxere rursum uictoria obtenta castra ibi ponentes. M. *Henricus Hauekendahl* tradit, an. 1492. superstitiosas peregrinationes *Sternbergenses* coepisse. *Peregrinatio religiosa Sternbergensis.* Praesul *Busso* fato functus est an. Dom. 1493. sabbatho post Dionysii post horam noctis undecimam. 1493.

XXXIII. OTTO II.

XXXIII. OTTO II.

a *Konigsmarck* I. V. D. praepositus tum temporis *Hauelbergensis* feria demum quarta post obitum Bussonis an. 1493. non consulto, ut affirmat M. Hauekendahl, principe electore a capitulo electus & an. 1494. in profesto S. Michaëlis inauguratus est. An. Dom. 1495. die Dionysii episcopi in platea *Burgstrasse* dicta uespertina hora 10. ignis exortus est adepsque incensa uentorum ui in templi turrem, quam tunc nouam & altiorem hodierna partim cupro plumboue, partim abiegnis tignis tectam fuisse aiunt, delata est, ut culmen accenderetur & simul cum omnibus campanis omnibusque rebus, quae in templo subter turri erant, in cineres

1493. 1494. 1495. *Incendium Witstockii ortum.*

res redigeretur. Eadem quoque fata perpeſſum eſt tectum templi usque ad turrim *Vlen* dictam. In tali periculo conſtituti pluresque ciuium aedes ignes concipere cernentes incolae auxilium S. *Brandani monachi praedicatorum* implorauere uouentes eius feſtum diem ſolenni ritu ad modum *paſchatos* celebratum iri. Autor libri noſtri manu exarati addit, quod hactenus iſte mos ſeruatus fuerit altera die poſt *innocentium puerorum*, opifices, quibus igne utendum eſt, eadem die ſua aetate laboribus quieuiſſe, teſtans reprehendensque inſuper doctos iſtorum temporum, quod plebeculam non melius Deumque inuocandum eſſe erudierint. Literae confirmationis priuilegiorum datae ſunt in caſtro *Witſtock* an. 1494. *ſigilloque curiali*, cuius ectypum iamiam communicatum eſt ſupra, munitae. An. 1498. praeſul hicce templo parochiali noſtro meridiem uerſus ſacrarium, cui chorus diſcipulorum ſuperſtructus, adiiciendum curauit. Ad plures abiit an. Dom. 1501. feria ſexta poſt aſſumtionis Mariae.

S. Brandani feſtum. — *Confirmatio priuilegiorum.* 1494. 1498. 1501.

XXXIV. IOHANNES

de *Schlabberndorff* I. V. D. & praepoſitus *Hauelbergenſis* a capitulo an. 1501. antiſtes eſt electus die decollati Ioh. Baptiſtae memoriae ſacra ab epiſcopo *Lebuſienſi Diederico a Bulovv* inauguratus an 1503. die Hilarii. Eodem anno in uigilia purificationis Mariae ciuium priuilegia *ſigillo curiali* communita confirmauit. Literae quoque extant pratum *ſchubben-vvieſe* dictum attingentes, quae

XXXIV. IOHANNES de SCHLABERNDORFF. 1501. 1503. *Confirmatio priuilegiorum Witſtockienſium.*

Schubbenwiese. SIGILLVM XXVII. quae sigillum habent pendens, quod depingendum curauimus. An. Dom. 1503. pomoerium magnum ante portam *Græpensem* constructum est cernunturque adhuc super porta insignia modo n. 27. memorata episcopi & ciuitatis. An. D. 1512. exstrui coepit dirigente opus Christophoro quodam Luneburgensi turris templi parochialis cum tecto, suprema parte turris 42. ulnas alta (*klaffter*) muro uero 22. ulnas, ut omnis turris altitudo 64. ulnas expleret. Coronidis ambitus erat cubitorum $5\frac{3}{4}$ pinnula uero longitudine cubiti & trium quadrantum, latitudine quadrantum $3\frac{1}{2}$ cubiti.

Anno Dom. 1517. demum turris ducentis centenariis cupri a Gregorio quodam Norimbergensi, qui opus fecit, emtis tecta est rursus. Singuli centenarii 8. florenis emti summam efficiunt 1600. fl. Manuscripti libri autor narrat episcopum huncce fuisse superstitiosum ualde, legisse libenter & quotidie horas canonicas ipsum cantasse, quod ex sacerdotibus qui per uices cum praesule uersiculos recitassent, intellexisse adfirmat idem auctor. Splendidum aluit comitatum equosque multos aliosue, more principum, faciens sumtus, alias uero liberalis pauperibusque uictum potumue distribuens. Eiusdem aeuo capitulares *Hauelbergenses* a PONTIFICE Romano Iulio II. priuilegium impetrauere, ut *exaequati in omnibus canonicis Magdeburgicis stipendia diuiderent singulique proprium domicilium haberent propriamque oeconomiam,* quum

Priuilegium canonicorum Hauelbergensium, ut exaequati sint canonicis Magdeburgicis.

quum antea monachi Sti *Nortberti ordinis* fuissent & ecclesia cathedralis solummodo *monasterium Hauelbergense* adpellata esset. Eo regnante an. 1510. ueteri minori sacello prope cancellos coemeterii nouum, in quo simulacrum Mariae erectum fuit, quod miraculosum quoque esse coepisse fertur, adiectum est. An. Dom. 1519. dominica post Stephani pontificiorum more quaedam campanae initiatae sunt & campana, qua ad Missam conuocatur, (*messglocke*) Maria, maior uero campana Anna & tertia Osanna uocata est. Maxima centenariorum 130. pondus habet. Diem obiit praesul hic supremum d. 10. Aug. 1520. Quod restat; non silentio praetereundum est, quod idem priuilegia ab episcopis Henrico I. Dieterico & Conrado ad hereditatum diuisiones pertinentia ciuitati concessa & supra iam communicata denuo confirmauerit, literarum initium hoc est:

Ordo S. Nortberti. *Monasterium Hauelbergense.* 1510. 1519. 1520. *Confirmatio constitutionis de hereditatibus.*

In deme nahme unsers Herren Jesu Christi amen. IOHANNES *von Gottes gnaden bischoff to* Havelberge, *dar to sind wy von schickunge des allmächtigen Gades in den stohl des* herdelicken ambachtes *gesettet, dat wy unsen* undesatten *fride un eindracht schaffen und sie von twydracht und arbeidede twischen sie upstahn und entspruten mæchten, vorlichtigen und vorhefen schalen &c. Hieran und aver sind gewe-set de* vverdigen *und* erbaren, herr Christianus *Wultzke* pravvest, er Nicolaus *Po-stelyn*

DIPLOMATIS *fragmentum.* TESTES.

stelyn canonick *unser kercken* Havelberge, Otto *von Schlabberndorp unse broder*, Hanss von *Blomendal*, Thomas *Daberzinn* unse secretarius, *bergemester* und *radmanne gedachte unser stadt* Witstock *und mehr wol loven verdig. Tho orkunde hebben wy ergenante herr Iohannes bischop vor uns unde unse nakœmelingen unses stifftes secretum witliken an düssen bref laten hengen, gegeben to* Witstock *na Christi Gebord vestein hundert, darnah im festen iahre am tage Petri & Pauli apostolorum.*

Dat. Witstock 1505.

SIGILLVM N. XXIIX. Sigillum itidem communicamus. Donauit senatui & sacelli Mariani antistitibus quasdam tabernas in area templi primarii sitas, donationisue literae ita sonant:

DIPLOMA *Wy* IOHANNES *von Gottes gnaden bischop der kercken to* Havelberge, *bekennen apenbahr, tügende vor uns, unse nakommen unde sünst als weme, dat wy sind bewogen worden Gottes-dienst to vermehrende, Marien der himmel kœnigine to leve und ehren, ock de milde wercke und andacht unse vorfahren betrachtet, deshalven und ock von sunderger gunst und gnade hebben wy mit weten, willen und wulbord der* vverdigen und achtbaren herren provestes, prioren und gantzen capittel *unser kercken* Havelberge *gegeven den* chrsamen borgemestern *und* radmannen *unser*

stadt

ſtadt Wyſtock *vorſtendern der capellen unſer leven fruen in der parre-kercken daſylveſt ein huß* belegen uppe den Werder, *det man ſüß lange dat* joden-huſs *genant hefft tor lüchtern hand, darvon dre effte vier wonungen to makende vor die prieſter, ſo die getyde unſer leven frowen itzund ſingen und in to künfftigen tyden ſingen ſchollen, die ſie mögen betern, buen unde na eren gefallen bruken; wy geven eme ock gegenwerdig an den ſylven huſe allen eigenden gnade und friheiden, wes wy em von rechtswegen daran geven ſchöllen; ſo dat de gedachten preſtere ſolch huß und wohnungen gantz und averall unbeſchweret, fry unde ſonder jenigerley unpflicht bewohnen, geneten und gebruken ſchollen nu unde in ewig, in krafft unde macht düßes unſes breſes; tho orkunde hebben wy unſes ſtifftes ſiegel vor uns und unſe nakamen witliken an düſſen bref laten hengen, gegeben to Wyſtock nach Chriſti gebord 1505. am dage Jacobi des heil. apoſtels.* Dat. Witſtock. 1505.

Und wy Chriſtianus *Waltzk praweſt*, Johannes *Waſnoth*, prior, ſenioren und gemeine herren des capittels der kercken to Havelberge, *bekennen öffentlich vor allermänniglich, dat wy, ſodane milde wercke unde gifſte dorch unſern gnädigen herrn von* Havelberge *den* radmannen *tho* Wyſtock *und* vorſtendern *der capellen unſer leven Fruen darſylveſt, gegeven, bewilliget und bewolbordet hebben bewilligen und bevulborden die jegenwerdig, we bawen geſchreven, und hebben des to bekentniß unſers capittels ſecretum neven des* Conſenſus capituli.

Dat. ut supra. *vorgemelten unses gnädigen herrn syn witlich hengen laten,* datum & actum ut supra.

SIGILLVM. N. XXIX. Capituli sigillum aere expressum sistimus.

XXXV. HIERONYMVS 1521. *Sculteti filius electori Brandenb. carus inprimis.*

XXXV. HIERONYMVS SCHVLTETVS filius sculteti in uilla *Gramschiz* non procul ab oppido *Glogauio* Silesiae, antistes *Brandenburgicus* & *Zieserensis* ab ELECTORE Ioachimo I. cuius consiliarius & compater erat, *nominatus* & a PONTIFICE Leone X. confirmatus est anno Domini 1521. Elector dein ipsemet comitantibus multis nobilibus magnoque equitatu magnaque pompa in vigil. sancti Laurentii *Witstockium* induxit. Sed uero unum tantummodo annum decemue circiter, uel undecim hebdomadas regnauit fatis functus altera die Simonis & Iudae anno 1522. *moritur 1522.* medioque in templo parochiali ibidem in testudine sepultus est, ubi olim ligneum opeculum cum eiusdem effigie erat, sed nunc uero non amplius extat. Doctor erat iurisprudentiae eloquentiaeque laude clarus legatusque ab electore est una cum *Ioachimo de Arnheim* praefecto *Marchiae Vkeranae* ad coronationem Caroli V. IMPERATORIS. *Legati Brandenb. ad coronationem Caroli V. imp.* Oppidi nostri priuilegia feria tertia post Laurentii anno 1521. confirmans muniuit literas pulcro sigillo adfixo. SIGILLVM N. XXX. Capitulum quidem Georgium de *Blumenthal* I. V. D. & rectorem *academiae Francofurtensis* elegerat, cui ab electore Hieronymus antelatus est. *Blumenthalius a capitulo electus.* Licet autem *Blumenthalius* Romanam curiam adiret; attamen elector isti pollicitans episcopatum *Lebusiensem* lis sopita est omnis.

XXXVI.


31
HVSSO.VON GOTTES
GENADE BESTELTERBI
SCHOP TO HAWELBERGE
32
p.339
p.344
S.ECCC. EPS.
+ HEINRICVS. DE
33
+ S.RENNERI. DEI GRATIA HAVELBERG.ECCL. EPISC.
p.346.
34
p.346
+ S.JOHANNIS. DEI GRATIA HAVELB. ECCL. EPISC.
35
p.348.
+ S.BORCHARTI. DEI GRACIA HAVELB.ECCE. EPS.



XXXVI. BVSSO II. XXXVI. BVSSO II. *de Aluensleben.* 1522.

de *Aluensleben* I. V. D. ab *Hieronymo* in coadiutorium nominatus, a PONTIFICE Hadriano VI. confirmatus, anno 1522. in profesto sancti Martini inauguratus & in uigil. annunciationis Mariae introductus est anno 1523. Ciues suorum priuilegiorum confirmationem obtinuere anno 1523. feria secunda post assumtionem Mariae. Sigillum adpendet curiale supra iam depictum. Eiusdem uero insignia ad hunc usque diem heic loci in conclaui, ubi senatus haberi solet (*raths-stube*) cernuntur. Anno Domini 1526. in uigil. purificationis Mariae, qua senatores legi solent, *curia* corruit uix egressis senatoribus, de qua re uetus scriptura ita:

confirmat priuilegia Witstockiensia. 1523.

SIGILLVM N. XXXI. *curia Witstockiensis corruit,* 1527.

Anno Domini millesimo, quingentesimo uicesimo septimo, am abende purificationis Mariae in sammelunge bey der räde der stadt Wystock *im kare tüschen twelffen und einen vel dat rahthuß nedder, Gott sahe de frommen herren wol vær, mehr von den bœrgern ein part wol leiff was nemand gesehriget war.*

Anno 1529. *curia* reaedificari coepit; exaedificata uero in uigilia purificationis Mariae eodemue anno *pomoerium magnum* ante portam *Röbeschensem* (*Röbelschen thor*) senatus curauit ducendum, in quo duo seruabantur tormenta bellica quorum maius *Stürewolt* dictum 24. libras pulueris pyrii, minus uero *Schimpe* nominatum ne 10. quidem libras ad explodendos globos requirebat,

quae reaedificatur, 1529.

bat, quae cum duobus centenariis & dimidio pulueris marchio Ioh. Sigiſmund anno 1608. die Veneris poſt Miſericordiam Domini *Zechlinum* uehi iuſſit.

Zechlinum 1548.

Buſſo praeſul octogenarius anno 1548. feria ſexta poſt Cantate e uita exceſſit ſepultusque eſt in *Witſtockienſi* templo parochiali ante altare in choro, ubi monſtratur monumentum ad noſtra usque tempora. Ceterum erat religioni *pontificiae* addictus *epiſcopus ultimus*. Nicolao de *Minckwitz* oppidum *Furſtenwalde* anno 1528. diripiente eaque propter electore ad arma uocante *Buſſo epiſcopus* 140. bene armatos ciues *Witſtockienſes* eduxit, ſed poſt 14. dies rurſus dimiſſi ſunt nec ultra *Berolinum* profecti. Anno 1549. die natalis Mariae Iacobus *Schinnemann* monachus prope Kyrizam in templo ſancti Spiritus Witſtockienſi primus ſacram coenam *ſub utraque* adminiſtrauit, quemadmodum ab electore ſenatus petierat; quamuis capitulum Hauelbergenſe aegre id ferret, maxime, quum die Nicolai eiusdem anni in maiori templo parochiali idem primum fieret. Anno 1550. feria ſecunda pentecoſtes miſſae ſacrificium a Ioanne *Koppio* canonico Hauelbergenſi ultimum celebratum fuit uocatis eodem anno primis euangelicis concionatoribus D. Mauritio *Böddikero* & Ioanne *Wickeboldo* translatoque altari ex templo ſancti ſpiritus in templum parochiale.

Vltimus epiſcopus Hauelberg. catholicus.

Minckwitzius nobilis oppidum Furſtenwald diripit.

Adminiſtratio S. coenae ſub utraque Witſtockii primum facta. 1549

Primi euangelici praedicatores ibidem.

XXXVII. FRIDERICVS

marchio *Brandenburgicus* Ioachimi II. *electoris* filius anno 1548. feria ſexta poſt Margarethae

XXXVII. FRIDERICVS marchio Brandenb. 1548.

rethae a capitulo *Hauelbergensi* episcopus & anno 1551. archiepiscopus *Magdeburgicus* est electus diemque obiit supremum anno 1552. postquam eodem anno successurus agnato *cardinali Alberto* marchioni *Brandenburgico* & antistiti *Moguntino* administrator *Halberstadiensis* nominatus fuerat. Post eius obitum anno 1553. Georgius de *Blanckenburg* praeficiebatur episcopatui *Hauelbergensi* ab electore Ioachimo II. Sed *Ioachimo Friderico* marchionis *Ioannis Georgii* filio rursus cedenda erat administratio episcopatus.

Archiepiscopus Magdeburgicus eligitur 1551. moritur 1552.

XXXVIII. IOACHIMVS FRIDERICVS *Ioannis Georgii* marchionis filius natu maximus lucem adspexit anno 1546. d. 27. Ian. decimoque aetatis anno, scilicet 1556. nominatus est praesul *Hauelbergensis*, *administrante interea parente eius episcopatum* usque ad annum 1571. quo electoratum obtinuit. Confirmationis priuilegiorum ciuitatis literae hae sunt:

XXXVIII. IOACH. FRIDERICVS *nat. 1546. fit episcopus Hauelbergensis 1556.*

Wir IOHANN GEORG *von Gottes gnaden marggraff zu* Brandenburg &c. *Bekennen vor unß, auch anstat und in vormundschafft unsers freundlichen lieben sohns*, HERRN IOACHIM FRIEDERICHEN, *postulirten bischoffe zu* Havelberg *und marggraffen zu* Brandenburg. *Nachdem wir uns der administration dieses stiffts wegen* Sr. Liebden *aus hochwichtigen ursachen mit vorwissen, rath, bewilligung und zulassung eines würdigen thum-capittels der kirchen zu* Havelberg, *unterfangen, und darauf auch die huldigung und gebürliche pflicht von den unterthanen genommen; daß wir demnach*

DIPLOMA.

nach auch angesehen fleißigs unterthanigs bitten, und vielfältige treue dienste und folge des raths und gemeine der stadt Witstock *und ihne alle und jede habende priuilegia*, freyheiten, recht und gerechtigkeiten, so sie bis auf diesezeit besessen und herbracht, *und auch dasjenige, damit sie laut eines sondern briefes*, an bestätigung der gilden *und anderen* von bischoff Bussen den ersten seel. *begabet und begnadiget, von neuen confirmiret und bestätiget haben, und wir confirmiren und bestätigen ihnen dieselbigen ihre priuilegia, recht, gerechtigkeiten und gute gewohnheiten also hirmit und krafft dieses brieffes, wollen sie auch dabey vor unß und anstat gedachtes unsers lieben sohnes, zu jederzeit mit gnaden schützen, handhaben und erhalten. Uhrkundlich mit unsern anhangenden secret besiegelt und gegeben aufm schlosse* Witstock *am tage Jac. apost. nach Christi unsers lieben Herren, Erlösers und Seeligmachers geburth 1556.*

Dat. 1556.

Antistes eligitur Magdeburgicus in electoratu succedit 1598. iubil. acad Francofurtanae 1606. Gymnasii in ualle Ioachimi fundatio.

Anno 1566. antistes *Magdeburgicus* est electus, mortuo uero anno 1598. patre suo *electorale solium* conscendit. Sub eiusdem auspiciis *iubilaeum academiae Francofurtanae* anno 1606. celebratum & anno 1607. gymnasium in *ualle Ioachimi* ab ipso conditum est. In itinere *Köpeniccensi* anno 1608. subito decessit. Vltimus hic fuit episcopus *Hauelbergensis* nec posthac alius electus. Anno 1588. capitulum senatui ciuitatis nostrae *ius patronatus* siue *uocandi praepositum uel archidiaconum cum omni iure & interesse*, ut loqui amant, eo modo, quo ab anno 1275. usque ad

ad eam aetatem habuerat, concessit traditis omnibus documentis & literis & pertinentiis. Literae concessionis datae sunt die Iouis post Oculi d. 14. Martii 1588. Quum uero eaedem literae duorum documentorum inprimis faciant mentionem Henrici scilicet anni 1275. & Reineri anni 1312. cum lectoribus communicare lubet:

In nomine sacro sanctae & indiuiduae Trinitatis. HEINRICVS *Dei gratia Hauelbergensis episcopus, omnibus in perpetuum salutem in eo, qui est salus omnium Domino Jesu Christo. Quia de summi pastoris indulgentia spiritualis pastoris nomine censemur, licet indigni, circa cunctum commissum nobis Christi gregem, pastorali sollicitudine tenemur, super deuotos tamen sanctae religionis professores, fratres uidelicet nostros matris ecclesiae canonicos, pro speciali, qua nobis inhaerent caritate, quam nostris iugiter periculis communicant & laboribus specialiter intendere dignum duximus & consonum rationi, inde est, quod de profectibus eorum, tanquam de nostris gratulantes, & defectus eorundem supplere cupientes, ecclesiam in* Witstok, *ad emendandum refectorium praedictorum fratrum nostrorum, obtulimus & offerimus de communi uoluntate nostri capituli, perpetuo nostrae ecclesiae & nostris fratribus ante dictis; Et ne hanc nostram donationem aliquorum peruersitas & uersutia ualeat imposterum immutare, praesentem paginam super haec confectam, sigillorum uidelicet nostri & ecclesiae duximus roborandam; testes etiam huius donationis sunt,* Conradus Prae- DIPLOMA. TESTES.

positus *Hauelbergensis,* Otto praepositus *Ierichuuinensis*, Olricus praepositus *Brandenb.* Henricus & Petrus capellani nostri, Henricus *Celarius*, Iohannes *custos*, totusque conuentus ecclesiae eiusdem; *Actum* an. *Domini* CIↃ CCLXXV. *pontificatus nostri anno quinto kal. Sept. in die beati August.*

Act. 1275. SIGILLVM N. XXXII.

DIPLOMA. *In nomine Domini Amen.* NOS REYNERVS *Dei gratia ecclesiae Hauelbergensis episcopus, praesentibus recognoscimus, publice profitentes, quod nos imitantes praedecessorum nostrorum uestigia bona ad capitulum nostrum ecclesiae spectantia, intendimus, quantumcunque de iure possumus, augmentare. Considerantes itaque, quod praepositura in* Wistock, *nullis aut modicis sit dotata reditibus, & idcirco nequeat praepositus ibidem personaliter residere, cum non ualeat sustentari secundum status sui exigentiam ab eadem. Vnde de prudentum consilio ius patronatus dictae praepositurae ad episcopum* Hauelbergensem, *qui fuit pro tempore, hactenus pertinens, capitulo dilectae nostrae ecclesiae* Hauelbergensis *contulimus ac donauimus perpetuis temporibus possidendum, ipsam quoque praeposituram in* Witstok *decernimus ecclesiae ibidem, loco & tempore congruis uniendam; Praeterea cum ecclesia* Witstok *ad capitulum, supra dictae nostrae ecclesiae, ex donatione felicis memoriae Domini* Henrici 17mi Hauelbergensis episcopi *dudum pertinuerit & adhuc pertineat, in remedium animae nostrae ac praedecessorum nostrorum, ex omnibus agris ad nostrum allodium ibidem pertinen-*

tinentibus, tam in mansis quam extra mansos habitis, tricesimam *censemus & ordinamus dictae ecclesiae in posterum exsoluendam, cum turpis sit particularitas, quae suo non congruit uniuerso, & ab omnibus aliis agris praefata ecclesia tricesimam percipere consueuerit ab antiquo; Coeterum etiam quia beatae memoriae dominus* Arnoldus praedecessor noster *dominum* Ottonem *canonicum nostrae ecclesiae* Hauelbergensis *ob plures permotiones fratrum & amicorum suorum, nostrae ecclesiae impensas, exigentibus quoque meritis praedicti domini* Ottonis, *quoad ipse* Otto *uixerit, a solutione* nouem marcarum argenti, *quas petit dominus* Henricus Clutz *annis singulis ecclesia ab eadem, reddidit absolutum cum consilio & consensu capituli, uolens onus solutionis ipsarum nouem* marcarum, *bonis ad* mensam episcopalem spectantibus *imminere; Ideo propter nihilominus nos gerentes eundem dominum Ottonem in uisceribus caritatis gratiam sibi factam per supra dictum dominum* Arnoldum *praedecessorem nostrum ratificamus & in his scriptis liberaliter confirmamus, promittentes ipsum Ottonem a solutione praedictarum nouem* marcarum *nos uelle reddere liberum & solutum.* Actum & datum Hauelbergae anno Domini CIↃCCCXII. in die beatae uirginis Barbarae. **Act. 1312.**

Nos uero IOHANNES DEI GRATIA *praepositus, Henricus prior, totumque capitulum ecclesiae* Hauelbergensis *supradictis omnibus interfuimus & consensimus ac in signum ratificationis* **Consensus capituli.**

& consensus, praesens scriptum sigillis praepositi & capituli fecimus communiri.

SIGILLA N.XXXIII XXXIV. Sigillum capituli effigiem sanctae Mariae Hauelbergensis ostendens pendet medium.

Transactio praepositi cum agricolis de decimis. Porro extat alia inter documenta charta, qua capitulum *transactionem praepositi seu rectoris ecclesiae cum agricolis de decimis* ratam habet, quae sic sonat:

DIPLOMA. *Nos* REINERVS DEI GRATIA, Hauelbergensis *ecclesiae praepositus, Henricus prior totumque capitulum ecclesiae eiusdem, omnibus praesentium inspectoribus cupimus fore notum, quod cum nos domino* Ottoni de Buch, *nostro concanonico ecclesiam in* Witstok, *ad nostrum spectantem capitulum, de consensu* reuerendi in Christo patris domini Arnoldi episcopi Hauelbergensis *regendam commisimus, ipse propter bonum pacis & concordiae & ad salutem animarum sibi commissarum, ne scilicet minus perfecte decimam soluent in suum periculum animarum, compositionem iniit cum* agricolis mansionariis *in dicta ecclesia de* decima praediali *ad eum ibidem pertinenti in hunc modum, quod quilibet colens agros mansorum ad dictam ciuitatem pertinentium pro quolibet manso sibi ad tempora suae uitae dabit loco talis decimae* sex solidos nouorum Brandenburgici denariorum *in die beati Martini confessoris singulis annis persoluendos; de aliis uero terrarum pertinentiis, quae dicuntur uulgariter* Overland, *non est inita ista compositio, sed de illis a modo ut prius decimam idem dominus Otto in suum faciet horreum comportari, & idem de noualibus est censendum,*

dum, ad illa compositio se non extendit; Legem vero hanc suo successori, sicut nec potest non imponit. Hanc igitur ordinationem sicut rationabilem, gratam & ratam habentes sigilli nostri & capituli munimine confirmamus. Datum Hauelbergae anno Domini CIↃ CCC IX. in die beati Arnulffi confessoris. *Dat. 1309.*

Sigilla alterum Mariam Hauelbergensem exprimens & praepositi Reineri alterum, supra iam N. 33. & 34. depicta fuere. Donationes uero episcoporum Henrici & Reineri Borchardus II. praesul anno 1360. confirmauit, uti sequitur:

In nomine Domini Amen. NOS BORCHARDVS DEI GRATIA Hauelbergensis *ecclesiae episcopus, ad uniuersorum Christi fidelium cupimus notitiam peruenire, quod pias actiones & gratiarum beneficia ob certas utilitatis euidentias per nostros praedecessores capitulo nostro ecclesiae Hauelbergensis condonatas intendimus omni caritatis studio fideliter conseruare, nostram gratiam eidem nostro dilecto capitulo impendentes alacriter, singularem donationem parochialis ecclesiae* Witstock *per piae memoriae dominum* Henricum XVII. Hauelbergensem episcopum *ac unionem praepositurae* Witstock *cum ecclesia ibidem antedicta, per felicis recordationis dominum* Reinerum XXII. *eiusdem ecclesiae episcopum ac alias gratias quorumcunque nostrorum praedecessorum capitulo nostrae ecclesiae factas, confirmamus gratas & ratas habentes, pariter condonamus & dictam ecclesiam* Witstok *unimus cum praepositura eidem capitulo propriantes; In huius* DIPLOMA.

con-

condonationis unionisque confirmationem praesentem hanc nostri sigilli appensione fecimus ex TESTES. *certa scientia communiri;* TESTES *huius rei sunt honorif.* uir dominus Tidericus *Mann, dictae nostrae ecclesiae* Hauelbergensis *canonicus &* discretus uir dominus Iohan *Onerk plebanus in* Zechelin *& quam plures alii fide* *Dat. Wit-stock* 1360. *digni.* Dat. & act. Wistok an. Domini 1360. in die circumcisionis eiusdem.

SIGILLVM *N. XXXV.*

Finis catalogi episcoporum Hauelbergensium.

NVM. II.

Historia inuentionis & ostensionis uiuifici sacramenti in WILSNAGK.

Quam existimauimus esse huius loci omnino.

Historia SANGVINIS CHRISTI *in* WILSNAGK, *aliunde descripta.*

Cum multiplicata fuissent mala in terra multis solo nomine *titulum christianitatis* praetendentibus, sed Deum factis negantibus & delicta imo potius uaria sacrilegia committentibus, ita ut etiam ecclesias & loca sacra profanare & in desolationem minime ponere formidarent. Inter quae mala bellum ecclesiae *Hauelbergensis*, sine aliqua iusta & rationali causa, longo tempore intulerunt. Tandem ipsam penitus supprimere cupientes & ad hoc totis nisibus inhiantes *manu armatorum ualida* congregata bona praedictae ecclesiae immaniter inuaserunt; ita quod anno Dominicae incarnationis millesimo trecentesimo octuagesimo tertio in die crastina assumptionis beatae Mariae

1383.

riae uirginis, quae tunc ſimul & dominica erat, *quinque uillas* ſpectantes ad *menſam epiſcopalem dictae* eccleſiae, de quarum numero uilla *Wilſsnagk* dignoſcitur extitiſſe & ſex alias uillas ſpectantes ad *menſam praepoſiti & capituli eccleſiae* praenotatae crudeliter ignibus combuſſerunt. Verum licet eccleſia ſancta Dei tanquam nauicula Petri fluctibus turbari poſſet, ſubmergi tamen minime poteſt; unde miſericors & miſerator dominus eccleſiae ſuae *Hauelbergenſi* ſaepe dictae, cuius olim *uenerabiles patres* epiſcopi & canonici gentes huius patriae caeleſtis uerbi praedicatione & *proprii ſanguinis effuſione* ad fidem conuerterunt, curam gerens ſpecialem eamque de tantis oppreſſionibus uolens releuare & ipſos oppreſſores a tanta perfidia refrenare & ad uitam ſalutis reuocare, imo etiam ad laudem & gloriam nominis ſui, ad exaltationem ac confirmationem ſacro ſanctae catholicae fidei, ad afflictionem, conſolationem, ad bonorum deuotionem & ad peccatorum conuerſionem, ſacramento uiuifico precioſiſſimi corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti in hoc loco *miro modo reperto* & oſtenſo tot & tanta miracula, quot & qualia a retroactis ſeculis raro ſunt audita miſericorditer dignatus eſt operari. Quorum aliqua notabiliora memoriae merito commendanda manu publica conſcripta inferius annotantur. Sed modo & ordine iam dictae oſtenſionis & inuentionis uiuifici ſacramenti prius enarrato. Accidit enim, ut die praenotata, in qua etiam eius-

Wilſenac domanium epiſcopi.

eiusdem ecclesiae *Hauelbergensis* anniuersarius dies dedicationis singulis annis solenniter celebratur, dominus Iohannes *plebanus in Wilßnagk* causa deuotionis specialis solenniis diuinorum interesset. Qui cum praedictae uillae *Wilßnagk* ad *quartale vnius miliaris* redeundo propinquasset, uidit ecclesiam suam & eius turrim igne vna cum tota uilla fere deuastatam ruere in terram. Vlterius progrediens & ad locum suae uillae perueniens in tristicia & moerore, ipse & sui uillani ibidem finem illius diei praestolantes permanserunt. Ingruente uero noctis caligine praefatus dominus Iohannes nullum locum nocturnae quieti congruum in praedicta uilla *Wilßnagk* reperiens, necessitate compulsus, quasi cum maiori parte sui populi ad uillam propinquiorem *magna Luben* dictam, hospitium ibidem mendicando se recepit, ubi illa nocte una cum continuatione plurium noctium aliarum & dierum sequentium fuerat commoratus. Die uero tertia a die combustionis computata idem dominus Iohannes cum pluribus de populo suo *Wilßnagk* reuersus & super *calidis* adhuc *crustis* ipsius *incendii* scalis ac tabulis siue asseribus proiectis, crustas ipsas ab inuicem se mouendo *laminas aereas de campanis conflatas* & alias ferramentorum reliquias una cum *sua comitiua* collegit diligenter. Tandem ad altare perueniens *truncum* quendam *quercinum* interius concauatum, quem super altare habuit politum reperit ignis incendio penitus deuastatum. Intra quem

Wilsenacum incensum.

Villa Grossen Lauben.

quem *uasculum eucharistale ligneum serico* circumductum & super complicatum *corporale* reuertentes situatum tres tantum pro necessitatibus & *uiatico infirmorum* continens hostias reposuit & reclusit. De quibus omnibus nullum tunc saluationis iudicium poterat experiri, quare credidit ea fore concremata. Quod totum suae negligentiae attribuit, eo quod tempore combustionis saepe dictae absens uiuificum sacramentum de ecclesia incensa minime deportauit; unde uehementi & cordiali tactus dolore, eodem altari in sua parte superiori mundato cum suis uillanis gemens & eiulans ad uillam *Luben* rediit unde uenit. Sabbato ueniente proximo praefatus dominus Iohannes suis conuocatis uillanis ipsos alloquitur in haec uerba: *Carissimi! uideo uos nimia compulsos egestate de ecclesiae uestrae reaedificatione & uillae innouatione penitus desperare, & de fructibus ac ecclesiasticis prouentibus pro cura animarum a uobis de caetero deuiam dissentio me non posse sustentare. Quare oppidum Perleberg uel aliud festinantius adibo tanquam capellanus uel conductus pro uitæ necessariis ibidem seruiturus. Etsi qui uestrum domos in uilla Wilsnagk reaedicauerint, de alio plebano sibi prouideant, si uoluerint tempore oportuno.* Illi pauperes audientes se tam fidelis pastoris curati solatio destitutum iri nouo tribulationis genere afflicti plus quam dici potest gemuerunt. Ipsi domino Iohanni pro diligenti cura & doctrina & paterna solicitudine, & ipse eis pro bona & debita obedientia

Sacerdos credit hostias concrematas.

mutuo

mutuo sibi gratiarum actiones retulerunt. Et sic de eadem materia verbis hinc inde multiplicatis usque ad illius diei finem peruenerunt. In nocte uero diei dominicae immediate sequentis, quae erat octaua dies a die combustionis ecclesiae inclusiue numerando, cum saepedictus Iohannes fere cum decem hominibus in *stramentis iuxta ignem in hospitio* suo requiesceret *leuiter soporando*, uisum fuit ei quando audiret quendam ante *ostium domus uoce* gracili & *puerili dulciter clamantem* ipsumque proprio nomine uocitantem ac charitatiue admonentem, ut festinantius surgeret, *Welssnagk* pergeret seque ad missam ibidem celebrandam pararet, qui statim euigilans diligenter aduertit auscultando, quid nam esset, quod ipsum ad talia praeroganda requisiuit & cum de huiusmodi uocibus nihil perciperet, somnum se uidisse reputans ad recumbendum se reclinauit & aliquandiu obdormiuit. Et ecce quasi post unius horae spacium iterum uidebatur sibi, quod eundem, quem prius, iuxta domum uersus ignem audiret omnino uerba consimilia, prout antea, proferentem. Sed seriosius ne praetactam admonitionem tanquam uanam paruipenderet exhortantem mox grauiter experrectus se uelle facere coepit dicere uoce clamorosa, unde quidam de circumiacentibus excitatus, quid ipsum molestaret, ut talia diceret, requisiuit, qui cum ei totius facti seriem breuiter enodasset, dixit ille: Domine nihil est quod audistis, sed ex magno & ardenti desiderio quo

Sacerdotis somnium.

quo aeſtuatis, ad ibidem miſſam, ſicut prius celebrandam, & prae anguſtia ſpiritus de ueſtra abſentia, timore combuſtionis eccleſiae uana & uaria phantaſmata uobis taliter occurrunt dormienti ex phantaſmato. Quorum confabulatione alii circumiacentes omnes fuerant excitati, qui geſtae rei modum addiſcentes unanimiter in ſententiam prioris conſenſerunt. Quibus uerbis tanquam rationalibus idem dominus Iohannes homo ſimplex firmiter credidit bona fide. Vniuerſi ergo illi & ſinguli ulterius inter ſe colloquentes, nunc ſuorum uulnerationem & occiſionem, nunc rerum aliquarum ſpoliationem & aliarum omnium combuſtionem, demum paupertatis nimiae & egeſtatis ſuae innocentem paſſionem lacrymabiliter conquerentes totam illam noctem poſtmodum inſomnem deduxerunt. Aurora uero appropinquante quilibet ipſorum unus poſt alium ſermone dimiſſo coepit obdormire. Die uero emergente idem dominus Iohannes tertia uice iam non leuiter, ut ante, admonetur; ſed acerrime redarguitur, cur monita ſalubria negligeret adimplere. Deinde per *brachium dexterum* tam *dure apprehenſus* & tractus, ut ex hoc magnum in eodem brachio perſenſerit dolorem, excitatur. Vehementer igitur territus & forti dolore compunctus, alta uoce clamare coepit & dicere: ſe uelle libenter iuſſa pro poſſe ſuo adimplere. Surrexit igitur cum feſtinatione & illi, qui erant cum eo, allatis de praedicta *uilla Luben ornamentis & aliis ad miſſam celebran-*

Redit Vilſenacum cum ſuis ruſticis.

lebrandam necessariis cum suis *uillanis* continuo *Wilßnagk* properauit. Quo dum peruenisset ad altare, quod nunc in honorem corporis & sanguinis Iesu Christi consecratum est, nullo cooperimento tectum, ut ipsum sacris uestibus tegeret, accessisset, tres hostias miraculose ac diuinitus, ut *pie creditur*, ab ignis laesione conseruatas in suis tamen circumferentiis modicum adustas, in *quarum cuiuslibet medio quasi gutta sanguinis apparebat super complicatum corporale*, quod etiam in suis *angulis* notabilem adustionem senserat, repositas adinuenit. Et cum in nocte praecedente & specialiter in aurora tam notabilis pluuia ceciderat, quod etiam ipsum altare superius fuerat multum *humectatum*; ipsum tamen *corporale* una cum hostiis & ipsum altare sub corporali *penitus sicca sunt reperta.* Quo uiso idem plebanus uehementer stupefactus & ultra quam credi potest mente consternatus omnes uicinos, quoscunque commode habere poterat, conuocauit & habito concilio iuxta formam apparitionis sibi factae missam ibidem celebrauit.

Miraculum primum.

Qua celebrata, dictus Dominus Iohannes uidens ecclesiam suam & singula in *Wilßnagk* combusta & desolata, neque ullum locum uenerabili sacramento pro diligenti custodia applicatum reperiens; quare sacras istas hostias ita miraculose inuentas in uillam proximiorem *maioris Luben* usque detulit. Elapsis itaque diebus octo a die inuentionis sacramenti uigilatores praefatam uillam ante

noctis

noctis medium uigilantes, *quinque candelas cereas* coram uenerando sacramento in ecclesia praedicta *Luben* ardentes uiderunt & inuenerunt. Deinde domino Iohanne plebano ibidem celebrante, binae ex his candelis a seipsis, ut pluribus uisum est, exstinctae sunt; reliquae autem tres incensum Deo uolente obtinuerunt. Et acceptis sacrosanctis hostiis vna cum *candelis accensis* locum *Wilsnagk* sic desolatum cum suis iterato deuote uisitauit. Deuotionibusque eorundem ita factis ardentibus candelis, demum in *Luben* sunt reuersi. Quae in earum longitudine uento flante aëris intemperie ueniente illaesae repertae sunt. Vnde & in breui tempore tanta emicuerunt in miraculis diuinitatis opera, quod ipsorum fama totam istam patriam penitus adimpleuit. Quia praecepta reuerendus in Christo pater & dominus dominus *Theodoricus praefatae Hauelbergensis ecclesiae episcopus cupiens* rem gestam & tanti miraculi seriem certificari ipsum dominum Iohannem saepius nominatum ad consistorium *Witstock* citari iussit. Quo citato mandatis domini gratiosi uolens obedire, se ad eundem locum uisitandum praeparauit, attendens nihilominus, hoc prodigiosum signum in candelis cereis diuino miraculo fore factum gemens & corde imprimens, *mensuram de cereis accipiens* iter *Witstock* uersus arripuit. Quo ueniente & comparante dictus dominus *Theodoricus* episcopus ipsum aliquandiu apud se retinuit de praemissis hominibus & singulis sufficienter inqui-

Hauelb. episcopus Theodoricus rei ueritatem inquisiturus ipse sacerdotem citat.

inquisitione facta & cum suis super his collatione habita praemissorumque pura ueritate comperta saepe dictum dominum Iohannem benigne *licentiauit* & ad propria in pace remisit. Ipso reuertente candelas *praedictas* & antea mensuratas in earum esse & longitudine illaesas inuenit; quare Deo omnipotenti gratias egit infinitas. Id ipsum quidam *uillanus nomine Slanze hoc diuina uirtute* fore factum referens, & bina uice eas exstinxit, & iterum *reuiuificatae*. Tertia autem uice tentans unam extinxit & statim reliquae duae lucem amiserunt, & dum eas iterato incendere proposuit *diuina forte ultione sine reincensu permanserunt*. Quarum una in capella beatae Mariae uirginis *Perleberge* uersus reseruatur. *Altera* in capella Mariae Magdalenae & Erasmi. Tertiam idem uillanus pro *poenitentia sibi iniuncta Romam* usque pertulit.

Miraculum tertium.

Post uero iam notabile tempus effluxerat & miraculis de die in diem crescentibus, idem etiam uenerabilis pontifex ex deuotione hunc locum uisitauit & missam ibidem celebrans infra canonem tale miraculum in se expertus fuit, quod prae nimia lachrymarum effusione cunctis cernentibus & stupentibus missam inceptam uix finiuit & est tale: Dum ipse praefatus dominus Theodoricus uillam *Wilsnagk* deuotionis & miraculorum perceptionis intuitu uisitaret ibidemque in altari nunc in honorem corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi consecrato missam celebrans, *hostiam missalem*

Episcopus ipse Vilsenacum uenit.

ſalem conſecratam & in ſilentio eleuatam infra tres hoſtias ſuper explicatum, de quibus ſupra, reponeret; ego *praepoſitus Hauelbergenſis eidem reuerendo praeſuli aſtans* & easdem tres hoſtias ordinatim poſitas diligentius perſpiciens, uidi ingens miraculum ingenti miraculo cumulatum, uidi, inquam, clarenter ſanguinem Chriſti, *ut pie credo, miraculoſum*, in una trium hoſtiarum praeſignatarum, uidelicet in ordine medio, latiorem & rubicundiorem, quam antea, in eadem miſſa fuit effectum. Nec non aliter & in tantum iudicio meo liquefactum ac tumefactum, quod ſi eadem hoſtia ſuper eius circumferentiam in eodem corporali uerſa erectaque fuiſſet idem ſanguis, niſi miraculoſe tentus fuiſſet, ad idem corporale partim deſtilaſſet, & paulo poſt quidam honorabilis *uir plebanus in antiqua Ruppyn Hauelbergenſis* dioeceſ. idem cernens miraculum me per *ſuperpellicium*, quo induebar, leuiter trahens ac manu ſua uerſus eandem hoſtiam nutum faciens mihi reſpicienti ſubmiſſa uoce dixit: *Domine praepoſite nonne uidetis?* ſed in obſequio aſtantiae praepeditus obmutui, nec ulli aſtantium hoc prodigioſum ſignum ſignificare potui; paulatim tunc huiusmodi ſanguis miraculoſus ante eiusdem miſſae completionem ad priſtinam ſpeciem diuina, ut pie aeſtimo, uirtute extitit conuerſus. Conſiderans quoque eundem celebrantem ſtupefactum ac ſuſpiriis fletibusque preſſum ſuſpicabar hoc ipſum ſenſiſſe miraculum. Finita miſſa idem praeſul

Teſtimonium auctoris de hac re.

Miraculum quartum.

uersus castrum suum *Plattenburg* proficiscens mihi in curru suo sibi confedenti idem miraculum se persensisse *mediis suspiriis notabilibusque lacrymarum fusionibus* patefecit. Audiens uero me & praefatum plebanum hoc ipsum percepisse miraculum, post aliquantam taciturnitatem ac capitis sui depressionem in haec uerba seu aequiualentia perrumpens ait: Heu uereor me huiusmodi miraculi occasionem praebuisse, ex eo nam dubitans illas *tres hostias fore consecratas* timensque eas taliter *sanguine, sanguineoue colore* ab aliquo impiorum *praetextu illiciti* & indiscreti quaestus tinctas, in casu quo consecratae non essent, uel taliter *fictim tinctae*, ne per earum adoratores idololatria committeretur, eas una cum hostia a me altari superposita consecrare intendebam; uerum paulo post *inceptionem canonis missalis*, uidens, quod mutatio in una huiusmodi trium hostiarum fieri inciperet, praemissam deserens dubitationem, ne iterata consecratione iniuriam sacrosanctissimo facerem sacramento intentionem consecrandi ad solam hostiam a me superpositam dirigebam. Insuper quidam ualidus *armiger Henningus Billerbeke* dilucida uoce protestatur hoc mirandum signum cum cereum infra eiusdem missae silentium, sustinendum accenderet, sibi apparuisse. De quo miraculo, prout uidi & audiui tenaciorique memoriae commendaui testimonium perhibeo modo suprascripto. Quod etiam miraculum idem praesul suorum singularium auribus ueridico ser-

Episcopi sollicitudo.

ſermone plerunque inculcauit non ſine vberi lacrimarum fuſione.

Inter alia etiam quaſi innumerabilia, quae Dominus noſter Ieſus Chriſtus hoc in loco dignatus eſt operari, unum eſt de primis, quod non ſub ſilentio eſt tranſeundum, ſed fidelium potius charitati inſinuandum. Contigit enim eodem anno & menſe, quibus inuentum fuit dictum ſacramentum ſcilicet anno milleſimo trecenteſimo octuageſimo tertio menſe Auguſti, quod quidam *nobilis nomine Theodericus Wenckſterne oriundus de terra Lentzen*, dum a fortalitio ſuo *Wenckſternberch* appellato cum duobus familiaribus equitaret, & fama de inuentione huius excellentiſſimi ſacramenti per totam terram diuulgata eſſet. Dictus Theodoricus non ſolum in hac incredulus; uerum etiam in eadem uia cogitationes de ea *ſacrilegas* habuit *blaſphemias*, prout ipſe poſtmodum eſt confeſſus; unde contigit, quod praecedentibus dictis familiaribus ſuis in uia ad tantum ſpacium, quantum eſt iactus unius ſagittae, idem *Theodericus caecus factus fuit* & dolorem ingentem in oculis pertulit, ac ſi ſale eſſent confricati, durauitque dicta caecitas oculorum & dolor tanto tempore, quanto poſſet homo *unam leucam* pertranſire, donec praedicti familiares reuertentes ad eum, inuenerunt ipſum ſtupefactum & trementem. De equo igitur depoſitus & in eodem loco genibus prouolutus ueniam de praedictis ab omnium bonorum largitore humiliter poſtulauit uotumque fecit, quod ſi dominus

Miraculum quintum.

ſecundum magnam miſericordiam ſuam uirtute uiuifici ſacramenti corporis & ſanguinis ſui lumen oculorum ſibi reſtituere dignaretur, *ipſe quotannis iunctis ſibi triginta hominibus diſcalciati* ipſe & alii triginta ac *lineis non induti* locum iſtum ob reuerentiam dicti ſacramenti cum oblationibus & congruis honoribus uiſitarent. Mox eodem in loco ſupradictus *Theodericus gratia Dei illuminatus eſt* & omnis oculorum dolor protinus ab eo receſſit. Ac in die ſancta natiuitatis beatae & glorioſae uirginis Mariae immediate ſequenti uotum ſuum reddit ac locum iſtum cum aliis triginta hominibus deuote uiſitauit, ad quem eorum quilibet uenit diſcalciatus & lineis non indutus ac *cereum de una libra* obtulit, omnibusque qui tunc aderant, praemiſſa omnia & ſingula publice enarrauit. Elapſis poſtmodum aliquot diebus dictus Theodericus mentis ſuae compos in lecto aegritudinis decumbens eadem die, qua ſpiritum emiſit, haec omnia & ſingula in praeſentia confeſſoris ſui & quorundam aliorum publice eſt confeſſus.

1386. Anno Domini milleſimo tricenteſimo octuageſimo ſexto, dominica infra octauas aſcenſionis domini ſubſequens miraculum factum eſt. Margaretha *molendinaria in Sprengenberge* per rotam molendini enormiter laeſa, ſubmerſa, per ſeſquidiem mortua reputata ſacro ſanguine Chriſti in *Wilſsnagk* inuocato priſtinae uitae reſtituta & reſanata fuit; teſtis *dominus Iohannes* in *Wilſsnagk*,

Miraculum ſextum.

nagk, & ſui *capellani Iohannes Dipentze*, Iohannes *Kyritze* notarii.

Anno milleſimo triceſimo octuageſimo octauo, in partibus *auſtri*, quidam presbyter canonicus *Patauienſis plebanus* in *Lichtenow* obiens ad eccleſiam poſitus quibusdam legentibus pſalterium circumſedentibus reſpirauit, *moto feretro, in quo* iacebat, circumſedentes perterriti & ſtupefacti effugientes, dictus presbyter clamabat poſt eos, ne timerent, *quia ipſe eſſet & uiueret*. Inſinuans eis qualiter reſuſcitatus eſſet & ut iter peregrinationis in *Wilſnagk* ad uiſitandum ſanguinem Chriſti arriperet, quem tali ſpecie, ut in *Wilſnagk* oſtenditur, uidelicet in *tribus particulis ſiue hoſtiis diuina reuelatione* uidit, quibus auditis reueſtiebatur & de eccleſia ducebatur, qui ſtatim poſtea iter arripuit. Epiſcopo *ſiue dioeceſano* haec narrantur, quibus narratis *epiſcopo* ſecum ad *archiepiſcopum ire intendente*, cum ad medium cuiusdam fluminis peruenerunt, naui incaute ducta ad rupem in flumine iacentem confracta, omnes ad aquas proiecti, licet rupi ſaluati & a circummorantibus per alias nauiculas ad terram reducti, ſed dictus presbyter, *ſolus ſubmerſus*, per horam non emergens uoto a miniſtris epiſcopi pro *eo facto uiuus aſcendebat*. Deinde ad domum cuiusdam militis uenientes pernoctauerunt, quae caſu igne cremata cunctis euadentibus hic *presbyter ſolus in quodam aeſtuario tanquam infirmus* & impotens manſit. Incendio nimis praeualente de aeſtuario inopinate edu-

1388.

Miraculum ſeptimum.

ctus apud alios foris positus omnibus stupentibus & aestimantibus ipsum fore combustum, hanc eductionem gratiae imputauit diuinae & sanguini precioso dicendo: *transiui per aquam & ignem & eduxisti me in refrigerium. Testis plebanus & capellani in Wilsnagk.*

1390. Anno millesimo tricentesimo nonagesimo indictione 13. die dominica Palmarum hora quasi sexta noctis diei eiusdem *serenissima Sigismundi coniux domina Elisabeth Roman. imperatrix semper Augusta & Vienens. Regina,* usque ad secundam diem hora diei huius 14. tantum infirmata fuit, quod nec loqui potuit nec sensibus rationis utebatur. Ita quod medici eius proprii totaque familia ipsius *milites, clientes, uirgines* deplangentes de uita eius desperauerunt, ipsamque mortuam a sexta hora noctis usque ad decimam quartam horam, ut refertur, sine attractione anhelitus & pulsus tactu relinquerunt. Quam cum uirgines & tota eius familia statim uouissent ad sanguinem Christi, restituta fuit sanitati. Tandem ipsa domina imperatrix ipsum uotum a suis uirginibus & familia factum consumere distulit, & iterum plaga Dei tetigit eam, quod pluribus diebus infirmabatur ad mortem. Demum sola ipsa domina imperatrix erectis manibus & complosis, uouit se ad sanguinem Christi in *Wilsnagk* transituram seu perrecturam de domo propria suae habitationis, & uouit uotum illud ante diem Margarethae uirginis adimplere, quod & fecit, quia si ante diem

Miraculum octauum.

sanctae

ſanctae Margarethae non exiuiſſet *tunc non comediſſet carnes nec pullos nec oua nec uolatilia nec alia genera ſanguinem habentia, quousque uotum adimpleſſet;* ſed diuina fauente clementia ſana effecta eſt & fuit, prout die hodierna, quae eſt feria quarta poſt diem ſancti Iacobi apoſtoli anni praenotati in dicto miraculo die uiceſimi ſeptimi menſis Iulii, ipſa domina imperatrix ſana & incolumis uenit in *Wilſnagk* ad ſanguinem Chriſti, non aliter niſi occaſione peregrinationis uotum ſuum & ſuorum adimplens. Idem miraculum in *ſchedula papyracea* fuit conſcriptum in *Wilſnagk* oblatum.

Sigismundi imp. coniux Eliſabetha uenit Vilſenacum.

Eodem anno, quo ſupra, hora ueſperarum uel quaſi *Weſtfaliae Ghymſer Bertoldt de Huſſen* nuper feria quinta ante diem beatae Magdalenae bona fide equitans ad *caſtrum Kalenberge* prope *Volckmers ante Haſſiam*, de cuius caſtri traditione accuſatus propter calumniam & odium, unde deprehenſus, quem dominus Conradus *Spiegel miles ligans ex patibulo ſuſpendit;* in quo pendens per medium diem & totam noctem per inuocationem ſanguinis precioſi ſtrangulari nequiuit per imaginem beatae uirginis tentus donec dictus miles, qui eum ſuſpendit, pluribus uidentibus ſolueret, ſolutum rogans, quatenus ſibi hanc iniuriam indulgeret, qui ſic abiit pane & aqua ieiunans: *Wilſnagk* uenit gratias agens ſanguini *precioſo funem offerendo. Teſtis Heinricus* de *Koepnitz & Bertoldus Meſmaker presbyteri.*

Miraculum nouum.

Multa quidem talia miracula & maiora

ante

ante & post de die in diem Dominus noster Iesus Christus uirtute huius uiuifici sacramenti dignatus est operari, prout in quibusdam libris de his specialiter complicatis plenius continentur. Quapropter sanctissimi in Christo patres & Domini nostri summi pontifices, cardinales, archiepiscopi, caeterique episcopi & legati hunc locum & ecclesiam sancti Nicolai *episcopi in Wilsnagk*, de thesauro sanctae matris ecclesiae multis indulgentiis & peccatorum remissionibus dotauerunt, prout in bullis siue litteris desuper confectis uberius inuenitur.

NVM. III.

Bulla PONTIFICIS *Eugenii ad* Hauelbergensem *&* Lubecensem *episcopos, ut consecrata hostia tribus sanguineis superponatur.*

EVGENIVS episcopus, seruus seruorum Dei, uenerabilibus fratribus *Hauelbergensis* & *Lubecensis* episcopis salutem & apostolicam benedictionem. Decet *Romanum pontificem* piis supplicum uotis libenter annuere & apostolicum fauorem liberaliter impertiri. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii *nobilis uiri Friderici marchionis Brandenburgici petitio*, continebat quod, cum dudum sexaginta annis decursis & ultra, in *parochiali ecclesia* loci de *Vuilsnack Hauelberg. dioecesis* per nonnullos sacrilegos & uiolentos incendiarios tunc ignis uoragine penitus consumpta, tres paruae hostiae

hostiae consecratae, quae pro infirmis reseruabantur, in quodam *corporali* pro parte *combusto*, non sine magna etiam tunc *uiuentium* fidelium admiratione, repertae fuissent sanguine respersae. Ob *transformationem huiusmodi* tot miracula in dicta ecclesia operatus est omnipotens Deus, ut *clarae memoriae Carolus imperator tunc in humanis agens*, nec non *Franciae, Angliae, & Bohemiae reges, ac alii duces, principes seculares,* nec non *literatae & insignes personae in numero copioso ad eandem ecclesiam deuotionis causa confluxerint*, & quam plures ex eis affirmarent, etiam *medio iuramento*, se in ipsorum infirmitatibus omni humano destituti auxilio ad inuocationem diuini nominis offerentes se praedictam ecclesiam ob uenerationem sacramenti huiusmodi deuote uisitaturos, suarum petitionum *celerem* fuisse *consecutos effectum*, & propterea Christi fidelium multitudo de diuersis partibus deuotionis causa ad praefatam ecclesiam *diotim* seu pluribus anni diebus etiam confluxerint ac confluunt de praesenti. Et sicut eadem petitio subiungebat, si hostiae transformatae praedictae singulis diebus quibuslibet ipsam ecclesiam uisitantibus ostendi deberent, & ostenderentur, ex frequentatis huiusmodi ostensionibus possent, forsan praedictae hostiae in *earum qualitatibus alterari*, uel si non ostenderentur, fidelium deuotio forsan cessaret. Quare pro parte eiusdem marchionis asserentis praedictum *locum eius temporali dominio subesse*, nobis fuit

Regum & principum peregrinationes Vilsenacenses.

fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper his oportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi ſupplicationibus inclinati, *fraternitati ueſtrae* per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus uobis expediens uideatur, quo ad infra ſcripta conceſſio fiat ſuper quo conſcientias ueſtras oneramus, rectori dictae eccleſiae, qui eſt & pro tempore erit, quod unam aliam *hoſtiam conſecratam apud ipſas hoſtias transformatas* ponere, ſicque poſitam, prout uiſum fuerit, renouare, & fidelibus praedictis ſingulis anni diebus oſtendere libere licite poſſit ac ualeat, authoritate noſtra concedatis. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, caeterisque contrariis quibuscunque.

Dat. 1446. Datae Romae apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicae *milleſimo, quadringenteſimo, quadrageſimo ſexto*, Non. Febr. pontificatus noſtri anno ſexto decimo.

NVM. IV.

Literae indulgentiarum PONTIFICIS *Nicolai ob hoſtiam conſecratam ſanguineis ſuperpoſitam.*

NICOLAVS epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, uniuerſis Chriſti fidelibus praeſentes literas inſpecturis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sacratiſſimum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſuae paſſionis horam contingens, carnem in cibum

bum & ſanguinem eius in poculum exhibuit populo Chriſtiano, decet Chriſti fideles pro deuotionis reminiſcentia uenerari panem caeleſtem, quo nos ſpiritualiter reficit, ueluti noſtrae, qua regredimur, peregrinationis uiaticum deuotis mentibus exorare. Cum itaque, *ſicut accepimus*, ad parochialem eccleſiam in *Wilſsnack Hauelberg. dioeceſis, in qua, prout pie creditur, euidentiſſimis miraculorum indiciis* tres hoſtiae *transformatae* conſeruari firmantur, magna de diuerſis mundi partibus ſingularis *cauſa deuotionis confluere fidelium* eorundem conſueuerit *multitudo*. Nos intimis geſtientes affectibus, ut ipſa deuotio feruentius uigeat & augeatur, ac iugis de miraculis & transformatione huiusmodi poſteris memoria reſultet, quod apud hoſtias praedictas, ſiue locum, quo condecenter illas reponi contigerit, quotiens rectori dictae eccleſiae pro tempore exiſtenti uidebitur, *alia conſecrata hoſtia in uaſe uel cryſtallo* congruenti poni, nec non fidelibus praefatis ad maiorem eorum compunctionem oſtendi ualeat, *ſerie praeſentium indulgemus*, & ut eccleſia congruis per amplius frequentetur honoribus atque conſeruetur, nec non fideles ipſi libentius eo confluant ad eandem, & ad conſeruationem huiusmodi promptius manus porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono coeleſtis gratiae conſpexerint uberius ſe refectos, *omnipotentis Dei miſericordia*, beatorumque Petri & Pauli apoſtolorum

lorum eius *authoritate confisi*, *omnibus uere poenitentibus* & *confessis* qui in festiuitate sacratissimi corporis praedicti ecclesiam deuote uisitauerint *annuatim* & ad conseruationem huiusmodi nec non ipsius fabricam ecclesiae manus adiutrices porrexerint *septem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis poenitentiis misericorditer* relaxamus, praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, quod si alias uisitantibus ecclesiam, aut ad conseruationem seu fabricam huiusmodi manus porrigentibus adiutrices, uel alias inibi pias eleemosinas erogantibus seu alias aliqua alia indulgentia in perpetuum, uel ad certum tempus nondum elapsum duratura, per nos concessa fuerit, ipsae praesentes literae nullius existant roboris uel momenti.

Dat. 1447. Datae Romae apud S. Petrum anno incarnationis dominicae *millesimo*, *quadringentesimo*, *quadragesimo septimo*, quarto id. Septemb. Pontificatus nostri anno *primo*.

LIB.

LIB. IV.
LAMBERTI ARDENSIS
HISTORIA COMITVM ARDENSIVM ET GVISNENSIVM
AB AN. 800. AD 1200.
EX CODICE MSCTO SATIS VETVSTO.

PRAEFATIO.

Incipit prologus Ardensis ecclesiae presbiteri LAMBERTI *super Ghisnensium historiam & Arnoldum de Ghisnes.*

Licet familiaris cure prepediti negotiis implicemur, quo minus scribendi officio uacare debeamus; Vestris tamen, *militum strenuissime!* crebris succumbentes postulationibus, *Ghisnensis Arnolde*, qui nobis patricius estis & dominus arduum quidem opus, si prospicui *stematis* materiam aggredimur. In cuius rei perceptione presumtionem nostram non ignoramus; presertim cum ad tanti operis executionem nostri paruitatem ingenii minus sufficientem perspicimus & liuidis oblatrantium nobis dentibus emulorum nos dilacerandos prenosticamus. Maxime cum nominatissimi *Ghisnensis* terre clerici huius operis materiam dudum intactam & illibatam reliquerunt & cum ueterum famam magis, quam rem uisam (nisi circa finem operis) disserere complectimur.

Veniam rogat scriptor in tanti argumenti historia

eorum quae cum ipse uidit tum audiuit ab aliis,

§. II. Non enim tantum *uisa*, sed quanta *audiuimus* & *recognouimus* & *patres* nostri narrauerunt nobis, commemorare intendimus. Et quod quorundam *apocriforum* scriptis inter autenticas quidem scripturas & diuinas in librorum marginibus uel extremitatibus hic illic, aut in paginulis aut in cedulis particulariter aut breuiter & corrupte annotatis & inuentis, *lucidiori ueritatis* illustrati & certificati radio, obuiare non abhorremus aut curamus. Et quod *plana* & *aperta* tacere, minus plana *subtexere* & elucidare curantes; inuidis aut sciolis argumentantibus nimiae nos breuitati nunc insistere, nunc dispendiosae prolixitati incubare & sic a uero plerumque dissentire, nos increpandos & discerpendos eo quod omnibus maleuolam in nos linguam exacuentibus praesentiam nostram exhibere & chronicas regionum & prouinciarum annotationes & locorum opiniones singulis enodare & ad singula respondere non sufficimus, non dubitamus.

parum curatis hominibus maleuolis,

qui opposuerint aliquid.

§. III. Opponent enim nobis forsitan, *quod Ghisnensium historiam* tractaturi, cur a comite *Flandriae Arnoldo magno* uel *uetulo* imo a quodam *Vualberto Pontini & Teruannici populi* uel *sancti Pauli* & *Ghisnarum quodam comite*, qui ante *Arnoldum magnum* fere ducentis annis extitit, narrationis sumamus exordium. Cum idem Vualbertus, secundum diligentem *Flandrensium* chronicorum computationem, ducentis annis & amplius *Ghisnarum* dominio praefuit ante *Sigfridum*, qui *Ghisnensis* nobilitatis post

Vual-

Vualbertum auctor autumatur & dicitur. Nec enim *Sifridus* de eiusdem *Walberti* cognatione progenitus non dubitatur, & demum post multos annos in hereditatem paternam apud *Ghisnas* longa expectatione repromissus, ignorante *Flandriae* comite *Arnoldo* magno uel *uetulo* cum gaudio est receptus.

§. IV. Nec admiratione hoc dignum esse arbitramur, cum & *Dachi* simili expectatione prestolantes post aliquot annorum spacia in *Anglorum* regnum, quod olim quandocumque quomodocumque obtinuerunt, restitui & reformari sperant & expectant. *Repositio.*

§. V. Opponent etiam nobis tot *annorum curricula* inter *Vualbertum* & *Sifridum* interiecta. Opponent & quibus auctoribus freti; quasi de *dubiis* temere diffinire & tantae nobilitatis *genealogiam* tanto tempore prudentioribus imo simplicioribus occultam & incognitam commemorare audeamus, cum Sifridus *ducentis* ferme *triginta tribus* annis, antequam *huic* operi scribendi calamum accommodaremus apud *Ghisnas comes extiterit; comes uero Vualbertus ante Sifridum, sicuti iam praediximus, ducentis annis & amplius.* *Oppositio altera de fide auctorum ante CCXXXIII. annos.*

§. VI. Quibus licet improbranter opponentibus & indignantibus & unde hoc acceperimus, uel ubi, uociferantibus & nobis clamore represso murmurantibus cum patientia iuxta *Apostolum* supportantes, licet inter malleum & incudem constituti medii, respondemus: *Moysen legiferum* Israeliticae *Repositio altera.*

 plebis

plebis ductorem & doctorem mundique creationis descriptorem, quis nesciat in tempore *Pharaonis* post multos annos a cataclismo progenitum & demum per totam *Aegiptum* ingenio & diuina floruisse gratia. Ipse tamen *diuinam genesim* tractandam suscipiens ab Adam, qui ante diluuii tempora *duobus milibus ducentis quadraginta* duobus annis, secundum diligentem & infallibilem *Hebraeorum* computationem & ueritatem, ad imaginem & similitudinem *Dei creatus* est, incipit & dicit: *In principio fecit Deus cœlum & terram.* Et sic post primi hominis creationem & multorum posteritatis eius hominum multiplicationem ad ipsum *Pharaonem* tractatum suum usque perducit & altius euolat atque ascendit. Nec inuenitur in mundo *sapientum* unus, qui *legendo querat:* ubi tantae diuinitatis acceperit eloquium, uel arcanum, cum diuinus spiritus hoc ei insufflauerit & digito Dei sibi scriptum ab iis intimauerit ac dictauerit.

quia creditur Mosi,

Ouidio,

§. VII. Ouidius quoque in tempore *Germanici Caesaris* studuit & libros composuit, qui tamen, ut eiusdem *Caesaris* gratiam, a qua peccando pusillum quandoque declinauerat, recuperare mereretur, a nobilitate generis eum commendare intendens altius orditur & *cosmographiam* tractaturus a mundi principio incipiens post propositionem, uti moris est auctorum, & inuocationem infra narrationem suam continuans incipit & dicit:

ante

Ante mare & terras & quod tegit omnia coelum
unus erat toto naturae uultus in orbe,
quod dixere chaos.

Diuinorum autem ſpirituum inuocans auxilium dicit:

Dii coeptis adſpirate meis primaque ab origine mundi
ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Et ſic ad ipſum *Germanicum*, quem laudare intendit & cuius gratia tantum opus incipitur, conuenienter aſcendit. Nec tamen eſt aliquis damnans *opus Ouidianum*. Sed legit & relegit, docet & colit & ueneratur:

In noua fert animus mutatas dicere formas corpora.

§. VIII. Sic & ille, ille quem poëtarum eximius & doctiſſimus in diuina *Aeneide* pedetentim imitatus eſt ad unguem, *Homerus*, multis annis, teſte *Cornelio Africano* immo *Pindaro* & *Phrigio Darete* poſt excidium *Troianum* natus eſt, qui tamen Troianum ſufficienter uel eleganter tractauit & docuit excidium. *Homero*,

§. IX. Nec querit ab aliquo *Virgilius*, ubi tantae ueritatis fabulam inuenerit uel acceperit *Homerus*. Sic & *Priſcianus* noſter autigraphus *Apollini* & *Herodiani* ſe imitatorem eſſe gloriatur, qui tamen multo tempore ante *Priſcianum* in arte *grammatica* apud ſuos in *Grecia* floruerunt. Sic & innumerabiles multi. Nec enim hoc antiqui curauerunt auctores, quibus mille imputabantur anni in ſcribendo, tanquam heiterna dies, quae *Virgilio, Priſciano.*

 pre-

preteriit. Sic audacter & confidenter de praeteritis multo tempore ueterum gestis, tanquam de praesentibus tractauerunt & scripserunt, dictante & operante in eis uno eodemque spiritu, qui ubi uult, & *quando uult, diuidit singulis prout uult.*

Ita nobis credent ante CCXXXIII. *annos.*

§. X. Verissimo tamen signum idem ueremur uaticinio aemulationem malignam non modice nobis obstrepere & subsannationis rugas in nostri innocentiam nominis certatim replicare, eo quod *ducentorum* ferme *triginta trium* annorum temporis cursum metiri suscipimus.

Exemplo Eusebii & aliorum qui scribunt de rebus tot mille annorum.

§. XI. Sed non attendunt, quod antiquiores nostri auctores, quorum primus inuenitur & praecipuus *Eusebius*, post quem imitator eius *Ieronimus*, post quos *Prosper* & *Sigebertus* monachus & uenerabilis presbiter *Beda*, (nec tamen meme nominibus furiosus confero tantis) *duo milium trecentorum nonaginta quinque annorum* & fortasse plurium cursum suis temporibus scribendo digesserunt. Illi enim multorum regnorum, *Hebraeorum* uidelicet, *gentilium* & *latinorum* chronographiam sufficienter edocuerunt.

Auctoris limites in hac historia Ardensi,

§. XII. Nos autem angustissimi comitatus tantum (nisi propter quaedam susceptae narrationis accidentia) a *nido nostro* pennam scribendo aut longe tamen incidenter extenderimus illustrium *comitum* simul & *procerum* gesta breuiter & succincte perstringimus. Qui si *malignitatis* zelo perstiterint & nos *inaudita* commemorare uel etiam *noua* cude-

cudere aut fictitare contenderint dicimus: Si qua uetera & sibi inaudita aut incognita audierint, quae nos furtim a *commentariorum* libris excerpsisse nobis oblatrauerint, uicimus, uicimus & exclamando dicimus, quia maxima uirtus est *clauam Herculis* ab eo quoquo modo extorquere ad minuendas immo dilatandas *noui operis* & suscepti laboris uias. Praeiudicium igitur uelint nolint nobis faciunt, ut aliquorum auctoritatibus *scriptorum* fulciamur. ***a fabulis aliena***

§. XIII. Si autem *noua* nos *cudere* (quod omnino negare non possumus) iterum clamauerint & temporum ordinem (quod multis de causis plerumque contingere solet) uerso narrandi ordine commutatum & praeposteratum, uel & nomina *principibus* aut *rebus* quidem congruentia, quasi *exterius* assumpta, uel etiam ficta nobis coniectauerint, si quid est, quod *dentium rubiginem marcescat* in eis, quibus nemo (nisi qui uel omnino scribere uel dictare consueuit) satisfacere potest, ab ipsis uerum diligenter inquirant, a quibus nihil nisi uerum quandoque libauimus. Vel si quid *displicet*, ut a quodam audiuimus, *ulterius legendo* non procedant. ***suffulta testibus.***

§. XIV. Et tamen *quandoque bonus dormitat Homerus*, & eloquentissimum, ut ait *Ieronimus*, poëtam aliquando uix loquentem inuenire sufficimus. Qua in re lectorem pie rogamus & arctius attestamur, quatenus hoc *opus* prius inspiciat, quam iudicet, prius iterata uice *epiloget*, quam *condemnet*. ***Veniam tamen rogat.***

 In-

Inconſulta enim (ut dicitur) facilitas iudicantis ſuo priuat honore ſententiam & iudicem exactorat.

a principibus & tutelam.

§. XV. Vobis igitur, amantiſſime *princeps* & *domine*, qui eſtis ſuſcepti *laboris principium*, *finis* & *praemium*, uobis, qui eſtis *gloria mea*, uobis, qui exaltatis caput meum ſuper inimicos meos, uobis, qui eſtis clipeus & *protector* meus domine, uobis, inquam, commendamus & deuouemus hoc opus in *ſudore uultus* nobis arreptum, ut, ſi qua in eo inuenta fuerit legendo gloria, non nobis *domine*, non *nobis*, ſed *nomini tuo* da gloriam. Non enim propriam nobis quaerimus gloriam, ſed ueſtram & nihilominus glorioſiſſimi patris ueſtri & *nobilis* eius *prolis* & *ueſtrae*, vt ab omnibus & in omnibus glorificetur *Pater* & *Filius* & *Spiritus Sanctus* unus Deus & Dominus omnium, qui magnificat ſalutes regum & glorificat in magnificentia & gloria per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Opus dicat Dei gloriae.

Incipit praefatio eiusdem LAMBERTI Ardenſis *eccleſiae presbiteri ſuper* Ghisnenſium *hiſtoriam & eundem Arnoldum.*

Cum ſolae literae obliuione eximant res mortalium

Conſiderantes igitur & ad memoriam reducentes, quod eunt anni more *fluentis aquae nec quae praeteriit hora, redire poteſt.* Omnia autem quae ſub *coelo* ſunt, niſi literarum commendentur apicibus caduca eſſe in tempore & tranſitoria & quae modo mortalium capit notitia uerſa manu in ictu oculi

oculi labuntur a memoria memorabilium uirorum & illuſtrenſium *Guinenſium* uidelicet *comitum*, nichilominus & *Ardentium* procerum digne memoranda nomina ſimul & geſta, languenti ſcriptorum inuidia uel fortaſſe negligentia a frequenti recordatione proh pudor! fere deleta, ad eorumdem nobilium uirorum & memorabilium ſucceſſorum non minus quam modernorum & ueſtri potiſſimum, *amantiſſime princeps* & *domine Ghisnenſis* ARNOLDE, cui inſudamus, laudem & gloriam, quantum ſufficimus & ueridicae teſtimonio relationis agnouimus interſerentes loco & tempore. De quarundam *eccleſiarum* tam *Ghisnenſium* quam *adiacentium* fundationibus memorare, ſcribere glorioſum duximus, honeſtum ac neceſſarium.

idem pro memoria Ghisnenſium *comitum & inprimis* ARNOLDI.

Exp licitpraefatio.

Ad laudem igitur & gloriam & honorem GHISNENSIVM comitum & ARDENSIVM procerum a quodam ARNOLDO narrationis ſumentes exordium in quendam *Arnoldum*, uidelicet in eum, cui ſcribimus, cui operis *gloriam attribuimus*, qui nobis, ut iam diximus, & quandiu nobis loqui dabitur, ſemper dicturi ſumus, *patritius* eſt & *dominus*, ſuſcepti operis laborem terminare decreuimus. Sed ut competentius ad propoſiti negotium deſcendamus, ad alia quaedam, propoſito quidem noſtro non aliena, licet *altiora*, ſtilum conuertamus.

Initium hiſtoriae 1) Ghisnenſium 2) Ardenſium *ab* Arnoldo, *usque ad Arnoldum auctoris patritium & dominum.*

CAPITVLVM PRIMVM.

De BALDVINO *caluo & de diuiſione* Flandrenſis & Bolonienſis *terrae &c.*

Ex chronicis Flandriae.

SIcut igitur ex commendatitiis *Flandrenſium chronicis* perpendere licet & aduertere, (non enim alia, quam ea, quae in annalibus chronicorum libris *legendo* quandoque reperimus uel ab autenticis & grandeuis patribus & ueridicis didicimus, uel quae *oculis* finetenus aſpeximus autenticis ficta miſcendo & ſic ſudori ſudorem accumulando, noſtro appingimus opuſculo) defuncto *Flandriae* ſimul & *Boloniae* & *Teruannici* populi comite BALDVINO *caluo* filii eius *Arnoldus* uidelicet, de quo iam mentionem fecimus, cognomento *magnus* uel *uetulus* & *Ardolphus* terram patris ſui triplici diſtinctam nomine inter ſe diuiſerunt. *Arnoldus* itaque, qui maior erat natu, *Flandriam*; *Ardolphus* uero *Bolonienſem* terram & *Teruannicam* ſimul ſuſcepit; ſed *Ardolpho* absque liberis & herede corporis defuncto & apud *ſanctum Bertinum* tumulato, *Arnoldus comitatum* eius in manu recepit.

Balduino *mortuo diuiduntur terrae in* **1) Flandriam, 2) Bolonienſem, 3) Teruanicam,** *an.* **880.**

CAP. II.

De ARNOLDO *magno eius* Balduini calui *filio.*

HIc ſiquidem ARNOLDVS, ut iam diximus, cognomento *magnus* uel *uetulus* a *Balduino ferreo* tertius, a *Lidrico* autem *Harlebeccenſe*, qui ab incarnatione Domini anno *ſeptingenteſimo nonageſimo ſecundo Flandriae* comes factus & conſtitutus eſt primus,

ARNOLDVS *uetulus.* **Lidricus** *Harlebecc. an.* **792.**

in

in *genealogiae* linea ſextus computatur *comes* & *palatinus*. Qui ſuper *uniuerſas Flandriae partes* manus extendens, etiam *Ghiſnenſium* praedia ſuae dominationis continuauit imperio. Sic enim & praedeceſſores ſui prius fecerant poſt *Lidricum*. *comes & palatinus* Ghisnenſium.

CAP. III.

De comite VVALBERTO.

COmes enim *Vualbertus*, ut in *uetuſtiſſimis* inuenitur *paginulis*, qui *Pontini* comitatum & *ſancti Pauli* totamque terram (nec excepto *Sithiu fundo*, quem prediues quidam *Adroaldus* nomine beato contulit *Audomaro Morinenſis* eccleſiae tunc epiſcopo) ab *Archis* usque ad *Scalarum* terminos ab utroque latere ad mare occidentale *hereditaria poſſeſſione* olim occupauerat, beate recordationis uiro ſancto *Bertino*, qui comitis iam dicti *Vualberti* filium de *fonte* baptiſmatis leuauit & in filium recepit *adoptionis Bertinum*que ei nomen indidit & nominauit, *Archas* uel *Archarum* uillam cum eius appendiciis *Sithiu* etiam & *Longoneſſani*, *Erelmas* quoque & *Aquinum* & *Coceras* cum *Audenfordio* & *Scalis* & multis aliis in liberam contulit *elemoſinam* & ſe ipſum una cum filio ſuo *Bertino* apud *Sithiu* in monaſterio in honorem apoſtolorum *Petri* & *Pauli* nuper conſtructo, ſub beati *Bertini* cuſtodia Deo placentem obtulit hoſtiam & monachum conſtituit.

Walbertus *comes* 1) Pontini, 2) S. Pauli.

Adoptio.

Collatae terrae in elemoſynam.

IV.

CAP. IV.

Quod sancti BERTINI *monachi coniectant totam* Ghisniam *suam esse elemosinam.*

S. Bertinus. Ghisnensis *terra cedit coenobitis,*

VNde etiam occasione sumpta iam dicti loci cenobite quasi omnia praedia sua, quae nunc *Ghisnensis* terra nominatur, eidem loco & sibi funditus contulerit idem comes *Vualbertus*, non audentes palam proferre uerbum absconditum, mutuo loquuntur & annuunt oculis. Maxime quia terras &

aut potius decimae,

prata & siluulas decimasque & redditus aliasque possessiunculas nunc in *Ghisnensi* terra possideant; praecipue tamen eo, quod in memoriam & uenerationem patris eorum

S. Bertino inde Ghisnenses *pendant tributum.*

& patroni sancti *Bertini* fundata est & constructa *Ghisnensis* oppidi mater ecclesia. Magis uero praecipue & quasi ualentiori causa, quod *Ghisnarum Dunionem*, utpote *Ghisnensis* comitatus caput & principium, cum quibusdam licet paucis adiacentibus terris annua pensione pro uno *fiertone* uel pro quinque *solidis* ab ipsis hereditario iure teneri debeat *Ghisnensis* comes.

Causa fabulae.

Vnde tamen tam uana superstitio minusque prouide & inconsiderate huius opinionis emerserit & emanauerit surculus, uerum inquirentibus & sane credentibus dicimus: quod ab antiquo comitis *Vualberti* tempore quendam *uillicum* uel praepositum, quem antiquiora eorum scripta *uassum* suum appellant, in terra *Ghisnensi* habebant, qui de omnibus *decimis* & possessiunculis, quas in eadem terra

ra possidebant, eis ut *uillicus* sufficienter respondebat. Hic super iam dictam terram *censualem* iuxta *Ghisnensis* oppidi *Duniomem* multo tempore mansit. Sed cum postea *Ghisnensis* nobilitatis & gentis autor *Sifridus Ghisnensis* oppidi munitione siue *Dunionem fossato* duplici circumcingere uoluisset nec ei ad perficiendum in propria terra locus sufficeret, de tota terra *censuali* iuxta *Dunionem* tunc existenti *uillico* concambium dedit & sic demum fossatum perfecit & sic de terra illa censuali, quae fere *octoginta* iugera siue geometricalium perticarum mensuras continet, singulis annis unum *fiertonem* uel quinque *solidos* iam dictis reddidit cenobitis. *Ghisnensis* comes factus *Sifridus uillicaturam* siue praepositu- ram *uillico* & suis reliquit heredibus, a quibus denuo *Ardensibus* usque ad *hodiernum diem* uillicatura siue praepositura successit dominis. Vnde & *Ardensis* instaurator ecclesiae egregius Arnoldus in quibusdam *praeuilegiis* suis & nostris inuenitur *aduocatus* uel praepositus eorum in terra uidelicet *Ghisnensium* appellatus & ob huius rei gratiam circa finem uitae apud sanctum *Bertinum* monachus effectus. Demum ibi mortuus est & sepultus.

***Sifridus comes* Ghisnensis.**

Ardensis *ecclesia &* uillicatura, *eius* aduocatus.

CAP. V.

De aedificatione CELLAE *& constructione ecclesiae apud* Scalas.

Walberti donationes.

VNde ergo est, quod (quasi interiacentem terram ab *Archis* circumquaque usque ad *Scalas*, quam uidelicet uillam cum *Auden-*

denfordio, ſicuti iam diximus, ſaepe dictus & nihilominus dicendus comes *Vualbertus* ipſis ſimiliter erogauit, ſub iam dictae conditionis dono continue habere debeant) in fine quaſi poſſeſſionis ſuae in huius rei monimento uel *munimentum* ſub honore & patrocinio patris eorum & patroni ſancti *Bertini* ſibi habitaculum & cellam non longe ab Occeani littore aedificarunt & eccleſiam. Sed quoniam ſtultorum, quorum infinitus eſt numerus, eſt, de dubiis diffinitam dare ſententiam ſuper iam dictis & minus ſufficienter definitis ſcrupuloſius inquirentibus diffiniendum illis relinquimus, qui in uenerabilis patris *Vualberti* abbatis & *comitis* confeſſionibus apud *Luxonium*, quod ipſe propter inhabitantium ſanctitatem dicit *Luxonium*, quandoque uere legerunt & ſtuduerunt. Nos autem prout Deus donauit & ex *ueri relatione* cognouimus, rerum ordinem proſequamur.

Ex aliorum narratione.

CAP. VI.

Quod GHISNENSIS *terra deſolata & a propinquioribus heredibus deſtituta in manibus* Flandrenſis *ſit contracta.*

Walbertus comes fit monachus in Sithiu.

POſtquam igitur amandae & dignae recolendae memoriae comes VVALBERTVS in *Sithiu* monaſterio monachus effectus & presbiterii ſublimatus honore apud *Burgundiae Luxonium* poſt ſanctum *Auſtaſium* eſt abbas a Deo electus & conſtitutus. Heredibus ſuis propinquioribus (de quibus noſtri

ſtri non refert propoſiti dicendum de ſingulis per ſingula, quorum tamen multorum certe nomina in coelo eſſe ſcripta non ambigimus) cum filio Vualberti *Bertino* aliquandiu conuerſantibus & ſicut ſcrupuloſius inueſtigantibus clarius patet, hinc illinc diſperſis & obeuntibus. Poſtquam *ſanctus Pharo* frater eiusdem *Walberti* epiſcopus factus poſtea *Meldenſis* & reſiduum terrae a fratre ſibi relictae iure propinquitatis ei ſucceſſit & apud *Stronas* Britannicum ſecus portum, qui ab *albedine arenae* uulgari nomine appellatur *Witſant*, ſicuti uere conteſtatur hiſtoria *Meldenſium*, monachorum conſtruxit monaſterium, quod poſtea peccatis exigentibus bellantium exercitu in perſecutione *Gurmundi* & *Hyſembardi* comminolitum eſt & euerſum funditus cum beata *Phara* uirgine ſorore ſua Deo ſpiritum reddidit, oſſa ſolo, nullis ab eo relictis liberis multorum annorum labente curriculo *Ghisnenſis* terra rectore & domino certo quaſi deſolata & deſtituta in manus *Flandrenſium* magna in parte contracta eſt. Vnde & *Audomarenſia* praedia, quae ab *Adroalto* ſancto ſunt *Audomaro* celitus commiſſa & collata & *Archarum* nihilominus praedia cum earum appendiciis a comite *Vualberto* ſancto *Bertino* pie in domino commendata & diſtributa quaſi de corpore *Flandriae* & *Ghisnenſis* terrae integritate ſeparata *Flandriae* partibus indiuiſibiliter usque hodie continua ſunt atque coniuncta. *Sperlelrentia* praedia & *Bolonienſi* comiti a *Flandrenſibus* comitibus in *feodum*

S. Pharo ***frater Walberti epiſcopus*** **Meldenſis.**

Witſant.

Ghisnenſis ***terra ſine domino a*** **Flandrenſibus** ***adquiritur***

dum data. *Olchelrensia* praedia *Audomarensi* castellano, *Minthelrensia* & *Quadhemensia* praedia in manus *Warennensis* comitis resignata & ab eo nullo adhuc praesente aut contradicente in *feodum* suscepta, aliaque perpauca a *baronibus* & *militibus* terrae ipsius similiter in *feodum* sunt accepta. Multa quoque in *ecclesiis* in elemosinam largita & ab ecclesiis precio comparata in perpetuam possessionem praeuilegiata. Alia autem omnia, quae infra *Ghisnensis* terrae ambitum continebantur, praedia quasi desolata & ab herede legitimo pro nichilo reputata usurpauit sibi & uindicauit *Flandriae* comes *Arnoldus* cognomento *magnus* uel *uetulus*. Sic enim, ut iam dictum est, & predecessores sui prius fecerant a tempore *Lidrici Flandrensis* comitis primi. Qui postquam comes *Vualbertus* seculo ualedixit & terram simul cum seculo dereliquit, *Ghisnensem* terram *Flandrensium* terrae continuauit & sibi usurpauit & in terra *Ghisnensi* in loco suo praepositum substituit. Tempore autem illo, quo saepe dictus *Flandriae* comes *Arnoldus* magnus Flandrensibus imperauit, principibus & populis misertus Dominus Deus ad se deuote clamantis *Ghisnensis* populi, tandem *Ghisnensibus* recta & hereditaria successione prodeuntem procurauit heredem.

Discerpta Ghisnensis comitatus praedia & bona.

Arnoldus Flandr. com. Ghisnensem comitatum sibi uindicans per praefectos gubernat.

CAP. VII.

Quomodo SIFRIDUS *de Dachia in* Ghisniam *uenit.*

928. ANno igitur dominicae incarnationis *nongente-*

gentesimo ferme *uigesimo octauo*, dum iam dictus *Arnoldus* magnus *Flandrensibus* imperaret & piae recordationis episcopus *Stephanus* pastoralem baculum in *Morinorum* baiularet ecclesia, uir quidam animo nobilis & genere spectabilis a saepedicti *Vualberti Pontini* quidem & *Teruannici* populi siue *sancti Pauli* atque *Ghisnarum* comitis sanguine (licet negligentibus & nobis simulantibus longa retro series uideatur, ueritatis autem genealogiam *scripto* recordantibus & uerum uerisimile adhuc in memoriam conseruantibus satis memorabile pro certo cognoscatur & teneatur) ducens originem nomine *Sifridus*, qui eo quod regi *Dachorum* plurimis seruiuit annis agnominatus est *Dachus*, uir quidem in bellicis apparatibus admodum strenuus & per totam *Dachiam*, utpote *nepos* & *cognatus* germanus regis & *colateralis* & a rege *secundus* famosissimus extitit & nominatissimus, cum diutino diutius sustinuisset & hinc illinc in auribus famae rutilante penna & uerissima scripti *genealogici* assertione de predecessore suo comite uidelicet *Vualberto* & filio eius *Bertino*, nec non & de fratre eiusdem Walberti *Pharone* & *Phara* sorore similiter eorum rei percepisset euentum & *Flandriae* comitem Arnoldum *magnum* sicuti & praedecessores suos *Ghisnensis* terrae comitatum, quem hereditaria successione ad se spectare & pertinere didicerat, iniuste sibi usurpasse & adhuc in sua ditione tenere cognouisset, relicta *Dachia* & regalis honore curiae congregatis *militibus* &

[Margin: Sifridus *Dachus in* Ghisniam *uenit*.]

[Margin: *cur dictus sit Dachus*.]

[Margin: *Hereditarias terras suas a* Flandrensibus *repetit*.]

satellitibus tam *sui generis* quam alieni terram *Ghisnensem*, utpote suam & *hereditario iure* sibi ab antecessoribus relictam & debitam & ad se iustissime pertinentem & ad haec ipsum *expectantem*, licet adhuc *siluestrem* & incultam & paucis habitatoribus habitatam, nullo habito *Pontini* aut *Teruannensis* siue *sancti Pauli* comitatus respectu properanter adiit & occupauit.

Ghisnensis *terra inculta.*

CAP. VIII.

Quomodo SIFRIDVS *apud* Ghisnas *Dunionem fecit* & fossato *duplici circumcinxit* & *firmauit.*

Sifridus *in* Ghisnensi *terra munimenta exstruit.*

ET cum praedecessorum negligentia terram uideret immunitam & hostium quorumlibet circumquaque assultibus perciperet expositam; & cum *Ghisnarum* oppidum nullius ualli aut firmitatis aggere uallatum fuisset aut munitum, in eo firmissimum munitionis aggerem *primus* eleuauit & *fossato duplici* circumcinxit & sepiuit & inconsulto *Flandriae* comite, de quo inprimis mentionem fecimus, *Arnoldo magno* totam terram *Ghisnensem* sibi, nimirum ut debuit, appropriauit & suae dominationis uindicauit arbitrio.

CAP. IX.

Quomodo ARNOLDVS magnus *aegre tulit cognito, quod Sifridus apud* Ghisnas *dominaretur.*

Arnoldus *Flandriae comes ob id iratus*

AVdiens autem *Flandriae* comes *Arnoldus magnus* siue *uetulus Sifridum Ghisnarum* praeesse dominio, admodum stomachatus

& ama-

& amaritudinis & indignationis zelo tumefactus uix impunitum patitur *Sifridum*. Sed primo accelerans nuncios eum ad *se accersiri* fecit. Susceptis igitur *Flandrensis* domini cum iocunditate & *exultatione* nunciis, Sifridus non obturatis auribus nuntiorum audiens *legationem* & *tanti principis* aliquatenus iam intelligens indignationem, uti moris est uiri sapientis, cum *prudentioribus terrae* loquitur consulens diligenter ab eis, quid facto opus sit. Collectis ergo iuxta prudentium & maioris *auctoritatis seniorum* consilium *cognatis* & *amicis* suis propinquioribus uel sibi conscius Sifridus aut timens, sed in Domino Deo & in potentia uirtutis eius semper gestans fiduciam, *Flandrensis* dominationis principem confidenter adiit imperterritus & eum in uilla *Sythiu*, ubi frequenter idem princeps conuersationem habuit, inter primos *prouinciae proceres* exultantem inuenit & ludicris intendentem. Quem ut uidit *Sifridus* & agnouit ad memoriam reuocans, quod audaces fortuna iuuat, o digne memorandam animosi uiri audaciam! audacter in medium prosiliens satis *eleganter* & *urbane submisso* ob reuerentiam principis *capite* ei ualedixit & suis. *Milites* uero simul & *Flandrensis* curiae *proceres*, quos Sifridus, ut prudens & prouidus, in suum asciuerat & praemunierat adiutorium, nichilominus & *herilis* memorati principis *comitatus* benigno fauore uirum recipientes & uenerati eius attentionem ei exhibentes studiosae cautela sedulitatis suo eum

nuncios ad Sifridum mittit,

qui uenit & in amicitiam suscipitur

intercessione Cnuti *fratris regis Dan. & aliorum,*

commendare principi satagebant. Quippe *Dachorum* regis frater quidam *Cnutus* nomine Sifridi *nepos* & cognatus germanus & amicus proximus, cui *Sifridus*, dum adhuc in *Dachia* maneret, sedulum saepius exhibuerat obsequium coram principe cum aliis astans *militibus*, cum eis opitulationem pro eo fudit ad principem, adeo ut *mitigata principis ira* & indignationis eius furore fugato dignae uenerationis uiro *Sifrido* propicium & pacificum uultum exhibuit et *apprehensa eius dextera uicem salutationis* ei rependit & suis.

CAP. X.

Quod facti sunt amici ARNOLDUS *magnus* & Sifridus.

& uasallus fit Flandriae *comiti.* Hominium.

FActi sunt itaque sub illa die amici & *Sifridus Flandrensium* principi super *Ghisnensis* terrae dominio debita *cum reuerentia primus* praestitit *hominium* adeptusque est tantam eius gratiam, quod ab eo in *socium* detentus *honoris* & *familiaris* eius est effectus & *domesticus*. Et quoniam consilio discretus erat, prudentia clarus, largitate perfusus & in uniuersa morum honestate perspicuus in tota *curia Flandrensi* post primum & re & nomine annumeratus est secundus. Tandem *reuerendissimo Flandriae* comite Arnoldo magno de medio facto, remansit *Sifridus* cum *Balduino* filio eius. Et quia pater eius eum feruenti dilexerat amore & in multis & prae multis honorauerat, ipsum ampliori uenerabatur dilectione, ardentiori diligebat affectu.

CAP.

CAP. XI.

Quomodo SIFRIDVS *impregnauit* Estrudem *&* *apud Ghisnas mortuus est.*

HAbuit iam dictus comes *Balduinus* mirae pulchritudinis sororem a *Balduini ferrei* quondam uxore *Elstruda* nominatam *Elstrudam*, cuius Sifridus nimio languebat amore, cui post multa amoris colloquia furtiuaque ardoris oblectamenta demum *nolenti uelle*, immo *nolle uolenti* sine ui ludendo uim intulit & eam clanculo impraegnauit. Ita autem in propatulo habita & manifestata *Sifridus* sibi metuens & comitem & *dominum* praestolari non audens in patriam reuersus est & *Ghisnas* usque peruenit. Vbi aliquamdiu morbo languens occulto & intemperato eius, quam reliquerat, amore *alterum Andream* exhibens *Parisiensem* miserabili morte defunctus est. *Balduinus* quoque *Flandriae* comes *dominus* eius paucis interiectis diebus concepto *uariole* morbo mortuus est & apud sanctum *Bertinum* sepultus est. Hic siquidem Balduinus heredem reliquit *Flandriae* comitem *Arnoldum*, qui pater fuit *Balduini barbati* a filia *Hermanni* Saxoniae ducis *Mathilde* conceptum & progenitum.

Sifridi furtiui amores cum Elstruda com Flandr. Balduini sorore qua grauida effecta aufugit & tandem moritur.

CAP. XII.

Quomodo ARNOLDVS *Balduini filius curam egit amitae suae* Elstrudis *& filii eius* *&* Sifridi Ardolphi *& quomodo ei totam* Bredenardam *in* filiolagium *contulit.*

HIc ergo *Arnoldus* adhuc adolescens cum

Ghisnensis terra Flandriae comiti per mortem Sifridi aperta. Arnoldus com. Flan. amitae Elstrudis *filium* Ardolphum *amat militem & comitem Ghisnensem facit.*

cognouisset *amitam* suam *Elstrudem* esse impraegnatam & *Sifridum Ghisnensem miserabili morte* defunctum terram *Ghisnensem* occupauit & amitae suae *Elstrudis* compatiens curam eius egit. Peperit autem *Elstrudis* filium, quem *Arnoldus Flandriae* comes de fonte leuauit & nomen ei *Ardolphum* indidit & imposuit eiusque omnimode curam egit & matris. Creuit itaque puer & in *praesagium futuri* Ardolphus appellatus est *Ghisnensis*. Factus igitur adolescens Ardolphus & in robur accelerans uirile matre eius iam defuncta in amorem *Flandrensis* comitis *Arnoldi* cognati sui germani & patrini in tantum excreuit, quod eum *militaribus implicans sacramentis militem* fecit & comitem *Ghisnensem* sustinuit insuper & terram eius ampliauit & fines eius dilatauit.

CAP. XIII.

Descriptio BREDENARDAE.

Bredenarda *unde nomen habeat?*

FVit enim diebus illis locus quidam *pascuus* amplus admodum & latus inter flumen, quod dicitur *Vonna* ab orientali plaga, & *Neleios* uel *Nileios fontes* ab occidentali, & inter flumen, quod *Areueris*, id est, *amoenitatis* effectu uel a rei *uerreueria* nuncupatur, a meridie usque in oppositam *marisci* partem spaciosi ad Aquilonem longe lateque diffusus & extensus, pecoribus & armentis nutriendis propter herbarum fertilitatem circummanentibus, licet adhuc paucis, admodum necessarius. Haec siquidem terra a *latitudine pasturae* uulgo *Bredenarda* dicta est, raro frequentata habitatore paucis uel

uel nullis adhuc exculta colonis. Hanc igitur terram memorandus *Flandriae* comes *Arnoldus*, ut iam diximus, pater *Balduini barbati* ad honoris sui & nepotis augmentum & ad *Ghisnensis terrae* fines *dilatandos* in *feodi* quoque *crementum* cognato suo germano & *filiolo libere* possidendam et in perpetuum *haereditario iure* tenendam contulit *Ardolpho*.

Ardolpho hereditario iure donatur.

CAP. XIV.

Quomodo ARDOLPHVS *Boloniensis comitis* Ermiculi *filiam* Mathildem *duxit uxorem.*

ARdolphus igitur post aliquot dierum spacium flagrans *hereditatis* desiderio accepta a *domino* cognato & patrino *Flandriae* comite *Arnoldo* licentia in patriam suam ad *Ghisnensium* partes se transtulit, ubi aliquantisper cum *libere* dominaretur & tranquillae securitatis pace gloriaretur, famosissimi *Boloniae* comitis *Ermiculi* filiam *Mathildem* duxit uxorem.

Ardolphi *uxor comes* Boloniensis.

CAP. XV.

Confutatio eorum, qui dicunt, quod ERMICVLVS *tribus filiis suis terram suam diuiserit.*

NEc enim audiendi sunt illi, qui somniando dictitant, quod ille, quem iam *Boloniae* comitem nominauimus *Ermiculum*, qui apud sanctum *Vulmarum* de *nemore* uel de *siluiaco Ermildus* nominatus cum duobus filiis suis *Ernulpho* uidelicet & *Eustacio* in eodem loco sepultus esse dicitur, unquam terram

ERMICVLVS Boloniae *comes an inter filios suos distribuerit terras suas disquiritur*

& confutatur. Boloniae comitatus Flandriae subiectus.

terram *Boloniensem* & *sancti Pauli* atque *Ghisnensem* simul in eodem tempore tenuisset & quod pro qualitate affectionum *trium filiorum* suorum & studio terram *portionaliter* iuxta studii & affectionum ipsorum conuenientiam competentem ipsis distribuisset. *Ghisnensium* enim terra circumspectis, lectis & relectis omnibus tam *Flandriae* quam *Boloniae chronicis*, si qua sunt, *autenticis*, auditis etiam & intellectis plurimorum narrationibus antiquorum & fabulis nunquam & nusquam *Boloniensis* terrae portio uel *appendicium* inuenitur & auditur, sed *Flandrensis* dignitatis ditioni post comitem *Vualbertum* totaliter inclinata & subiecta. Si autem queratur, unde huius opinionis surculus diu sopitus demum in populo uentilatus surrepserit & emanauerit, dicimus, quod a quodam uero quoddam uerisimile simplicibus & facile credentibus prodiit & in fabulam subiit. A uerissimo enim rei euentu commutatum est a *Boloniensibus*, immo commentatum ad suae consolationis & delectationis fabulam. Sicuti enim in *ueterum annalibus* legimus & a *grandeuis* patribus quandoque audiuimus multorum annorum labente curriculo, postquam piae recordationis & colendae memoriae comes, de quo iam dicimus, *Vualbertus*, qui *Pontini* & *sancti Pauli Ghisnensiumque* praeerat & *principabatur* terrae iacta secundum Dei uoluntatem in terris dispensatione, carnis debitum soluit, fuit quidam de *nobilissimo Francorum oriundus genere* in *Pontino* praepotens comes nomine *Willermus*,

Origo fabulae confutatae.

Willermus comes ex nobilissimo Francorum genere

mus, qui cum *uirtute corporis* non minus, quam *nobilitatis* gloria famosissimus existeret & longe lateque admodum polleret & fama personaret, cumque sibi sua non sufficerent, sed in adiacentia multa ui & fortitudine manus extenderet & *Boloniensium* uastitatem suis subiugauit & continuauit interstitiis. Qui etiam, cum ex *ueterum relatione* cognouisset, quod *antiquus praedecessor* suus comes *Vualbertus* olim tantae uirtutis extitisset, quod usque ad *mare occidentale* siue *iuste* siue *iniuste* suae dominationis extendisset & exercuisset potentiam pridem concepit & quoad ipse potuit suae satisfecit & obtemperauit uoluntati. Hic siquidem *Willermus*, cum quatuor haberet filios, *primogenito* omne, quod circa *militiam* in *equis* & *armis* glorioso iocundaretur affectu, utpote *digniori*, digniorem & excellentiorem suae dominationis partem, quae nunc *Pontinorum* terra nuncupatur, distribuit; *Secundo* uero eo, quod *uenatoriae* occupationis studiis applicuisset animum & nihil sine canibus iocundum esse assereret aut delectabile, *nemorosos* terrarum saltus, qui nunc *Boloniensis* terra dicuntur, *feodalem* contulit donationem; *Tertio* autem, quia circa *agriculturam* & in frumentis colligendis & seruandis curiosus existebat, *Teruannensium* fines, qui usque hodie *sancti Pauli* uocantur comitatus, in *feodum* dedit perpetuum; *Quarto* etiam nichilominus eo, quod in *armentis* & pecoribus nutriendis totam perfunderet intentionem, terram in parte *mon-*

Diuidit terras inter filios primogeniturae *ius obseruans* 1) Pontinum. 2) Boloniam, 3) Teruanensem, 4) Ghisnensem *terram distribuit respiciens insuper ad cuiusque filii inclinationem.*

monticulosam & *rapeis* & *bosculis* obsitam, agros etiam pascuos, *gurgitosam marisci* planitiem, quae nunc temporis *Ghisnensis* terra nominatur, cum se daturum dispo suisset, audiens *Sifridum* a generoso comitis *Vualberti* sanguine prodeuntem de *Dachia* nuper aduenisse & *Ghisnensium* fines ipso ignorantiam simulante in manu forti uiriliter & iuste obtinere, sibi timuit & mutato sapienter consilio *Sifridum* in pace sub *Flandrensis* comitis *Arnoldi* magni protectione permittens *filio* suo uidelicet *quarto* filiam *Reinaldi* de *sancto Walario* desponsauit uxorem. Haec igitur de *ueterum annalibus*, non de opinione *uulgali* contra *Bolonienses* dicta sufficiant.

CAP. XVI.

Quomodo RADVLPHVS *natus est* & Ghisnensis *comes factus.*

Iuncta igitur *Ghisnensi* comiti *Ardolpho Boloniensis* comitis *Ermiculi* filia Mathildis concepit & peperit ei filios *Radulphum* & *Rogerum*. Quorum prior natu *Radulphus*, *Ardolpho* iam defuncto, *Ghisnensis* terrae factus est comes; *iunior* uero, antequam pubesceret, iuuenis defunctus est. Radulphus igitur *Ghisnensis* comes factus & fastuosam tam *Flandrensis* quam *Boloniensis* gerens nobilitatis *superscriptionem* animosus extitit, acer & bellicosus. Quippe cum a *Flandrensibus*, qui ab *imperatoriae* nobilitatis sanguine, a *regibus* quoque & *ducibus* descenderunt & originem duxerunt, & a *Boloniensibus*, quorum auctor cum non *phantastici*, sed ueri & diuini ducatu celitus aduectus, *Bolonien-*

Regia origo Flandrensium.

niensibus generosae propaginis & diuinae nobilitatis originem indidit, diuinae sic & humanae generationis stemmate polleret, *gladiaturam* pomposi nominis heres & *geniturae* ob natiuitatis insigne praeconium cum extollentiae fastu in longis & remotis terrarum tractibus & finibus sub *nobilibus* regibus & principibus *oportune* & *importune* studiose, diligenter, immo ardenter exercuit.

CAP. XVII.

Quomodo RADOLPHVS *duxit* Rosellam *filiam comitis* sancti Pauli *&* *ex ea scilicet Rosella genuit* Eustacium.

DVxit autem *Radulphus* iste filiam comitis *sancti Pauli* militis strenuissimi *Hugonis* a *roscido* odore uel a *roseo* colore nominatam *Rosellam*, ex qua suscepit *nobilem uirum* *Eustacium* aliosque in bellicis armis & apparatibus patris non degeneres filios & uenustae faciei & laudatissimae formae filias. De quibus fastidium uitantes & dispendium nostri non refert propositi, nec locus est dicendi singulariter per singula de singulis. Enim uero cum de eis nichil dicere proposuimus, pennam substrahimus, ut *morosius* *Eustacio* primogenito scriptoria penna obseruiamus.

Hugo S. Pauli comes, eius filia Rosella *nupta* Radulpho, *unde nomen acceperit.* *Eustatius primogenitus Radolphi filius.*

CAP. XVIII.

Quomodo RADOLPHVS *populo suo iniuriosus & odiosus nimis prodigaliter uiuens per increpationes eorum non natura, sed miserabili morte defunctus est.*

Hoc

Radulphi comitis durum & despoticum regimen in subditos.

HOc addito de RADVLPHO, quod tam profluae prodigalitatis nota perfusus dicebatur, ut ei, quod habebat, sufficere non posset. Vnde, cum ei non sufficeret, de suo, quod suis distribuere ualeret commilitonibus, in subiectos nimirum ultra modum iniustas exactiones faciendo, iniuste calumniando, ui opprimendo & plerumque rapiendo saeuiebat; factum est in una dierum, ut ad *execrabiles nundinas*, quas *tornamenta* uocant, properaret in *Franciam*. Et ueniens ad *montem iniqui* uel *fullonis* uel etiam *Philonis*, qui uulgo *Monfelon* dicitur, iuxta *Surcas* inuenit maximam pastorum multitudinem propter pasturae amplitudinem ibi congregatam. Vbi cum dissimularet suos & se ipsum *ficto uerborum idiomate*, ne ab eis agnosceretur, auerso uultu transfiguraret, *heu*, inquit, *pastores* (non praemisso uale) *quid dicitur de comite Ghisnensi, si ualet, ubi est aut quo tendit?* Pastores uero, ut erant nimiae simplicitatis, ratione & sermone tenues, *nodum in scirpo non querentes*, sed rationem ex affectu animi cum responso confundentes dixerunt: *O mortiferum terrae suae uirum, qui dum Herculi, Hectori uel Achilli coequari nititur, excoriando & torquendo suos & flagellando saeuit in suos, & cum non ignoraret debellare superbos misere nouit parcere subiectis miseris. Quomodo enim ei terrae hoc tantillum sufficere posset, cui totus non sufficeret mundus. Ecce iam recessit, ut aiunt, a loco suo & in Franciam ire parat, ut suam dilatet famam, suum gentibus innotescat nomen & ma-*

Tornamenta odiosa. *Colloquii Radulphi cum pastoribus narratio.*

qui uera dicunt quaerenti comiti.

& magnificet. Sed utinam, antequam reuertatur, in profundum aquae Secanae uel Ligeris demergatur uel occulto bello uel telo oculi eius eruantur, ne ad nos amplius redire queat puniendos, uel etiam alicuius Quirini hasta perforentur uiscera eius, ut effundatur sanguis eius noxius & in abissos inferni defluat. Hoc idem omnes conclamant socii uocemque loquuntur eandem, *Annuat*, & dicunt, *precibus Rhamnusia nostris.* Quòd cum audisset comes stomachatus admodum murmurando recessit. Cum ergo uentum est ad locum *gladiaturae* uel *tornamenti*, iusto Dei iudicio actum est, ut in primo belli concursu accepto in umbilico uulnere, comes de uita periclitaretur. Cum autem inter *sagittarios* quasi mortuus deportaretur, ueniens ab opposito sagitta dextrum eius perforauit oculum, & praeualuerunt in oppositam sagittarii partem & *semiuiuum* apprehendentes comitem eum despoliauerunt & plagis impositis in praeterfluentis *Secanae* alueum nulla moti misericordia immisericorditer praecipitauerunt, ubi ulterius nusquam comparuit. Sic plerumque fit, ut iusto Dei iudicio exigente iniusti, Iniuriosi indignationem Dei & populi maledictionem meritis suis exigentibus consequentes in matura morte de uita (licet inuiti) periclitantur. Audiens igitur *Eustacius* patrem suum *Rudolphum* miseranda & inopinata morte uitam exalasse, fremuit spiritu. Sed circa doloris affluentiam modificationis induens temperantiam, omni dilatione postposita,

Radulphus in torneamenta uulneratus

in Sequanam fluuium proiicitur.

posita, in *Franciam* properauit & circumquamque partem quesiuit. Sed, cum eum nullatenus inuenire potuisset, *repatriauit*. Et accepta de morte patris consolatione & dolore prudenter aliquantulum mitigato in *Flandriam* usque maturauit & *hominio Flandriae principi Balduino uidelicet barbato cum reuerentia rite exhibito*, *in patriam remeauit.*

Eustatius homagium praestat comiti Flandriae.

CAP. XIX.

Quomodo EVSTACIVS *comes factus mitissimus in populo suo apparuit & fuit.*

FActus igitur comes *Ghisnensis Eustacius* est, patris ingenui dictus non degener heres, *excepto*, quod in populo suo per omnia mitissimus apparuit & quod per amplius & perfectius, quantum iustitiae rigor & *rectitudo* permisit, studuit *parcere subiectis & debelare superbos.* Hic siquidem *Eustacius* tam benignus, tam patiens & beneuolus dictus est inter suos extitisse, quod quodam futuri praesagio hoc nomen *Eustacius* ei inditum esse credebatur, eo, quod *semper* & *ubique stare* diceretur in *bono*. Vnde & sui ei saepius applaudentes dicere solebant: *ex re nomen habes*, *uiuas comes hic & in aeternum, sic bonus esto tuis*, ne sicut patrem tuum quandoque te mala damna sequantur & per imprecationes subditorum corporis detrimentum & animae periculum sustineas. Vnde & quandoque inter prandendum in solemnibus *sanctae incarnationis* Christi Domini *nataliciis* apud *Ghisnas* consulta intentione mortem *Boloniensis* comitis *Regemari* ipsum ad memoriam reuocare monebant.

Eius laudabile regimen

applausus subditorum bene precantium.

Ille

Ille uero, ut erat benignus & erga suos pie omnimode gestans uiscera, nullam commotus in iram diligenter, quasi ignarus & scienter nescius, sciscitabatur ab eis, quisnam fuisset ille, de quo loquerentur, *Regemarus* & qualiter occubuit. Consurgens igitur senex quidam in medium & manu indicens silentium, facto silentio, dixit: *Pace tua loquor, o comitum mitissime! nec te moueat & tamen moneat, si in eo, de quo loqui incipio, Regemaro quandoque patrem tuum* transsumptiue *intelligas.*

CAP. XX.

De REGEMARO *comite* Bolonie.

REgemarus igitur *Boloniae* comes extitit, qui in suos ultra morem *saeuiens nobiles* terrae suae *uiros*, quantum poterat & audebat, quasi sub pedibus conculcans deprimendo despiciebat, *ignobiles*, proh pudor! *conuerso* laudandi moris ordine uenerabatur, exaltauit & ad honores usque prouexit. Audiens quandoque, sed male cum *iudaeis* ad litteram intelligens, deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. Regiae tamen potestati totus inclinatus cum superioribus extra terram largitate diffusus, apparuit & munificus, in patria uero cum subiectis & minoribus auaritiae aestibus pollebat & arefiebat. Hic rapiebat, illic *falliabat* aut rebus expolliabat, isti iniuriosam obiiciebat calumniam, illi sine spe redeundi exulare praecipiebat, istum squalori carceris mancipauit illum *furcarum* afflixit & affixit *patibulo*, in milites efferus & amaricosus,

Historiola de Regemaro quodam Boloniae *comite crudeli & duro in subditos suos.*

ſus, in ciues acerbus & contentioſus, in familiares truculentus & tirannus, in ſeruientes quaſi ſuper *abſtractis* inſidioſus. Vnde & timentes eum ultra modum quaſi Sathanam de celo iuſtitiae cadentem & deficientem ſeruientes, nimirum & ipſi in populos ſaeuientes cum tirannicis praeceptis mallent obedire, quam iuri intendentes iudicium facere, hic *Boloniae* uerberatur; hic apud *Deunas* collaphizatur; hic apud *Caleiſiaçum* ab eccleſia raptus membratim diſcerpitur & *genitalibus abſciſſis* ad modum *ludi pilae* a puellulis & mulieribus ludificatur; hic apud *Mercuricum* non ſuccurrentibus *Oianis* proximorum gladiis occubuit; illic incuſatores more porcelli ad macellum morte afficiuntur. Vnde in furorem conuerſus omnem accendit iram *Regimarus* & *Bolonienſes* exoſos habuit & odio iniquo perſequitur; *Calaiſiacenſibus* oneroſum pondus imponit, ut uidelicet in perpetuum exulent, uel ei ſuper infinita pecunia, qualemcumque pacem componant; *Mercuricios* plectitur; *Collumbaribus* onerat & in *Hardrei* locum incarcerat; *Ganapenſium* domos graui incendio deſtruit & deuaſtat; *Chaiotenſibus* probriis & contumeliis inſultat & eos taedio & langore laceſſit; *Adrenſes* prae omnibus & per omnia infeſtat, afficit & affligit & quaſi de iure terram comitum, iniquiſſimus, licet in militia ſtrenuiſſimus non poſſideret, in *praenoſticum* futuri alicuius uidelicet aliunde aduentantis & aduolantis comitis ſuis haec ſubditis & populis & ſimilia & intolerabilia

rabilia mala & damna, *trepidantibus uicinis* & *circummanentibus* populis irrogabat.

CAP. XXI.

Quomodo REGEMARVS *Odrensem Henfridum interfecit.*

VT igitur in omnibus furoris truculentiae faciem daret, ut etiam uitae suae terminum non pro merite *hominis sui* mortis *inferentia* coangustaret, impetu quodam amaricati animi inebriatus barbarico in necem *Odrensis Henfridi*, in quo caput omnium & *principatus Odrensium* consistebat, grassatur. Excogitata igitur & inuenta mortis causa arrepto tempore & loco *Henfridum* truncato capite diminuit & morte inopinata trucidat. Manifestato autem opere nefandissimo & palam facto uerbo: uxor eius muliebri sexui uirilem interserens animum, uiro interfecto *interulam* siue *camisiam* uirulentam & sanguinolentam, o uirtutis foeminam! uiriliter detraxit & eam non sine animi commotione ad tempus reseruauit et *filiis suis* non sine *amaricati* gutturis singultibus ad uindicandi patris instigationem eam saepius ostentans ipsos ad ulciscendum patrem prouocauit et animauit. Sed quoniam nulla potentia longa est, factum est in una dierum, ut *Reghemarus* appropinquante die mortis suae diuina urgente ultione *uenatorio* deditus studio cum uenatoribus et canibus *Boloniae forestam* iuxta *Malringhehen* incautus ingrederetur, cum *Odrensium* mater, o ineffabilis fatorum series et dispositio! eadem uia forte pertransiens comitem uidit et inuidit. Et cal-

Continuatio fabulae

Henfridus Odrensis a Regemaro interfectus.

Malringheben.

calcaribus, ut, quod desiderabat, expletum redderet, urgens equos, citius, quam credi potest, domum usque peruenit & inuentis ad nutum et uotum eius filiis simul et *Caiocensibus*, eiulatu et planctu lacrimabili totam commouit domum et familiam & nullam passa moram uiri sui *camisiam* filiis et *familiaribus* suis ostendens rei euentum de comite et locum, ubi cum aliquantis uenaretur, insinuauit et ipsos, quantacunque potuit instigatione, ad ulciscendum patrem irritauit.

CAP. XXII.

Quomodo ODRENSES *Reghemarum interfecerunt.*

Odrenses ulciscuntur mortem domini sui occidendo Regemarum.

INsurgentes igitur *Odrenses Caiocensibus* sibi associatis, quia et causa eorum communis cum eis erat similiter et priuata, saltus hinc nemoris et inde pertranseunt et comitem circumquaque quesitum et demum inuentum et usque *Petreiam* uel *petrarum quadraturam marchisio* persequentes et tandem consequentes et comprehendentes ui superant et uoto suo *faciem* dantes gladiis enecant et uenatoribus nimirum uociferantibus et canibus simul oblatrantibus quasi ceruum enecatum et membratim discerptum relinquunt.

Finis fabulae.

Hic dictis metuunt comitemque tuentur
Inque uicem referunt, satis in haec fabula nota.
Sicque tacere senex nutu signisque iubetur
atque audit, satis est, digito compesce labellum.

Postquam igitur senex moralem rei euentum de comite *Reghemaro*, comitem pruden-

denter et sufficienter edocuerat et proceres, comes gestae rei non surdus auditor in paucis seni applaudens respondit et dixit:

Viue precor uenerande senex, tua seria captant,
moralem messem morali falce secari.
Viuat in aeternum Reghemarus, *uiuat & ipse,*
qui me progenuit, Christo conregnet uterque.

Eustacii responsio benigna ad narrationem a sene quodam factam.

Ego autem cui Reghemarum meo opponis et innuis in patre intelligendum Christo Domino mihi fauente et propicio in meos saeuiendo uel in extraneos unquam similem mortem promeruisse memorabor in posteros. His dictis comes non sine uerbi nota subticuit. De uirtute igitur in uirtutem *giganteis*, ut ita dicam, passibus procedens *Eustacius* bonum sibi nomen et famosum tam in remotis, quam uicinis terrae partibus acquisiuit.

CAP. XXIII.

Quomodo EVSTACIVS *duxit* Susannam *filiam* camerarii *Flandriae.*

Sigerus *de* Gherminiis *Flandriae camerarius, cuius filiam Eustatius ducit in uxorem, qui filiorum suorum egregiam educandorum curam habet.*

DVxit autem in uxorem *Flandriae camerarii nobilissimi Sigeri* de *Gherminiis* filiam nomine *Susannam*, quae concepit & peperit ei *Balduinum*, *Willelmum* & *Reinelinum*, *Adelam* & *Beatricem*, quos omnes *liberalibus literarum studiis* adprime imbuendos tradidit pater eorum *Eustacius*, filios autem militaribus elementis inter primos *Flandriae* iuuenes erudiuit & ad unguem ex oceri procurauit. Cui quum uir sangu[...]um nullatenus erat aut dolosus non dimidiauit Deus dies eius & quia annos aeternos in mente semper habuit, processit in diebus

 suis

ſuis & plenus dierum carnis debitum ſoluens matura morte uitam finiuit.

CAP. XXIV.

Quomodo mortuo EVSTACHIO *ſucceſſit* Balduinus.

Succeſſor Euſtatii Balduinus

MOrtuo autem *Euſtachio* ſucceſſit in *Ghisnenſis* terrae comitatum filius eius piae recordationis *Balduinus*, miles quidem ſtrenuiſſimus & in omni morum probitate praeclarus. Qui quamuis milites miro uenerabatur affectu; circa militiam tamen prudens fuit & modeſtus. Miles enim ipſe circa milites ſuos & ſubiectos nullo dominationis ſupercilio ſe extollendo efferebatur, ſed ut parem ſe ipſis in miniſtrando ſociumque coaequauit, orphanorum quidem conſolator, uiduarum tribulationibus prius adiutor, nichil a ſubditis, militibus uel plebe, niſi quod de iure habere debuit, exegit aut uiolenter extorſit. Eccleſiaſticis uero & religioſis uiris cum omni diligentia totius praeſtitit uenerationis obſequium & aſſidua protectione & defenſione muniuit. Qui utpote *literarum* eruditus *apicibus* eo deuotius atque feruentius Deo ſedulum exhibuit obſequium, quo frequentius in *ſacris ſcripturis* lectitando a pio & *chriſtianiſſimo patre* bonae indolis diſciplinatius intellexerat & acceperat documentum. Nimirum in *atriolo* pectoris ſui ſagaciter reſeruauit, quod a pii patris ſui uiſceribus olim *diſciplinabiliter* ſuxit.

itidem laudatur

doctus uir.

CAP.

CAP. XXV.

Quomodo BALDVINVS *duxit* Lothariensis Florentini *filiam Adelam nuncupatam* Christianam *& ex ea genuit filios & filias.*

DVxit autem in uxorem summi & incomparabilis uiri *Lothariae* & *militiae* ducis florigeri *Florentini* filiam *Adelam* propria appellatione uocatam, sed non sine altioris rei misterio, ob meritorum uidelicet insignia & mirifica uirtutum magnalia suppressa appellatione propria certiore uocabulo *Christianam* nuncupatam. Decuit namque & diuini muneris actum esse credimus largitate, ut christianissimis oriunda natalibus ecclesiastici *federis* mercimonio christianissimo copularetur uiro *Adela* & re & nomine, ut dictum est, dicta *christiana*. Ex qua suscepit iamdictus & nichilominus digne dicendus & nominandus *Balduinus* famosissimae nobilitatis sobolem *Robertum* uidelicet, qui, ut tunc temporis erat, sed suppressa uocationis proprietate *inualescente* usus assuetudine dictus est *Manasses*, postea *Ghisnensis* comes; *Fulconem* in terra promissionis comitem apud *Baruth* ibique demum sepultum; *Guidonem* comitem de *Forois*, sed in *Andria* sepultum; *Hugonem Morinensis* ecclesiae archidiaconum sed postea militem & in *Andria* similiter sepultum; *Adelidem* quoque *Samurensem* & *Ghislam* Gandauensem. Quarum prima *Adelidis* uidelicet *Parisiensis* episcopi *Guiffridi Boloniensis* comitis, *Eustacii*

Vxor eius & filii

cur uocata Adela Christiana.

fratris, cuius erat cognata & consanguinea, opitulatu *Samurensi domino Galfrido,* qui ob insigne probitatis praeconium in tota *Burgundia brachata* uidelicet *comata* & *manuleata* longe lateque quasi sol emicuit, legitimo coniuncta est matrimonio. De qua genuit *Galfridum* patris non degenerem filium totius *Burgundiae* militem strenuissimum aliosque filios & filias, de quibus iam nihil scribere proposuimus, ne liuoris obtrectatione nobis aliquid de aliquo *aemuli* immurmurent *Samurenses, Samurensibus* scriptoribus, si quid expedit, scribendi calamum accommodamus. *Ghislam* uero postea uxorem habuit uiris & uiribus uir inclitus & genere *Gandauensis* oppidi *castellanus* nomine *Vuinemarus.* Qui ex ea genuit primogenitum, ad quem tendimus, de quo grandis sermo, *Arnoldum*, *Vuinemarum* quoque & *Sigerum* & *Balduinum* sancti Petri Gandauensis primo *monachum*, postea *militem* & demum *a Lisbrensibus* dum militem quendam protegeret & de morte liberare intenderet, miserabili & inopinata morte enecatum & unam filiam nomine *Margaretam*, quae post nupsit G*andauensi militi Stepponi.*

Galfridus *dominus Samurensis.*

Burgundiae diuisio in braccatam, comatam & manuleatam.

Vuinemarus Gandauensis castellanus eiusque liberi.

CAP. XXVI.

Quod BALDVINVS *proposuit aliquod aedificare monasterium.*

BAlduinus igitur *Ghisnensis* comes, ut nostri nihil ei desit officii, oculis ac manibus in coelum semper intentus circa ecclesias aut circa religiosorum monasteria totum suspendit animum *pernoxque* in orationibus, in

Balduinus com. Ghisnensis

in uigiliis & ieiuniis et in *caritate non ficta* et in elemosinarum distributionibus totus desudauit & deuotus. Prosperatus igitur in lege Domini tempore messis fructum iustitiae percipere coepit in tempore suo. Vnde & de die in die uirtutum insignis titulo diuino (ut dignum erat) afflatus spiritu, magis coelestia quam terrena capescebat desideria. Inter cetera tamen pietatis opera se foelicem & Deo proximum fore arbitrans & existimans, si infra terram suam ecclesiam Dei fabricare & *uirorum Dei* habitacula construere & aedificare in uita sua sufficeret; Ad huius ergo desiderii & uoti Deo cari & deuoti excitationem & perfectionem dominus Deus suorum non immemor ubique famulantium occasionem obtulit & piae deuotionis exacuit stimulum & affectus accendit incrementum.

laudatur ob pietatem & munificentiam in clericos.

CAP. XXVII.

Quod RICHILDIS Flandriam *in seruitutem redigere uoluit.*

AVdiuit etenim & aure non surda suscepit, quod *Richildis Montensis* comitis filia & *Flandriae* comitissa inconsueta & inaudita & indebita a *Flandrensibus* praesumeret exigere tributa. A quolibet enim *ostio*, & *tecto* nihilominus *sine culcitra quatuor denarios* per uniuersas *Flandriae* partes turpiter & proterue & irreuerenter exigebat. Et cum *Ghisnas* eadem sub intentione penetraret, pius & prudens prudenter sustinuit *Balduinus*, donec saepe & saepius uocato & demum in *Flandriam* aduentante comite incli-

Richildis *com. Montensis nouas tributi species excogitat*

eius praelium cum Roberto *ad montem* Wonberg, *ubi magici artibus utitur;*

inclito *Roberto Frisone* relictis in pace & securitate libera *Ghisnensibus*, in *Flandriam* repedauit Richildis. Cui occurrens cum omni exercitu suo comes *Robertus* impetum fecit in illum iuxta montem *Vuouhe*, qui uulgali nomine dictus est *Vuombergh*, monti adiacens *Casletensi*. Vbi cum *puluerem incantatum* super comitem *Robertum* & eius exercitum manu proiecisset sacrilega mutato ad nutum Dei uento, puluis in ipsam recidit *Richildem* & suos.

CAP. XXVIII.

Quod deuicta RICHILDE *comes* Robertus Watiniensem *fundauit ecclesiam* & Casletensem.

nihilominus uincitur amisso filio.

Richildis igitur Dei nutu se causae succumbere & bello uictam iam se esse intelligens & respiciens locum dedit comiti, sicque deuicta & bello exsuperata interfecto ibi filio suo *Arnoldo*, qui ante maius altare in ecclesia sancti *Audomari* apud *Sythiu* sepultus est in *Hainonia* non sine *multa strage* suorum, a *Flandria* turpiter abscessit & in *Flandriam* ultra nunquam comparuit. Ob cuius facti *mentoriam* & memoriam comes *Robertus* adepto totius *Flandriae* principatu in honorem beatissimae semperque uirginis Mariae *Vuatiniensem* fabrefecit ecclesiam & *triginta regulariter uiuentium canonicorum* deseruiri instituit obsequio. Nec contentus eo quoniam quidem in die, qua sancti Petri apostolorum principis solennis habetur *cathedra* meritis & intercessione eiusdem apostolo-

Robertus *obtinet Flandriam, fundat* Vuatiniensem *ecclesiam*

apostolorum principis, cui se & suos ipso die *conflictus* & belli commendauerat diuina semper praeeunte gratia de *Richilde* uictoriosum diem exaltauerat, in *parochia* sanctae Mariae uirginis apud *Casletum* in eminentiori montis excelsi crepidine infra muros castelli & firmitatis eiusdem loci, in honorem apostolorum principis sancti Petri fabricauit & fundauit ecclesiam & *uiginti clericorum* siue *canonicorum secularium* frequentari procurauit obsequio. *& ecclesiam S. Petri.*

CAP. XXIX.

Quomodo comes BALDVINVS *&* Lileriensis Ingelramus *peregre profecti sunt apud sanctum Iacobum.*

INtelligens autem timoratus Dei famulus comes *Ghisnensis Balduinus* & diuinum accipiens responsum super diuinis & diuine memorandis *Flandrensis* comitis *Roberti* operibus, de libertatis uidelicet *Flandriae* acquisitione & ecclesiarum, quo ampliori augebatur desiderio, restauratione, coepit cogitare, qualiter & ubi competentius & opportunius *coenobialem* restaurare posset ecclesiam. Interea simillimo piae deuotionis ardentem desiderio sanctae *peregrinationis* sibi *confoederauit* socium & collegam *Engelrammum Lileriensis castri dominum* & peregre proficiscens *uir Dei* ad *sanctum Iacobum* non euentu fortuito, sed diuino ductus uaticinio ad sancti saluatoris *Carofensis* deuenit monasterium. Vbi paruam moram faciens eiusdem monasterii *abbati Petro* uidelicet *Engelrammus Lileriensis castri dominus.* *Monasterium Carofense.*

ſus, in ciues acerbus & contentioſus, in familiares truculentus & tirannus, in ſeruientes quaſi ſuper *abſtractis* inſidioſus. Vnde & timentes eum ultra modum quaſi Sathanam de celo iuſtitiae cadentem & deficientem ſeruientes, nimirum & ipſi in populos ſaeuientes cum tirannicis praeceptis mallent obedire, quam iuri intendentes iudicium facere, hic *Boloniae* uerberatur; hic apud *Deunas* collaphizatur; hic apud *Caleiſiaçum* ab eccleſia raptus membratim diſcerpitur & *genitalibus abſciſſis* ad modum *ludi pilae* a puellulis & mulieribus ludificatur; hic apud *Mercuricum* non ſuccurrentibus *Oianis* proximorum gladiis occubuit; illic incuſatores more porcelli ad macellum morte afficiuntur. Vnde in furorem conuerſus omnem accendit iram *Regimarus* & *Bolonienſes* exoſos habuit & odio iniquo perſequitur; *Calaiſiacenſibus* oneroſum pondus imponit, ut uidelicet in perpetuum exulent, uel ei ſuper infinita pecunia, qualemcumque pacem componant; *Mercuricios* plectitur; *Collumbaribus* onerat & in *Hardrei* locum incarcerat; *Ganapenſium* domos graui incendio deſtruit & deuaſtat; *Chaiotenſibus* probriis & contumeliis inſultat & eos taedio & langore laceſſit; *Adrenſes* prae omnibus & per omnia infeſtat, afficit & affligit & quaſi de iure terram comitum, iniquiſſimus, licet in militia ſtrenuiſſimus non poſſideret, in *praenoſticum* futuri alicuius uidelicet aliunde aduentantis & aduolantis comitis ſuis haec ſubditis & populis & ſimilia & intolerabilia

rabilia mala & damna, *trepidantibus uicinis* & *circummanentibus* populis irrogabat.

CAP. XXI.

Quomodo REGEMARVS *Odrensem Henfridum interfecit.*

VT igitur in omnibus furoris truculentiae faciem daret, ut etiam uitae suae terminum non pro merite *hominis sui* mortis *inferentia* coangustaret, impetu quodam amaricati animi inebriatus barbarico in necem *Odrensis Henfridi*, in quo caput omnium & *principatus Odrensium* consistebat, grassatur. Excogitata igitur & inuenta mortis causa arrepto tempore & loco *Henfridum* truncato capite diminuit & morte inopinata trucidat. Manifestato autem opere nefandissimo & palam facto uerbo: uxor eius muliebri sexui uirilem interserens animum, uiro interfecto *interulam* siue *camisiam* uirulentam & sanguinolentam, o uirtutis foeminam! uiriliter detraxit & eam non sine animi commotione ad tempus reseruauit et *filiis suis* non sine *amaricati* gutturis singultibus ad uindicandi patris instigationem eam saepius ostentans ipsos ad ulciscendum patrem prouocauit et animauit. Sed quoniam nulla potentia longa est, factum est in una dierum, ut *Reghemarus* appropinquante die mortis suae diuina urgente ultione *uenatorio* deditus studio cum uenatoribus et canibus *Boloniae forestam* iuxta *Malringheben* incautus ingrederetur, cum *Odrensium* mater, o ineffabilis fatorum series et dispositio! eadem uia forte pertransiens comitem uidit et inuidit. Et cal-

Continuatio fabulae

Henfridus Odrensis a Regemaro interfectus.

Malringheben.

calcaribus, ut, quod desiderabat, expletum redderet, urgens equos, citius, quam credi potest, domum usque peruenit & inuentis ad nutum et uotum eius filiis simul et *Caiocensibus*, eiulatu et planctu lacrimabili totam commouit domum et familiam & nullam passa moram uiri sui *camisiam* filiis et *familiaribus* suis ostendens rei euentum de comite et locum, ubi cum aliquantis uenaretur, insinuauit et ipsos, quantacunque potuit instigatione, ad ulciscendum patrem irritauit.

CAP. XXII.

Quomodo ODRENSES *Reghemarum interfecerunt.*

Odrenses ulciscuntur mortem domini sui occidendo Regemarum.

INsurgentes igitur *Odrenses Caiocensibus* sibi associatis, quia et causa eorum communis cum eis erat similiter et priuata, saltus hinc nemoris et inde pertranseunt et comitem circumquaque quesitum et demum inuentum et usque *Petreiam* uel *petrarum quadraturam marchisio* persequentes et tandem consequentes et comprehendentes ui superant et uoto suo *faciem* dantes gladiis enecant et uenatoribus nimirum uociferantibus et canibus simul oblatrantibus quasi ceruum enecatum et membratim discerptum relinquunt.

Finis fabulae.

Hic dictis metuunt comitemque tuentur
Inque uicem referunt, satis in haec fabula nota.
Sicque tacere senex nutu signisque iubetur
atque audit, satis est, digito compesce labellum.

Postquam igitur senex moralem rei euentum de comite *Reghemaro*, comitem pruden-

denter et ſufficienter edocuerat et proceres, comes geſtae rei non ſurdus auditor in paucis ſeni applaudens reſpondit et dixit:

Viue precor uenerande ſenex, tua ſeria captant,
moralem meſſem morali falce ſecari.
Viuat in aeternum Reghemarus, *uiuat & ipſe,*
qui me progenuit, Chriſto conregnet uterque.

Euſtacii reſponſio benigna ad narrationem a ſene quodam factam.

Ego autem cui Reghemarum meo opponis et innuis in patre intelligendum Chriſto Domino mihi fauente et propicio in meos ſaeuiendo uel in extraneos unquam ſimilem mortem promeruiſſe memorabor in poſteros. His dictis comes non ſine uerbi nota ſubticuit. De uirtute igitur in uirtutem *giganteis*, ut ita dicam, paſſibus procedens *Euſtacius* bonum ſibi nomen et famoſum tam in remotis, quam uicinis terrae partibus acquiſiuit.

CAP. XXIII.

Quomodo EVSTACIVS *duxit* Suſannam *filiam* camerarii *Flandriae.*

Sigerus *de* Gherminiis *Flandriae camerarius, cuius filiam Euſtatius ducit in uxorem, qui filiorum ſuorum egregiam educandorum curam habet.*

DVxit autem in uxorem *Flandriae camerarii nobiliſſimi Sigeri* de *Gherminiis* filiam nomine *Suſannam*, quae concepit & peperit ei *Balduinum*, *Willelmum* & *Reinelinum*, *Adelam* & *Beatricem*, quos omnes *liberalibus literarum ſtudiis* adprime imbuendos tradidit pater eorum *Euſtacius*, filios autem militaribus elementis inter primos *Flandriae* iuuenes erudiuit & ad unguem edoceri procurauit. Cui quum uir ſanguinum nullatenus erat aut doloſus non dimidiauit Deus dies eius & quia annos aeternos in mente ſemper habuit, proceſſit in diebus

ſuis & plenus dierum carnis debitum ſoluens matura morte uitam finiuit.

CAP. XXIV.

Quomodo mortuo EVSTACHIO *ſucceſſit* Balduinus.

Succeſſor Euſtatii Balduinus

MOrtuo autem *Euſtachio* ſucceſſit in *Ghisnenſis* terrae comitatum filius eius piae recordationis *Balduinus*, miles quidem ſtrenuiſſimus & in omni morum probitate praeclarus. Qui quamuis milites miro uenerabatur affectu; circa militiam tamen prudens fuit & modeſtus. Miles enim ipſe circa milites ſuos & ſubiectos nullo dominationis ſupercilio ſe extollendo efferebatur, ſed ut parem ſe ipſis in miniſtrando ſociumque coaequauit, orphanorum quidem conſolator, uiduarum tribulationibus prius adiutor, nichil a ſubditis, militibus uel plebe, niſi quod de iure habere debuit, exegit aut uiolenter extorſit. Eccleſiaſticis uero & religioſis uiris cum omni diligentia totius praeſtitit uenerationis obſequium & aſſidua protectione & defenſione muniuit. Qui utpote *literarum* eruditus *apicibus* eo deuotius atque feruentius Deo ſedulum exhibuit obſequium, quo frequentius in *ſacris ſcripturis* lectitando a pio & *chriſtianiſſimo patre* bonae indolis diſciplinatius intellexerat & acceperat documentum. Nimirum in *atriolo* pectoris ſui ſagaciter reſeruauit, quod a pii patris ſui uiſceribus olim *diſciplinabiliter* ſuxit.

itidem laudatur

doctus uir.

CAP.

CAP. XXV.

Quomodo BALDVINVS *duxit* Lothariensis Florentini *filiam Adelam nuncupatam* Christianam *& ex ea genuit filios & filias.*

DVxit autem in uxorem summi & incomparabilis uiri *Lothariae* & *militiae* ducis florigeri *Florentini* filiam *Adelam* propria appellatione uocatam, sed non sine altioris rei misterio, ob meritorum uidelicet insignia & mirifica uirtutum magnalia suppressa appellatione propria certiore uocabulo *Christianam* nuncupatam. Decuit namque & diuini muneris actum esse credimus largitate, ut christianissimis oriunda natalibus ecclesiastici *federis* mercimonio christianissimo copularetur uiro *Adela* & re & nomine, ut dictum est, dicta *christiana*. Ex qua suscepit iam dictus & nichilominus digne dicendus & nominandus *Balduinus* famosissimae nobilitatis sobolem *Robertum* uidelicet, qui, ut tunc temporis erat, sed suppressa uocationis proprietate *inualescente* usus assuetudine dictus est *Manasses*, postea *Ghisnensis* comes; *Fulconem* in terra promissionis comitem apud *Baruth* ibique demum sepultum; *Guidonem* comitem de *Forois*, sed in *Andria* sepultum; *Hugonem Morinensis* ecclesiae archidiaconum sed postea militem & in *Andria* similiter sepultum; *Adelidem* quoque *Samurensem* & *Ghislam* Gandauensem. Quarum prima *Adelidis* uidelicet *Parisiensis* episcopi *Guiffridi Boloniensis* comitis, *Eustacii* fra-

Vxor eius & filii

cur uocata Adela Christiana.

fratris, cuius erat cognata & consanguinea, opitulatu *Samurensi domino Galfrido*, qui ob insigne probitatis praeconium in tota *Burgundia brachata* uidelicet *comata* & *manuleata* longe lateque quasi sol emicuit, legitimo coniuncta est matrimonio. De qua genuit *Galfridum* patris non degenerem filium totius *Burgundiae* militem strenuissimum aliosque filios & filias, de quibus iam nihil scribere proposuimus, ne liuoris obtrectatione nobis aliquid de aliquo *aemuli* immurmurent *Samurenses*, *Samurensibus* scriptoribus, si quid expedit, scribendi calamum accommodamus. *Ghislam* uero postea uxorem habuit uiris & uiribus uir inclitus & genere *Gandauensis* oppidi *castellanus* nomine *Vuinemarus*. Qui ex ea genuit primogenitum, ad quem tendimus, de quo grandis sermo, *Arnoldum*, *Vuinemarum* quoque & *Sigerum* & *Balduinum* sancti Petri Gandauensis primo *monachum*, postea *militem* & demum *a Lislrensibus* dum militem quendam protegeret & de morte liberare intenderet, miserabili & inopinata morte enecatum & unam filiam nomine *Margaretam*, quae post nupsit G*andauensi militi Stepponi*.

Galfridus *dominus Samurensis.*

Burgundiae diuisio in braccatam, comatam & manuleatam

Vuinemarus Gandauensis castellanus eiusque liberi.

CAP. XXVI.

Quod BALDVINVS *proposuit aliquod aedificare monasterium.*

B*Alduinus* igitur *Ghisnensis* comes, ut nostri nihil ei desit officii, oculis ac manibus in coelum semper intentus circa ecclesias aut circa religiosorum monasteria totum suspendit animum *pernoxque* in orationibus, in

Balduinus com. Ghisnensis

in uigiliis & ieiuniis et in *caritate non ficta* et in elemosinarum distributionibus totus desudauit & deuotus. Prosperatus igitur in lege Domini tempore messis fructum iustitiae percipere coepit in tempore suo. Vnde & de die in die uirtutum insignis titulo diuino (ut dignum erat) afflatus spiritu, magis coelestia quam terrena capescebat desideria. Inter cetera tamen pietatis opera se foelicem & Deo proximum fore arbitrans & existimans, si infra terram suam ecclesiam Dei fabricare & *uirorum Dei* habitacula construere & aedificare in uita sua sufficeret; Ad huius ergo desiderii & uoti Deo cari & deuoti excitationem & perfectionem dominus Deus suorum non immemor ubique famulantium occasionem obtulit & piae deuotionis exacuit stimulum & affectus accendit incrementum.

laudatur ob pietatem & munificentiam in clericos.

CAP. XXVII.

Quod RICHILDIS Flandriam *in seruitutem redigere uoluit.*

AVdiuit etenim & aure non surda suscepit, quod *Richildis Montensis* comitis filia & *Flandriae* comitissa inconsueta & inaudita & indebita a *Flandrensibus* praesumeret exigere tributa. A quolibet enim *ostio*, & *tecto* nihilominus *sine culcitra quatuor denarios* per uniuersas *Flandriae* partes turpiter & proterue & irreuerenter exigebat. Et cum *Ghisnas* eadem sub intentione penetraret, pius & prudens prudenter sustinuit *Balduinus*, donec saepe & saepius uocato & demum in *Flandriam* aduentante comite

Richildis com. Montensis nouas tributi species excogitat

eius praelium cum Roberto *ad montem* Wonberg, *ubi magici artibus utitur;*

inclito *Roberto Frisone* relictis in pace & securitate libera *Ghisnensibus*, in *Flandriam* repedauit Richildis. Cui occurrens cum omni exercitu suo comes *Robertus* impetum fecit in illum iuxta montem *Vuouhe*, qui uulgali nomine dictus est *Vuombergh*, monti adiacens *Casletensi*. Vbi cum *puluerem incantatum* super comitem *Robertum* & eius exercitum manu proiecisset sacrilega mutato ad nutum Dei uento, puluis in ipsam recidit *Richildem* & suos.

CAP. XXVIII.

Quod deuicta RICHILDE *comes* Robertus Watiniensem *fundauit ecclesiam* & Casletensem.

nihilominus uincitur amisso filio.

RIchildis igitur Dei nutu se causae succumbere & bello uictam iam se esse intelligens & respiciens locum dedit comiti, sicque deuicta & bello exsuperata interfecto ibi filio suo *Arnoldo*, qui ante maius altare in ecclesia sancti *Audomari* apud *Sythiu* sepultus est in *Hainonia* non sine *multa strage* suorum, a *Flandria* turpiter abscessit & in *Flandriam* ultra nunquam comparuit. Ob cuius facti *mentoriam* & memoriam comes *Robertus* adepto totius *Flandriae* principatu in honorem beatissimae semperque uirginis Mariae *Vuatiniensem* fabrefecit ecclesiam & *triginta regulariter uiuentium canonicorum* deseruiri instituit obsequio. Nec contentus eo quoniam quidem in die, qua sancti Petri apostolorum principis solennis habetur *cathedra* meritis & intercessione eiusdem apostolo-

Robertus *obtinet Flandriam, fundat* Vuatiniensem *ecclesiam*

apoſtolorum principis, cui ſe & ſuos ipſo die *conflictus* & belli commendauerat diuina ſemper praeeunte gratia de *Richilde* uictorioſum diem exaltauerat, in *parochia* ſanctae Mariae uirginis apud *Casletum* in eminentiori montis excelſi crepidine infra muros caſtelli & firmitatis eiusdem loci, in honorem apoſtolorum principis ſancti Petri fabricauit & fundauit eccleſiam & *uiginti clericorum* ſiue *canonicorum ſecularium* frequentari procurauit obſequio. *& eccleſiam S. Petri.*

CAP. XXIX.

Quomodo comes BALDVINVS *&* Lilerienſis Ingelramus *peregre profecti ſunt apud ſanctum Iacobum.*

INtelligens autem timoratus Dei famulus comes *Ghisnenſis Balduinus* & diuinum accipiens reſponſum ſuper diuinis & diuine memorandis *Flandrenſis* comitis *Roberti* operibus, de libertatis uidelicet *Flandriae* acquiſitione & eccleſiarum, quo ampliori augebatur deſiderio, reſtauratione, coepit cogitare, qualiter & ubi competentius & opportunius *coenobialem* reſtaurare poſſet eccleſiam. Interea ſimillimo piae deuotionis ardentem deſiderio ſanctae *peregrinationis* ſibi *confoederauit* ſocium & collegam *Engelramnum Lilerienſis caſtri dominum* & peregre proficiſcens *uir Dei* ad *ſanctum Iacobum* non euentu fortuito, ſed diuino ductus uaticinio ad ſancti ſaluatoris *Carofenſis* deuenit monaſterium. Vbi paruam moram faciens eiusdem monaſterii *abbati Petro* uidelicet *Engelramnus Lilerienſis caſtri dominus. Monaſterium Carofenſe.*

delicet huius nominis *secundo* contrito & humili corde in confessionem suos edidit excessus & peregrinationis susceptionem & piae deuotionis circa ecclesiam Dei feruorem. Et accersito capellano indicauit omnibus, quod diu conceperat uotum & quod in terra sua *cenobialem* construere pridem decreuisset ecclesiam. *Sanctissimi* igitur *patris & abbatis* saluberrimoque monachorum omnino acquiescens consilio in *elemosinam* eis concedit *liberam* capellam beatae Mariae uirginis, quam *liberam* & *propriam* habebat in *castro suo* apud *Ghisnas* cum appendiciis eius decimamque & terram & siluam apud *Hauthingem*, decimam etiam de *Spellelris* & quicquid etiam apud *Suaulras* tunc temporis possidebat, *hac* siquidem *conditionis nota*, quod quantocius in patriam ueniret & tempore & loco inuento & praeparato ad construendum coenobium ad diuinum celebrandum officium & misterium ei mittere *monachorum* satagerent etiam cum *abbate conuentum*. Quod in pactum suscipiens *uenerabilis* comes facto peregrinationis itinere prospero cursu remeando peruenit ad patriam, ut quantocius uoto suo *faciem daret*, ecclesiae *Morinensis* episcopo *uenerabili Gerardo* loquitur & ad salutiferum uenerandi praesulis consilium & uoluntatem cum discretione & reuerentia per omnia & in omnibus faciens ecclesiam *sancti Medardi Andrensis* sibi liberam acquisiuit. Quo facto cognito, quod semper nocuit differre, *paratis* missis cum festinatione apud *Carophum* nunciis

Balduini com. Ghisnensis donationes ad pias causas.

ciis *abbatem*, qui *primus dicitur* in *Andria* *Gislebertum* ſimul & monachorum conuentum, inter quos uocationis ſanctitate fuerunt primi *uenerabiles* uiri monachi religioſi *Euerhardus* & *Henfridus* de *Betberga* iuxta quod condictum & in conditionis pactionem fuerat poſitum in laetitia & exultatione ſolenniter introduxit in *Andria*. *Primus abbas Andrenſis.*

CAP. XXX.

Quomodo comes BALDVINVS *inſtaurauit coenobium Andriae.*

SIcque uoti compos & propoſiti uoluntate & adiutorio ſimul & conſilio cuiusdam diuitis indigenae Balduini, uidelicet *Bochardi*, ad quem in parte ſpectabat fundus electus & praeelectus in habitaculum Dei monachorum, locus, *uenerabili Calixto* huius nominis papa *ſecundo*, qui liberam eis conceſſit ſepulturam, mundi monarchiam ſub apoſtolorum Petri & Pauli protectione gubernante, *Philippo* autem *Francorum* regnum procurante, comite *Roberto Flandrenſibus* imperante, epiſcopo *Gerardo Morinenſium* cathedram & baculum baiulante, qui ab *Vrbano* papa poſtea depoſitus apud *Patheram* urbem ſepultus eſt. Anno dominicae incarnationis M.LXXXIV. piae recordationis *Ghisnenſis* comes *Balduinus* Flandrenſis comitis *Caroli* cognatus & fidelis amicus & Flandrenſium chariſsimus *Andreenſis* eccleſiae cenobium inſtaurauit & monachos inſtituit. In quorum eccleſia corpus beatae *Rotrudis* uirginis diuinitus *euidentiſſimis miraculorum oſtentationibus* prodentibus ſibi colla-

Calixtus II. pont. Rom.

Gerardus Morinenſis epiſcopus ab Vrbano pont. Rom. depoſitus.

1084.

Origo eccleſiae Andreenſis.

Sancta Rotrudis.

collatum, non sine maximo nobilium simul & plebis honore & reuerentia, in magnificentia cum iocunditate collocauit et gloria. Huius autem *reuerendissimum* sanctissimae uirginis corpusculum populo demonstrauit et *inserotrauit uenerabilis* ecclesiae *Morinensis* episcopus *Milo* secundus *Arnoldo* comite *Gisnensibus* dominante et imperante tempore Petri *Andreensis* ecclesiae abbatis. Vbi autem gloriosissimum huius sacrosanctae uirginis corpus sumptum fuerit uel unde delatum, quaestionem prouocantes si quibus memorandissimi prioris & abbatis Petri *libellulus* siue tractatus in *Andrensi* ecclesia positus et in solennitate eiusdem uirginis ad prandium *singulis annis* in refectorio conuescentibus *recitatus* non satisfecerit a *Marcionensibus*, licet uerum, uel uerisimile cum quodam ridiculo dissimulantes cauillatorie *Andrensibus* in hac parte insuitare consueuerunt, si quid expedit, scrupulosius inquirant. Constructo itaque *Andrensis* ecclesiae monasterio honeste sanctissimeque Deo charus et praeclarus *Gisnensis* comes *Balduinus* plerisque aliis in ecclesiarum constructionibus et in hospitalium aedificationibus, non tamen in sua sed in aliis adiacentibus terris piae et sanctae imitationis reliquit exemplum et pium circa ecclesiam Dei fauorem et deuotionis incussit amorem.

eius reliquiae.

Abbatis Petri tractatus.

Balduini liberalitas ad pias causas.

CAP. XXXI.

Quomodo IDA Boloniensis *comitissa fundauit monasterium beatae Mariae de* capella.

Vnde

Godefridus dux Lotharingiae. 1091.

VNde ad tam piae operationis imitationem *Lothariae* ducis *Godefridi* quondam filia *Bolonienſis* comitis *Euſtacii* quandoque uidua, *Godefridi & Balduini* in *iudaeo regno* ſancta *Ieroſolimorum* ciuitate ab *Arabicis* et *Saracenis* aliisque gentibus alienigenis et incredulis in manu forti et brachio extento cum *Antiochia* uiriliter expugnata, penitus liberata, *regum Ieroſolimorum* et *Euſtacii* nobiliſſimi *Boloniae* comitis mater nomine *Ida* uitae ſanctitate uenerabilis *Bolognienſis* comitiſſa in confinio *Mercuricii* in uilla *Brucham* olim nominata ſub honore beatae & glorioſae ſemperque uirginis Mariae fundauit *eccleſiam* & *inſigne religionis monaſterium inſtaurauit* et in eadem eccleſia, quos ab *Hibero* rege *Anſculpho* non ſine maximo labore & ſtudii diligentia perquiſierat & impetrauerat eiusdem beatae uirginis Mariae ſuper aurum & lapidem precioſum precioſiſſimos *undecim* recondidit *capillos* & collocauit & cum aliis innumerabilibus ſanctorum *reliquiis* ſancto loco oblatos prae omnibus inſtituit honorari, ſimulque *agium* monachorum conuentum in *Hamenſi* monaſterio ab *Engelrammo Lilerienſi* domino nuper conſtructo cum *uenerabili uiro Rauengero* abbate ſumptuum aliosque honeſtae uitae & religioſae fratres in memoriam ſanctae Dei genitricis ſemperque uirginis Mariae & uenerationem imperpetuum extollendam perenni Deo perenniter & iugiter ſeruituros inſtituit & in praeparatum Dei introduxit habitaculum. Hic ſiquidem locus

Regnum Hieroſolymitanum.

Anſculphus Hiſpan. reg.

Reliquiae Mariae.

Monaſterii Hamenſis *fundatio.*

magna eiusdem celebritas

locus ſanctae Mariae celeberrimus, dum noua adhuc & tenerae ſanctae religionis ibi pullularet infantiae uirtutibus inſigni *miraculorum frequentia* glorioſus, caritate & religione ſanctiſſimus, rerum abundantia admodum locupletatus, perſonis morum compoſitione & *liberalium artium* non minus, quam *theologicae ſcripturae* informatione cuiuslibet honoris ſublimatione & praelatione dignis abundantiſſimus, (famae abſit omnis inuidiae liuiditas) praeconio nominatiſſimus omnibus locis eminebat & praeeminebat adiacentibus, utpote quem diuina indeſinenter ſua Deus illuſtrauit praeſentia & quem (ea qua olim perfuſa eſt beata uirgo) celeſti uiſitauit gratia & pie poſcentibus ibi innumera praeſtitit beneficia. Tanti ergo nominis & uenerationis fuiſſe creditur locus ille, quod quidam adiacentis terrae nobiles aliique Chriſti fideles populi, ſi quas habebant eccleſiolas uel aliqua alia eccleſiaſtica beneficia uel etiam praediola aut eidem loco *ex integro* & toto conferre aut aliquo *ſubiectionis titulo* innodare & ſubiugare ſatagebant putantes & reputantes immo *pro certo* credentes & agnoſcentes ſuas eccleſiolas liberiori ſtare & militare prouentu, ſi tam ſancto & uenerabili loco aliquo ſubiectionis nodo ſubiicerentur, quam ſi in propria qualicunque, prout conſtitutae ſunt, libertate perſiſterent & permanerent. Sic enim ipſis & hoc ipſum adiudicantibus meliori nomine militarent & amplioris titulo auctoritatis radiarent. Locus enim ille ab omni turpi-

& tanta ut plures aliae eccleſiae & monaſteria ſe illi ſubiectionis uinculo obſtringerent, & cur?

turpitudinis & exactionis & indebitae consuetudinis obiectu liberrimus esse cognoscitur, unde & *capella* dicitur, *capella* inquam, summi pontificis uidelicet domini Papae in honore beatae Mariae uirginis constructa. In cuius libertatis auctoritatem & memoriam illius liberi loci ecclesia singulis annis ecclesiae *Romanae* debet *duodecim denarios*, quos simul collectos post *quinquennium* uel *decennium* abbas loci illius sanctissimi mittit *Romam* ad suae *libertatis*, ut diximus, *cognitionem*. Habet autem abbas illius loci in *Romana* talem dignitatem ecclesia, quod si ipsum abbatem in *Romana* ecclesia ad missam domini papae praesentem esse contingeret, *librum tenere debet subdiaconi* dum idem subdiaconus epistolam pronunciauerit. Sed ne in dispendium militibus nobis immurmurantibus, uerba protrahamus de hoc sanctissimo loco & monachis inhabitantibus religiosis, hoc tantillum dixisse sufficiat, quousque maiori & feruentiori studio loco & tempore ad alia quaedam interserenda ad ipsos scriptoriam pennam conuertamus.

dicitur capella κατ' ἐξοχήν.

Soluit pontifici Rom. 12. denarios in recognitionem libertatis.

Eiusdem monasterii abbatis priuilegium.

CAP. XXXII.

De constructione ARDENSIS *ecclesiae.*

INterea autem *Ghisnensium*, etsi ad imitationem *Flandriae* comitis *Roberti Frisonis*, qui, ut iam dictum est, *Vuatinensem* ecclesiam fundauit & *Casletensem*, monasterium *Andriae* a *Balduino Ghisnensium* comite constructum & monasterium beatae Mariae de *capella* ab *Ida Boloniensi* comitissa aedificatum a primis post memorabile *uenerandi consulis Flan-*

Monasterium beatae Mariae de capella conditum ab Ida com. Boloniensi.

Flandriae Roberti Frisonis factum in ordine constructionis euidentissimis & sufficientibus causis interuenientibus proposuimus & penna crepitante & quasi iniuriante haec duo monasteria prius fundata parauimus tamen, ut ueritatis historiam omnino ueraciter prosequamur a primis inter primos *Ghisnensium procerum* heroes, heros primus *Ardensis* oppidi *haeres & dominus Arnoldus*, qui animi nobilitate & militiae nomine & titulo *sancti Pauli* adeptus est comitatum ad tam pii operis memorandi comitis *Flandriae Roberti Frisonis* imitationem sub honore beati *Audomari* in castro *Ardeae*, ubi nunc est cimiterium & cella monachorum, constituit ecclesiam & in eadem *decem canonicos seculares*, Deo in eadem ecclesia in perpetuum seruituros procurauit. Quae ecclesia postea a *Balduino* eiusdem *oppidi domino* Theodorico abbati & monachis de capella sanctae Mariae uirginis, quae olim, ut est dictum, uilla *Bucham* nominabatur, collata est. Sed de illius fundatione ecclesiae & eiusdem de clericis siue *canonicis* secularibus ad monachos commutatione uel transsumptione loco & tempore cum de *Ardentium* procerum gestis, iuxta quod proposuimus aliquid epilogando replicabimus, latius & satius disseremus. Sicut enim ex earum, de quibus intendimus, etiam diximus, ecclesiarum praeuilegiis praependere licet, *Ardensis* ecclesia fundata est anno dominicae incarnationis MLXIX. postea *Andrensis* anno MLXXXIV. postmodum ecclesia sanctae Mariae de *capella* anno MXCI.

Comitatus S. Pauli.

Ecclesia Ardensis monasterio de capella S. Mar. uirginis confertur. Villa Brucham.

Ecclesia Ardensis fundata 1069. *Andrensis* 1084. *Eccl. Mariae de capella* 1091.

CAP.

CAP. XXXIII.

Quomodo BALDVINO *mortuo ſucceſſit ei* Manaſſes.

COmpleta igitur carnis diſpenſatione uita *uenerabilis* & nomine *Ghisnenſis* comes *Balduinus* mortem pertulit temporalem & in ſpem uitae aeternae in ea, quam fundauit, ecclesia cum *christianisſima* uxore ſua *Adela*, quam nuncupatiue *Christianam* appellatam diximus, non ſine planctu nobilium uirorum & monachorum ſimul & uniuerſae plebis terrae cum duobus etiam filiis ſuis *Vuidone* & *Hugone Andriae* ſepultus eſt. *Robertus* itaque filius eius, qui *inualeſcente uſu*, ſicuti iam diximus, nuncupatiue quoque dictus eſt *Manaſſes*, ei ſucceſſit & *Ghisnenſis* terrae populum regere ſuſcepit. Qui tanto digne memorandi patris uirtutibus feruentius efferbuit, quanto magnanimitas eius inſignia hinc & hinc rutilante fama in auribus frequentius accepit. Et licet quandoque temporalium curis immerſus fuiſſe memoratur; ſpiritualium tamen non immemor miſteriorum loco & tempore mundanas exuens curas ſuaue ſonantis eccleſiae miſteria propenſius patulo capeſcebat auditu & quos pium patrem ſuum in uita honoraſſe cognouerat, ipſe quoque non diſſimili affectu & ſtudio honorare ſatagebat. In *nundinis* autem & *bellicis illuſionibus* promptus inuentus eſt & ſtudioſus. Sed mundum cum inani gloria, quandoque decipiens ſeipſum, multoties cum *militibus* inanem gloriam petentibus indeceptum non permittebat.

Balduini filii Wido, Hugo, Robertus dictus Manaſſes,

quorum hic patri ſucceſſit.

CAP. XXXIV.

Quomodo comes MANASSES *genuit* Adelidem *matrem* Balinghenienſium.

Manaſſis com. concubina.

INterea cum quadam eminentiſſimae pulchritudinis puella apud *Ghisnas* oriunda rem habuit, ex qua genuit filiam unam nomine *Adelidem*, quam nuptam dedit *Euſtacio* filio *Heremari* de *Balingheben*. Qui ex ea genuit quinque filios *Euſtacium* primogenitum, qui factus miles mortuus eſt; *Hugonem*, qui duxit *Mathildem* puerili nomine *Matham* appellatam filiam *Laurette* de *Hammis*, ex qua genuit *Adelidem* Arnulpho de *Caiou* primo deſponſatam, poſtea *Danieli* fratri Sigeri *caſtellani* de *Gandauo*; *Gregorium* etiam *Andrenſis* eccleſiae monachum & in abbatem electum, ſed ante benedictionem ſponte depoſitum; *Frumoldum* quoque & *Simonem* & filiam unam nomine *Hauidem*, quae nupſit *Balduino* ſeni de *Ermelinghen Boloniae conſtabulari*. De quibus *Balinghenienſibus* uidelicet magna & notabilia geſta cognouimus & in parte perſpeximus, ut in omnibus & per omnia ſeruatus ſit modus in rebus, ſeruata propoſiti narratione ex accidenti de eis tractatum producendo aliquid ſcribere exhauſto *corniculo* pennam ſubtrahimus.

Familia Balinghenienſium.

Caſtellanus de Gandauo.

Balduinus de Ermelinghen conſtabularis Boloniae.

CAP. XXXV.

Qomodo comes MANASSES *duxit comitiſſam* Enimam.

COmes autem *Manaſſes* non immerito toto orbe terrarum longe lateque in magnifi-

gnificentia & gloria nominatissimus exstitit & notissimus. Notus itaque in *Francia*, notus in *Normannia*, notissimus autem in *Anglia*. Vnde cum frequentatione regis *Anglorum Willelmi* in *Anglia* saepius conuersationem haberet, duxit *Enimam* filiam *Roberti camerarii* de *Cancaruilla* in *Normannia*, uiduam *Odonis* de *Follrestane* in *Anglia*.

Manasses com. Ghisnensis Wilhelmo conquestori notus. Camerarius de Cancaruilla.

CAP. XXXVI.

De COLVELRERLIS.

IN diebus illis fuerunt homines quidam *clauati* siue *clauigeri*, quos uulgo *coluelrerlos* nominatos audiuimus, in terra *Ghisnensium* habitantes, qui clauati siue clauigeri a *claua* dicebantur agnominati eo quod non licebat eis aliquod genus armorum nisi *clauas* tantum baiulare. Hi siquidem quadam *impropiciationis* specie ab *Hammensibus dominis* quasi sub *seruilis* conditionis iugo constricti tenebantur. Cogebantur enim singuli per *singulos annos Hammensibus singulos reddere denarios*, in *nuptiis* quoque & in *morte* nichilominus *quatuor*. Hoc autem in *feodum perpetuum* susceperunt *Hamenses* pridem ab antiquo *Ghisnensi* comite *Radulpho*, qui haec & his similia suis subditis ingerebat mala & opprobria. Concessit enim eis & in *feodum* confirmauit, quod quisque *aduena* in terra *Ghisnensi* aliunde aduolaret & *annum unum* & *diem* unum in terra sua perendinaret uel morosius & diutius inhabitaret, simile opprobrium simul & *pensionem opprobriosam* incurreret & quasi de iure persolueret. Factum est autem, ut *liber* quidam

Coluelrerli qui? & unde nomen habebant?

Hamensibus Dominis censum soluunt.

Origo huius rei.

Peregrinorum onus in comitatu Ghisnensi.

dam *ueteranus* siue *uauassorius* nomine *Willelmus de Bochordis uauassorissam* quandam de *Fielnis* similiter *liberam* nomine *Hauidem* duceret uxorem. Quae maritalis lecti spondas apud *Bochordas* uix attigit, cum uenientes *Hamensium* satrapae ab ea *coluelrerliam* exegerunt. Illa uero pro timore & pudore aliquantisper colore mutato facta rubicunda, quid sit *coluelrerlia* penitus ignorare, se autem *omnino liberam* & a *liberis* se protestatur ortam *natalibus*; inducias autem suae liberationis per quindecim dies uix a satellitibus impetrans demum ad diem sibi praefixum cum cognatis & amicis suis apud *Hammas Hamensibus* dominis se praesentauit asserens se a *liberis* uiuis & defunctis praesentibus & absentibus ortam *natalibus* & *omnino liberam* & uiua uoce & constante & libera contra quoslibet improbantes & reprobos se paratam comprobare. Sed inualescentibus *Hamensium* uocibus & rationibus non tantum, qualis *Hammis* accessit a curia mox recessit, sed notabiliori penitus confusa domum repedauit opprobrio, turpitudine & infamia. Tandem altiore habito & secretiore consilio cum *uenerandi* nominis *Ghisnensis* terrae domina & comitissa *Emma* clanculo loquitur, indicans ei suam & totius terrae *Ghisnensis* longe lateque predicatam infamiam & opprobrium & nisi caute & mature interueniat & subueniat, *nobiles* ut *ignobiles* non dissimili sanctione pactionis in seruitutis conditionem redigi & inuolui & *coluelrerliam* simili ratione pari edicto &

Coluelrerlia.

cto & insolentia non dissimili irreuerenter & insolenter debere soluere compelli. Compatiens igitur uirago nobilis non tantum mulieris immo digne recolendae memoriae matronae infamiae, quantum totius opprobrio terrae, loquitur cum comite, amplectitur uirum indicans ei & deflens *Ghisnensis* terrae miserias & opprobrium. Comes igitur admodum factus deprecabilis iuste & pie petentis & deprecantis uxoris & mulieris condescendit postulationibus & *Hamenses* dominos quantocius accersiri fecit. Et in uoluntate eorum *coluelrerliam* & terrae dedecus & opprobrium omnino perimens & extinguens in recompensationem *coluelrerliae* & incrementum feodi ad quinque *carrucas Hamensibus* contulit terram circiter *Elembom* & *Pithem* & *Santingheueld* portionaliter iacentem. Mulier itaque de *Fielnis* apud *Bochordas*, uti iam dictum est, maritata in domum suam restituta est libera simulque omnes *coluelrerli* manumissi sunt & in perpetuum *liberi facti* & emancipati. Quum etiam ex rei euentus incidentia quantumcunque aliquid a propositi uia deuiauimus, ne *coluelrerlis* morosius insistamus, ad quod proposuimus, accedam. Comes igitur *Manasses* elegantissimae formae specie laudabilis essentiae *statura gyganteus* apparuit & personalis auctoritate grandeuus, faciie decorus et aspectu, immo uirtute robustus, omnibus amabilis, *solis Ardensibus*, qui ei plerumque contumaces fuerunt et rebelles, despicabilis et inuidiosus. Sed de illorum

Coluelrerliae *ius abolitum.*

Coluelrerli omnes manumissi.

Manassis comitis ingentia animi & corporis dona.

Ardenses rebelles.

rum ceruicositate et contumacia ad tempus differamus.

CAP. XXXVII.

Quod comes MANASSES *proposuit cenobialem construere ecclesiam.*

Vestigia patris premit com. Man. in fundandis ecclesiis

VIxit autem comes *Manasses Ghisnensis* cum omni modestia in tranquillitate et pace et in caritate non ficta. Sed cum omnium in terra sua ecclesiarum curam gereret et reuerentiam exhiberet in illius ecclesiae, quam piae recordationis *pater* eius *Balduinus Andriae* fundauerat, promotioni speciali quadam praerogatiua affectuosius insistebat et impensius et iam in mente conceperat, immo *uenerabili* uxori suae *Enimae* et aliis quibusdam consiliariis suis detexit et apperuit, quod ad pii patris imitationem aliquam in terra sua cenobialem construere decreuisset ecclesiam. Sed causis interuenientibus, quod ipse pie proposuit et ad complementum usque perducere non sustinuit, pia eius uxor *Enima* summa postmodum cum deuotione suppleuit.

CAP. XXXVIII.

Quod ROBERTVS *cum* barba *apud* Lislras *quatuor canonicos instituit.*

VIdentes igitur *barones* terrae populique fideles piissimam pii comitis circa ecclesiam Dei deuotionem, ceperunt & ipsi (diuina in eis crescente gratia) circa ecclesiam Dei & uiros ecclesiasticos, in quantum suppetebat facultas, simili feruore debriari. Vnde & *Robertus* quidam de *Lislris* cum *bar-*

ba

ba uel *barbatus* nominatus eo, quod tunc temporis, qui *prolixam barbam non haberet*, *effoeminatus* dicebatur & in *derisum* & *despectum haberetur*, contemporaneus & *quandoque conscholaris Ardensis* fundatoris ecclesiae *Arnulphi* siue *Arnoldi* apud *Lislras* in honore beatae Mariae uirginis *quatuor* instituit *canonicos* seculares, quibus *totidem praebendas* in perpetuum dispensante habendas & seipsum *quintum* & *praepositum* constituit. Illas autem praebendas successor eius *Balduinus* similiter *cum barba* uel *barbatus* nominatus in uenerationem Domini sepulchri, cum quatuor filiis suis *clericis* quidem & in iam dicto loco *canonicis Ierosolimam* piae peregrinationis iter arripiens, *regularibus Vuatinensis* ecclesiae canonicis contulit & subiugauit.

Robertus barbatus de Lislris. Imberbes effeminati dicti.

Balduinus *barbatus de* Lislris *Hierosolym. proficiscitur.*

CAP. XXXIX.

Quod episcopus MORINENSIS MILO *primus apud* Lislras *Praemonstratenses canonicos instituit.*

SEd & eandem *Lislrensem* uidelicet cum appendiciis eius ecclesiam religiosissimus ecclesiae *Morinensis* antistes *Milo* primus *abbas infulatus cappa* regularibus postea canonicis *albi uelleris praemonstratensibus* in cenobialis ecclesiae constructionem & restaurationem perpetuo possidendam in plena *Morinensis* ecclesiae *synodo* praesentibus, sed non, ut quidam garriunt, contradicentibus & in appellationis uocem prorumpentibus, immo beneuolum assensum praebentibus *Watinensis ecclesiae* canonicis praeuilegiauit

Praemonstratenses albi uelleris.

& assumptum in sancti Martini *Laudunensis* ecclesia *uenerabilem patrem* abbatem Henricum cum *candidato regularium* canonicorum *conuentu* in *Lislrensem* perpetuo frequentandam foeliciter & solenniter anno
1133. Dominicae incarnationis M.C.XXXIII. introduxit & intronizauit ecclesiam.

CAP. XL.

Quomodo EVSTACIVS *senex de* Fielnis *ecclesiam de* bello loco *fundauit & in ea* Arroasensis *ordinis canonicos instituit & introduxit.*

Prosapia Eustatii senioris de Fielnis.

FVit autem diebus illis magnanimus quidam *ueteranus* siue *uauasorius*, qui ab *Ardensibus* in parte originem traxit & qui tunc temporis *Fielnensibus* praeerat eisque principabatur nomine *Eustacius* cum additamento *senex*, qui filios habebat *Eustacium* uidelicet, qui cum *Ghisnensis* comitis *Arnoldi* filiam *Margaretham* duxisset uxorem non relicto ex ea semine obdormiuit in Domino; *Engelrannum* quoque, qui cum nobilem de *Tingreio Sibillam Willelmi* sororem pariter duxisset uxorem & ex ea *Willelmum*, *Thomam* & *Eustacium* & filias genuisset cum comite *Flandriae Philippo Ierosolimam* petiit reprobisque probitatis heros congressus *Sarracenis* impetum fecit in illos. Sed cum amplius non redisset, suis ulterius nusquam comparuit; *Gilbertum* etiam de *Bellrinio* & piissimum Dei famulum *Radulphum*, qui uenerabilem *Henrici de Campana* & *Adelidis* facundissimae mulieris de *Conteuilla* filiam

Flandr. com. Philippus in terram sanctam proficiscitur.

Ade-

Adelidem prius *Eustacio* de *Calquella* desponsatam duxit, uxoris filias quoque, quarum unam *Adelidem* uidelicet *Balduinus* de *Hammis*, qui in militiae gloria toto mundo resplenduit, duxit uxorem; ex qua concepit paternae nobilitatis & militiae prolem non degenerem *Eustacium* uidelicet *Engelrannum* & *Balduinum*. Hic siquidem *Eustacius* senex de *Fielnis* audiens & pie intelligens, quod uicini circumquaque manentes nobiles spiritu timoris Domini agitati & gratia praeuenti pro possibilitatis suae modulo in terris suis nouas conderent ecclesias & noua conderent monasteriorum domicilia in propitiationem animae suae & praedecessorum successorumque suorum & maxime pro salute & redemptione animae cuiusdam *militis* de *Pontio* in *Pontiuio* Domini, quem in *torniamento* interfecerat, nominatum, pro quo tenebatur hoc facere in *Bello loco* sub honorem beatae Mariae uirginis *conuentualem* instaurauit ecclesiam in ea *Arroasiensis* ordinis canonicos in ecclesia beatae Mariae de *Nemore* sumptos, cum *uenerabili* eorum *patre* & abbate Willelmo, Deo in perpetuum seruituros, tempore *Boloniensis* comitis *Willelmi* & *Ghisnensis* comitis *Manassis* collocauit & solenniter instituit. *Arroasiensis ordo.*

CAP. XLI.

Quomodo OILARDVS *instaurauit* sanctorum campum, *qui &* Santingheuelt *dicitur.*

O*llardus* quoque eodem dominio uidelicet afflatus desiderio pauperum apud

Santing-beuelt.

Santingheuelt restaurauit xenodochium refugii asylum, recreationis tugurium. De cuius sanctae hospitalitatis domus instauratione *incolarum ueridica* traditio & sancti loci asserunt fratres, quod miles quidam de *Wenielio* inclitis oriundus parentibus, nomine *Oilardus* uidens & animo prospiciens, quod in prosperis euentibus sibi satius applausisset huius fallibilis mundi decursus, relinquens se ipsum & sua simul cum sibi blandiente, immo pestiferam peccatorum scabiem sibi ingerente mundo, sponte pauper effectus mundo, diues coelo, qui prius peccatorum molle premebatur, nunc ad dominum conuersus sanctis insudare operibus & Deo quamdiu uiueret, militare immo seruire decreuit. Audiuit igitur & cognouit eo, quod non longe esset nemorosus inter *Ghisnas* & *Wisant* in inuio & non inuia insidiosus a nephario sontium, hoc est, nocentium opere, *sontium campus* uulgo autem *Sontingheuelt*, non incongrue appellatus. In illo etenim loco, si quid uero creditur, *inspiliatores* (propter quos apud *Ghisnas tributum*, ut aiunt, primo constitutum est & solutum) olim in *concauis* terrae locis & in absconditis latitantes & transeuntibus quibuslibet insidiantes aliis onus decutiunt, aliis gestatoria diripiunt, aliis mortem comminantur, nonnullis etiam ablatis rebus *rumpheis* & *occulis*, *spatulis* uel *canipulis*, sicut siccarii immo uere siccarii mortem ingerunt. Veniens itaque Dei famulus ad succurrendum Christi fidelibus in illius campi planiciem

Traditio de origine xenodochei in Campo sanctorum.

Santingbeuelt, etymon uocis.

Tributum in Ghisnensi comitatu primo excogitatum, cur?

ciem locum ſibi uendicauit & ab indigenis prece & precio comparauit ad habitaculum quidem pauperum, immo quorumlibet tranſeuntium & pie in Domino poſtulantium receptaculum faciendum. Videntes autem indigenae, quod uir Dei pietatis & caritatis operibus inſudando Deo quotidie ſedulum exhiberet obſequium uitaeque ſanctitate de die in diem Deo approximaret, praedicta ſua aliaque plura temporalium facultatum beneficia liberaliter in elemoſinam ei contulerunt. Quamobrem ad diuinum celebrandum miſterium, quantumcunque detentius potuit, in eodem loco Dei aedificauit eccleſiam. Sic ſic diuinae prouidit diſpoſitionis intuitus, ut, ubi erat frequens *innocentium* a *ſontibus* facta ſanguinis effuſio, ibi quotidiana in perpetuum a criſticolis ſacerdotibus in ſalutis noſtrae miſterium Chriſti corporis & ſanguinis fieret immolatio. Vbi erant fontium inſidiae ibi Deo ſeruientium celebrarentur uigiliae; ubi tranſeuntibus quotidianae mortis iminebat diſpendium, ibi aperto tugurio pauperibus patefieret ſecuritatis aſylum & recreationis ſolatium; ubi erat campus morientium, ibi foret locus & habitatio in Chriſto quieſcentium. Vnde & potuit campus denominatiuum *ſontium* & induit ſibi uocabulum *ſanctorum*, itaque *Sontingheuelt* locus a conuerſatione ſanctorum *Sanctingheuelt* denominatus eſt. Illa autem hoſpitalitatis domus abbati & canonicis *Arroaſiae* quandoque commendata eſt. Sed inualeſcentibus in canonicos fratribus

Sontinghevelt cur Sanctinghevelt, dicatur.

tribus laicis canonici regressi sunt in *Arroasiam* & domus in pristinum statum restituta est hospitalitatis.

CAP. XLII.

Quomodo comes MANASSES *genuit* Rosam & Rosa Beatricem.

Com. Manassis filia & neptis.

COgnouit autem *Ghisnensis* comes *Manasses* uxorem suam *Enimam* & ex ea genuit filiam unicam proprie *Sibillam* nuncupatiue uero *Rosam* nominatam. Quae postea nubilibus poscentibus annis nupta data est glorioso *castellano Broburgensi Henrico.* Quae concepit & peperit unicam similiter filiam nomine *Beatricem.* Qua uix progenita mortua est, proh dolor! mater eius *Rosa* imo *Sibila* & non sine lacrimabili suorum planctu in monasterio beatae Mariae de *capella* ante altare sancti Benedicti sepulta est.

Henricus Broburgensis castellanus.

CAP. XLIII.

Quomodo comes MANASSES *neptem suam* Beatricem Alberto apro *desponsauit uxorem.*

Beatrix Henrici Broburgensis filia & neptis Manassis com. Ghisnensis nupta Alberto apro *in Anglia.*

GEnuit itaque *Ghisnensis* comes *Manasses* & capillis suis in caniciem albescentibus dolore de morte filiae suae concepto non minus, quam aetate confectus in angore & taedio senilem produxit aetatem, maximeque de neptis suae *Beatricis* uita eo, quod *calculosa* erat & morbida desperabat. Vnde & sibi metuens & imposterum, quantaque potuit, prouidentia cautela sibi immo toti terrae *Ghisnensi* praecauens, ne de corpore suo nullo relicto semine *Ghisnensis* terra ab alicu-

alicuius sororis suae, eo, quod fratres sui, ut iam dictum est, omnes sine corporis sui haerede mortui fuerint & sepulti, quasi ab alieno *semine heredem* quandoque *mendicare* debuisset, uxoris suae *Enimae* consilio eo, quod notiori familiaritate quandoque conuersationem habuit in *Anglia*, quam in alia terra & gloriosi *Broburgensis castellani Henrici* patrocinante adiutorio neptem suam *Beatricem calculosam*, ut dictum est, & morbidam *nobili uiro Alberto apro* desponsauit in *Anglia*. Vt igitur proposito nostro omnimode satisfaciamus & *Ghisnensium* genealogiam comitum ex integro aperiamus, ut operis executioni expeditius instare ualeamus, de nobilissima gloriosissimi uiri *Ghisnensis* comitis *Balduini* filia *Ghisla Gandauensis* castellani *Winnemari* uxore quaedam necessaria epilogare necessarium duximus. De tribus igitur *Gandauensis* castellani *Winnemari* & *Ghislae* filiis & filia, quum ad propositum nostrum non faciunt, obmittentes, de solo Arnoldo prosequamur.

Winnemarus Gandauensis castellanus & Ghisla uxor eius com. Ghisnensis.

CAP. XLIV.

De ARNOLDO Gandauensi.

ARnoldus igitur *Gandauensis* miles in armis fuit strenuissimus. De cuius militiae praeconio non necesse fore scribere uel aliquid fictitare arbitramur cum cessante nostrae sedulitatis opera totus ei consonet mundus in laudis & honorificentiae gloriam. Videns igitur *Arnoldus* comitem *Ghisnensem Manassem* auunculum suum senio grauatum & quasi absque liberis uitam taedio & senio con-

Quorum filius Arnoldus Gandauensis

confectam, propagantem atque degentem de *Ghisnensis* terrae comitatu in animi sui concepit angulo, quod postea arrepto tempore reddidit expletum. Nec mora mentis conceptum rebus accommodans acceptis *Arnoldus* aliquantis de cognitione sua, in quibus tanquam sibi ipsi confidebat militibus, *Ghisnas* adiit & cum *Ghisnensi* comite auunculo suo humiliter & pacifice loquitur. Nec enim ei totam cordis sui aperit intentionem. In *sermonis* tamen *superficie* tangens, quae omnibus scire non dubitauit, palliat, quae nulli, nisi secreti sui conspiciis manifestare curauit. Enimuero, ut uerum profiteamur, in abdito cordis sui cubiculo intendebat, ut si quomodo aliqua *feodali sublimatione Ghisnensis* terrae finibus appropriare & in ea pedem figere potuisset, facilius ad mentis conceptum, ad totius uidelicet terrae dominationem pertingere posset & accedere. Quod ubi a quibusdam huius secreti abditi conscii (nihil enim absconditum, quin sciatur) uenerando seni perlatum est, aegre tulit sed oculte sustinuit. Nec tamen amaricato gutture in nepotem linguam exasperat nec in eum turpiloquio aut turpibus inuehitur obiectis, sed ad tempus omnia suffert, omnia sustinet. *Arnoldus* autem omnino ignarus, quod auunculus suus de cogitatu suo aut conscientia aliquid sciret aut praemonitus uel praemunitus de secreto suo consilio quicquam cogitaret, ad eum uiriliter accedit & prudentis more non arrogantis cum modestae humilitatis consuetudine ab

Ghisnensem comitatum sibi adquirere satagit,

quod Manasses Ghisnensis com, auunculus eius aegre ferens

ab eo petiit, ut infra terram *Ghisnensem* in sustentationis solatium & honoris sui promotionem aliquod sibi impartiti dignetur beneficium.

CAP. XLV.

Quomodo comes MANASSES *dedit nepoti suo* Gandauensi Arnoldo Tornehen *cum appendiciis.*

VEnerabilis uero senex, ultra quam aure capescere fas est nepotis uoluntate & intentione, licet insidiosam *Samurensium* expectationem non ignoraret aut ambigeret, bilibri lance summa cum discretione ad stateram appensam pensauit; hinc magnanimi nepotis sui *Arnoldi* in armis strenuitatem; hinc neptis suae *Beatricis calculosae* de die in diem exaggerare & ingrauescere infirmitatem; hinc *Arnoldo* ipso uiuente iam terrae insidere parantem; hinc *Albertum* languescente uxore de uita eiusdem uxoris & de terra etiam desperantem; hinc rebellium in se frementium *Ardensium* contumaciam; hinc *Samurensium* cum *Ardensibus* confoederatam uirtutem & proprie, ob quam causam maiori constringebatur angustia, uirtutis impotentiam. Quamobrem omnium quosque dissimulans incursus elegit prudenter, quamdiu uiuere posset in pacis *tranquillitate uitam* degere, quam *suspectum* super se *nepotem* & ad insistendum terrae semper paratum cum odio & indignatione crudelitatis exacerbatione a se, immo a terra repellere. Dedit ergo ei, ut nepoti, ut militum inter milites strenuissimo & circumquaque notissimo,

re nibilominus postea perpensa uarias ob causas

concessit Arnoldo Gandauensi Tornehen *in feudum*,

mo, *Torneben* cum *appendiciis* eius *in feodum* & in pacis & dilectionis perpetuae amplitudinem & in corporalis sustentationis consolationem. *Arnoldus* itaque adepto, *tantillae dominationis* in terra *Ghisnensi* beneficio & altero pede comitatum appropinquante, quem in mente conceperat & in domino Deo & in potentia uirtutis eius constituerat, spem ad meliora perquirenda & capescenda suscitat. Vnde cum pro accepto huius muneris & *feodi beneficio* pro quantitate doni cum reuerentia gratias egisset & reddidisset *auunculo*, uidens *auunculum* iamiam morti appropinquantem & neptem suam nihilominus morbidam & ad mortem languescentem, acer, atrox in equos acuens calcaribus iras quanto citius potuit *castellanum* de *sancto Audomaro Willelmum* adiit & prae omnibus asciscit eum sibi & conciliat & confoederat amicum maxime eo, quod terrae, ad quam tota cordis intentione aspirabat, ei *loco propinquior* esset & *parentibus inclitis* & *amicis abundantior* & ad propositi spem in rei effectum producendum in subueniendo praestantior.

qui se totius comitatus Ghisnensis *aliquando dominum futurum confidit, ope castellani de Sancto Audomaro Willelmo.*

CAP. XLVI.

Quod WILLELMVS Audomarensis *castellanus duxit in uxorem* Milesendam *filiam* uicedomini *de* Pinlrinio.

HIc enim *Willelmus*, nec in hoc a proposito digredimur, uxorem pridem duxerat de *nobilissima* regis *Francorum Caroli magni* stirpe & familia progenitam *Arnulphi uicedomini*

Cuius uxor ex stirpe Carolina orta nomine Millesenda *filia*

domini de *Pinlrinio* filiam nomine *Millesendam*, ex qua genuit nobiles filios *Willermum* uidelicet, postea *Audomarensem* castellanum, *Hostonem*, *Gerardum* ecclesiae sancti *Audomari* praepositum, *Hugonem* de *Fallrenberga* & *Walterum Tiberiadis* uel *Tabariae* principem; filias quoque ad magnae generationis sobolem procreandam progenitas. Quarum prima & praecipua dicta est *Mathildis*, quae ad nostrum principaliter operatur propositum; Secunda *Eufemia*, quae nuptui data est *Balduino* de *Balliolo*, qui ex ea genuit filios *Gerardum* & *Hostonem* & filias *Adelidem* de *Comminiis*, *Mathildem* in *Anglia* abbatissam de *Warewella*, *Plessendam* & *Margaretam*; tertia *Gisla de Monasteriolo*, quarta & quinta *Luchgardis* & *Beatrix* in *Astromensi* monasterio sanctimoniales.

Arnulphi uice-domini de Pinlrinio.

Abbatia Warewellensis *in Anglia.* *Monasterium* Astromense

CAP. XLVII.

Quod ARNOLDVS Gandauensis *duxit uxorem* Mathildem Audomarensis castellani filiam.

IN multis igitur *Arnoldus Gandauensis* cum iam dicto *Audomarensis burgi* castellano *Willelmo* praelocutus dixit, tandem tantae nobilitatis uiri filiam nomine *Mathildem* & *Torneben* cum eius appendiciis ei concessit in *dotem*. De cuius procreatione filiorum licet nunc continue dictando prosequimur, multa tamen interim acciderunt, quae, ut postmodum luculentius clareant, praepostere posita subsequuntur.

Arnoldi Gandauensis uxor.

CAP. XLIIX.

De procreatione filiorum ARNOLDI Gandauensis.

Arnoldi ex Mathilde Audomarensis castellani filia filii quinque

PRocessit ergo *Mathildis* in diebus suis & concepit a uiro suo *Gandauense Arnoldo* & peperit ei *Balduinum*, quem comes *Ghisnensis Manasses* auunculus eius de fonte baptismatis in filium recepit adoptionis, & *Willelmum* de *Ghisnis* uocatum, qui *Flandrinam* comitis *Sancti Pauli Hugonis* neptem uxorem duxit & *Manassem* & *Sigerum* & *Arnoldum* adolescentem mortuum. Qui cum ad sepeliendum cum fratribus suis *Manasse* & *Sigero* ad monasterium deferretur, *Andriae* requieuit in collo super *Bramas* in *inuio* iuxta *quadriuium* uel compiti locum. Ob cuius rei memoriam est ibi *crux lignea* & eleuata & *albellus* cum *tilia* iuxta crucem ad peregrinorum & quorumlibet uiatorum ibi plantata est requiem & *pausidium*. Postea uero ab opposito ueniens uis ualida uenti crucem a loco suo remouit & acliuis, ut adhuc ad oculum patet, *albella*, ne totaliter corruat, sustentatur. Hos siquidem *quinque filios* ex ea genuit *Arnoldus* & *octo filias*, *Margaretham* uidelicet, primo *Eustacio* de *Fielnis*, postea *Rogero Curtracensi* castellano desponsatam; *Beatricem* primo *Willelmo Faramus* de *Tingreio*, postea castellano de *Bellomanso Hugoni* traditam uxorem. *Adelidem* primo *Insulensi* castellano *Hugoni* prius sancti *Piati Seclinensis* praepositi, postea *Roberto* de *Waueriaco* fratri *Hellini Flandriae dapiferi* siue

& filiae octo.

Flandriae dapifer

ſiue *Seneſcali* in dote ſua apud *Senghimacum* matrimonio copulatam; *Euſemiam* et *Luthgaudam* in monaſterio Sancti *Leonardi* apud *Ghisnas* primo ſanctimoniales, poſtea in eodem loco abbatiſſas, *Luthgauda* uidelicet ſucceſſiue poſt *Euſemiam*; *Mathildem* quoque *Balduino* filio *Willelmi Moranni* de *Hondeſchote* datam uxorem; *Ghislam* etiam de *Ag* ſiue *Aqua Waltero* de *Pollario* matrimonii lege deſponſatam; *Agnetem* etiam conſilio nepotum filiorum ſuorum uidelicet ſupradicti *Walteri Tiberiadis* uel *Tabariae* principis in *terra promiſſionis* maritatam. Quae in uoluntate patris, ut famoſiſſimam in longis et remotis terrarum tractibus extenderet proſapiam, relicto dulci ſolo nataliſque patriae loco pro honore, ut inclitam et faſtuoſam patri, ut iam diximus, procrearet ſobolem, o glorioſiſſimi patris affectum! o per omnia praedicandam filiae ſubiectionem! commutauit exilium. Sed ueneno, ut dicitur, in cibis accepto uel potibus inherbata ibi ſtatim mortua eſt et ſepulta. Praelibatis igitur quibusdam neceſſariis et cum quadam narrationis anticipatione explanatis, ut propoſito noſtro fideliter inſeruiamus, ad ſupra poſita ſuppoſitis continuanda pennam officioſam referamus.

ſiue Seneſchalcus. Senghimacum. *Monaſterium S. Leonardi.*

Walterus Tiberiadis *princeps.*

CAP. XLIX.

Quomodo comes MANASSES *mortuus eſt.*

SEnex itaque factus & decrepitus, quondam facie decorus & corpore praeſtans uenerandae memoriae comes *Ghisnenſis Manaſſes*, multaque circa ſenium aeger & ae-

Manaſſe comite Ghisnenſi *mortuo*

 grotus

in monasterio Andriae sepelitur.

grotus cum patientia perpessus, quae iuuenis tollerare uix aut aegre sustinuisset, cum rerum circumstantiis undique sibi oblatrantibus & aduerse insidiantibus aliqua sui corporis uel animi uirtute superstare aut resistere nullatenus ulterius potuisset, uiribus corporis omnino coepit destitui grauique febrium correptus aegritudine & in mortis lectulum collocatus, multa de nepte sua *Beatrice*, plura de nepote suo *Arnoldo* multoque pluriora de totius terrae desolatione queritando suis praemonens, demum obdormiuit cum patribus suis & in *Andriae* monasterio, ubi omnes *Ghisnensis* terrae comites & eorum filii, (ut eorum, qui eidem loco deseruire tenentur, monachorum autentica scripta testantur) sepeliri debent cum eisdem patribus honorifice spe beatae resurrectionis sepultus est.

Andriae monasterium sepulturae Ghisn. com. destinatum.

CAP. L.

Quomodo HENRICVS Broburgensis *castellanus nunciauit* Alberto apro *mortem comitis Manassis.*

Albertus aper *ex Anglia iure hereditario successurus*

AVdiens igitur *Broburgensis castellanus Henricus*, *Ghisnensis* terrae comitem *Manassem* uniuersam carnis uiam nuper ingressum, genero suo nunciat *Alberto* mortem comitis simul & totius rei euentum, quod fieri timescebat, iam quasi factum praedicat, *Arnoldum* uidelicet *Gandauensem Ghisnensi* terrae hiulcum & insidiosum & nisi mature sibi & terrae subueniat, terrae munitiones simul cum terra nec sine terrae depopulatione ipsum

ipsum iamiamque quodam pronostico rei futurae uaticinio occupaturum fore denuntiat, finis igitur mandati sub his uerbis includitur: *ut uidelicet ab* Anglia *in* Ghisnen*sem terram quantocius ueniens* Ghisnen*si comiti Manassi mortuo iam & sepulto recto ordine & iure hereditario succedat & instituatur.* Albertus igitur, quamuis in negotiis Angliae regis *Willelmi* circa ipsum honorifice detentus militaret, *Broburgensi* tamen *castellano* socero suo & mandatis eius acquiescens in Ghisnensem *terram*, quantocius potuit, peruenit simulque *Flandriae principi Theoderico hominio* rite exhibito Ghisnensium comes effectus est. Sed in terra Ghisnensi paruam moram faciens relicta uxore sua *Beatrice* socero suo *Henrico Broburgensi castellano* in Angliam pro susceptione terrae, quae in Anglia ex parte uxoris suae ei excideret, ad regem properauit. Vbi impetrato a domino rege, quod iuste postulauerat, spontaneae uoluntati suae quandam necessitatis opponens inferentiam, morosius cum rege perhendinauit. Intelligebat enim uxorem suam languidam & calculosam & sibi matrimonii debitum soluere pertimescentem. Ingrauescente autem in uxore sua *Beatrice* solito uberius langore saepius a socero suo *mandatus* aduentum suum distulit & in Ghis*nensem* terram uenire renuit.

Theodorico Flandriae comiti homagium praestat

& redit in Angliam,

nec in Ghisniam rursus proficisci cupit.

CAP. LI.

Quomodo comitissa ENIMA *instaurauit cenobium sanctimonialium apud* Ghis-

nas & *ibi demum mortua & sepulta est.*

Enima com. Ghisnensis Manassis uxor.

INterea uidua uenerabilis *Ghisnensis* comitissa *Enima* diuini amoris fomitem, quem erga uirum suum comitem uidelicet *Ghisnensem Manassem* interius pridem accenderat, pia cordis intelligentia reformat plenius & resuscitat et uotum, quod pius eius maritus lecti & deuotionis eius consors pridem Deo uouerat, mature Deo reddere dispofuit. Audiuit enim aliquando in psalmo & bene intellexit: Vouete & reddite Domino Deo uestro omnes, qui in circuitu eius offertis munera terribili & ei, qui offert uotiuum Deo spiritum principum. Sicut enim in supradictis quandoque praemisimus, *Dei* amicus *Ghisnensis* comes *Manasses*, ut domum non manufactam habitaret & possideret cum superis in caelis, domum manufactam in terris construere & aliquando alicubi conuentualem instaurare, dum adhuc in prosperitate uigeret & gloria, decreuit ecclesiam. Sed cum sancta comitis uota causae praepedissent multiplices & in operis effectum iuxta animi affectum non processissent, uidua uenerabilis & per omnia Deo laudabilis pro se & pro uiro suo uota Domino Deo reddit & soluit. Instaurauit igitur apud *Ghisnas* in propitiationem animae suae & uiri sui *Ghisnensis* comitis *Manassis* & praedecessorum successorumque suorum de *redditibus suae mensae* sancti *Leonardi* confessoris & *episcopi* ecclesiam et cenobii claustrum, cui sanctimoniales in *Astromensis*

fundat Monasterium S. Leonardi

ex bonis mensae suae destinatis.

mensis ecclesiae monasterio sumptas Deo in perpetuum seruituras adhibuit. Quibus et religiosissimam praefecit abbatissam nomine *Sibillam* uel *Sibiliam* de genere & cognatione *Adelae Ghisnensis* quondam comitissae, quam superius *Christianam* nuncupatiue nominatam diximus, in *Lotharia* regione sumptam, eamque in ecclesiam sancti *Leonardi Ghisnensis* super sanctimoniales nuper introductas dominicae incarnationis *anno 1102.* intronizauit. Cui prima successit *Mathildis Campaniensis*, cui *Adela* de *Mardica*, cui uenerandae nobilitatis genere & sanctitatis nomine foeminae immo matronae eiusdem loci sanctimoniales *Eufemia* nominis appellatione bonam foeminam non obliterans & post eam successiue, sicuti iam diximus, *Luthgarda* corpore & sanguine soror eius germana sanctitatis & religionis nomine in Christo filia, *Ghisnensis* comitis *Arnoldi* filiae. Post *Ghisnensis* igitur cenobii instaurationem non multo interiecto temporis spatio uenerabilis matrona & domina *Ghisnensis* comitissa *Emma* assumpto & induto sanctimonialium indumento & habitu apud *Ghisnas* carnis debitum soluit ibique solenniter, ut sanctimonialis, immo uere sanctimonialis a sanctimonialibus decantata & pie in Domino deplorata est & honorifice sepulta.

Prima abbatissa ibidem inaugurata Sibylla, 1102.

cui successerunt Mathildis Campaniensis. Adela de Mardica. Eufemia & Luthgarda comites Ghisnenses.

CAP. LII.

Quomodo Gandauensis ARNOLDVS *apud* Fornechen *consiliariis & fautoribus suis consilium suum aperuit.*

AVdiens autem *Arnoldus Gandauensis* & iuxta

Arnoldus Gandauensis intelligens Albertum aprum parum curare Ghisn. comitatum

iuxta quod diligenter exquisierat, satis intelligens, quod *Albertus* de uita uxoris suae non minus quam de *Ghisnensis* terrae comitatu desperaret & ob id in *Ghisnensem* terram saepe & iterum & iterato saepius a *Broburgensi* castellano *Henrico mandatus* de die in diem aduentus sui diem dilatando, cum quadam negligentia uel animi desidia uenire supersederet, de sua promotione nimirum sollicitus admodum & ambitiosus, *Audomarensis* castellani *Willelmi* soceri sui & sororiorum suorum consilio cum aliquantis secreti sui consciis in castellum suum apud *Torneben*, propositum suum quantaque potuit calliditate dissimulans, introiuit ibique cum suis quantulamcumque moram faciens sub interminatione uitae suis praedicebat & praecipiebat, ut quicquid mente concepisset & ipsis in consilio aperiret occultum inter eos haberetur & absconditum & *Arnoldum comestorem* de *Hammis* omnino lateret. Hunc siquidem *Arnoldum* de *Hammis comestorem* appellatum filium *Roberti* comes *Albertus* in *Angliam* proficiscens *bailliuum* in terra *Ghisnensi* substituerat & totam terram ei custodiendam commendauerat. *Barones* autem uniuersae terrae aduentum comitis *Alberti* diutius praestolantes & circumquaque tremefactum conspexissent & pertimescentem populum missis iterum, ut saepe saepius & saepissime in *Angliam* nuntiis, uiris uidelicet autenticis & consilio plenis cum scriptis ualentibus & praestantibus & ut ad subueniendum terrae cito ueniat eum excitan-

consilium cum suis amicis init

& Arnoldo comestore Hammis praefecto terrae Ghisnensi sibi aduersante

nobiles terrae reliquos ad suas partes trahere studet,

citantibus, in *Ghisnensem* terram accedere omnino refutauit. Huius ergo rei praescius *Arnoldus Gandauensis* interim apud *Tournechen* residens & moram faciens missis per uniuersam *Ghisniam* exploratoribus & satrapis, si quos habere potuit fautores ad suae uoluntatis expletionem & adiutores diligenter & sollicite perquirit. Acceptis itaque a quibusdam terrae *baronibus* epistolis audit & intelligit, quod mentem eius aliquatenus exhilerauit. Loquitur ergo secreto cum quibusdam *baronibus*, quibus consilium suum communicauit & publicauit & eorum communicatis sibi uiribus, satellitibus, qui *Ghisnas* custodiebant, precibus & precio simul & promissis corruptis & ad sibi obtemperandum & satisfaciendum allectis & attractis minisque nichilominus & uerbis & uerberibus afflictis & conuictis & ad id, quod nolebant, sine difficultate coactis & a firmitate quasi in hac parte infirmis sponte propulsis *Ghisnas* impiger insilit & munitiones uiriliter occupat imperterritus. Quod cum intellexisset *Marlriniensis uicecomes Arnoldus*, licet strenuissimos milites haberet fratres *Simonem* de *Marlrinio* & *Iordanum* promptissimum in armis & audacissimum aliosque magni nominis & uirtute innumerabiles ei cohaerentes, magis magisque sibi timuit. Et conuocans fratres suos & notos amicos consulit ab eis, quid facto opus sit. Ad quorum consilium uellet nollet *Gandauensi Arnoldo* per internuntios spopondit, *quod si comes Albertus infra quadraginta dies ad Ghisnensis*

quorum ope Ghisnas occupat.

terrae ſubuentionem non ueniret, ei ſponte ut terrae comiti, hominium, ſi alii eius compares & terrae barones hoc idem facerent exhiberet.

CAP. LIII.

Quomodo BALDVINVS Ardenſis *domini filius ſe ad* ARNOLDVM Gandauenſem *tranſtulit.*

Arnoldus Gandauenſis *ſibi amicos facit barones comitatus* Ghisnenſis

BAlduinus autem *Ardenſis* domini filius cum nihil adhuc uel parum terrae in terra poſſideret, & *Ghisnenſes* comites, ut olim praedeceſſores ſui, eo quod *Ghisnenſibus* comitibus nullam exhibere ſubiectionem dignarentur aut reuerentiam, ſemper exoſos haberet & ſuſpectos, & cum audiſſet *Gandauenſem Arnoldum* Ghisnis inſidentem, ad ipſum ſponte conuolauit. Similiter & alii quidam de uiribus ſuis non praeſumentes neque confidentes & de comitis *Alberti* aduentu & de terrae ſubuentu iam deſperantes, *Gandauenſi Arnoldo* ſe iungebant & ei manus in auxilium ſponte offerebant & fidem licet in perfidia praeferentes promittebant. Quid amplius? Omnes fere *Ghisnenſis* terrae *barones* ſibi aſciuit & confoederauit *Gandauenſis Arnoldus* & alligauit praeter *Arnoldum Hamenſem*, qui totam terram *Ghisnenſem*, ut iam dictum eſt, a comite *Alberto* cuſtodiendam acceperat. Ille ergo *Arnoldus comeſtor* agnominatus, cum accepiſſet *Arnoldum Gandauenſem* propulſis *ſatellitibus* ſuis *Ghisnis* inſidentem & *barones* terrae conſentientes & eum expellere non intendentes, ſed ei iamiam fere aperte fauorabili ſubuentione uiros

praeter Arnoldum *Hamenſem*

comeſtorem *dictum*

ros & uires in bello, si opus acciderit, adminiculantes & administrantes, a *castro*, quod olim a *ueterum uico Alderwicum* dictum est, cui cum uiris & uiribus insistebat, missis quantocius nuntiis *Broburgensi* castellano *Henrico* factum rei indicat & *Arnoldum* *Gandauensem* *Ghisnis* insidentem terrae *Ghisnensis* omnium *baronum* sibi conciliasse fauorem.

Castrum Alderwicum.

CAP. LIV.

Quomodo ARNOLDVS *in* Fubberti *nemore a clientibus suis morti datus est.*

INterim autem dolor lachrimabilis & opprobriosum in sempiternum dedecus accidit in terra. Cum enim *Arnoldus* *Gandauensis* in solennitate sanctorum innocentium cum *Balduino* *Ardensis* domini filio, & aliis *militibus* suis & *satellitibus*, *satrapis* & *uernulis* *Ghisnis* ad uescendum discubuisset, ecce nuncius celerius aduolat, qui *Arnoldum* iuuenem *Ardensis* oppidi dominum in *Fubberti* nemore iuxta *Norhout* a seruis suis prostratum, proh pudor! & iugulatum, immo morti datum esse nuntiat. Surgens igitur *Arnoldus* *Gandauensis* quantocius a mensa & munitionem castri *Ghisnensis* fidelissimis suis sub *periculo honoris* & *uitae* monendo & districte praecipiendo commendans *Balduinum* *Ardensem* iam sibi confoederatum quantocius introducit in *Ardeam* & ei portas aperiri fecit, & castellum & *Ardensis* honoris & dominii *principem* eum constituit & dominum.

Arnoldus Ardensis dominus a suis interficitur

in Fubberti nemore.

Balduinus Ardensis dominus efficitur.

CAP.

CAP. LV.

Quomodo ARNOLDVS Gandauenſis Broburgenſem *caſtellanum* Henricum *apud* Auderwicum *bello laceſſiuit.*

Alderwicum.

BRoburgenſis autem caſtellanus *Henricus* cognito literis non minus quam nuntiis & famā in *Ghiſnenſi* terra facto rei euentu apud *Alderwicum* cum *militibus* & armata *plebium* multitudine in iram, in indignationem frendens ocius aduolat. Quod audiens

impiger Arnoldus, *collecto milite clamat,*
ingeminans arma, arma, uiri! bellare neceſſe eſt,
bella manu, bella ore gerens, nihil eſt ſine bello,
quod facit aut dicit. Tanta eſt ſibi gloria belli,
tantus amor belli, tanta eſt fiducia belli
tantaque ſpes tangit Ghisnenſis *eum comitatus;*
ſed neque diſſimulat, quod pridem mente recepit.
Quin comes eſſe uelit tantum confidit in illis,
cum quibus a primis ſeruandum foedus iniuit
Et uires proprias alienis uiribus auget.
Aduolat Ardenſis *dominus ſimul* Audomarenſis
Hinc ſocer, hinc ſoceri, nati proceresque propinqui
Hinc populus peditat, qui ſolo nomine guerrae
ſponte ſubit uel adit tanti diſcrimina belli.

Praelium Arnoldi

Aſſumptis igitur ſecum quotquot habere potuit equitibus & peditibus apud *Alderwicum*, ubi

ubi primus belli motus accidit, festinat *Arnoldus Gandauensis* & *castrum* simul cum *Bruburgensi castellano* & *Arnoldo Hamensi* cum fautoribus & adiutoribus suis, *militibus* uidelicet supradictis & satellitibus uiriliter considet & bellis accingit. **Gandauensis cum Henrico Broburgensi.**

Hic ergo Gradiuus adest, pugnatur utrinque.
Namque Broburgensis Henricus castra tuetur,
Interiora, suos exhortans recta tueri
& iustam causam denuntiat, altera castra
fasque piumque monens confundere iure perempto.
Sicque sagittiferos monitis animauit & imber
telorum cecidit super hostes grandinis instar.
Extera castra mouens Arnoldus nil nisi bella,
nil nisi bella cupit, sociis ad bella uocatis
praemia promittit, secure uiuere posse,
dummodo sit uictor, dominari non cupit ipsis,
sed socius fieri. Promissaque praemia fictis
uerborum phaleris obnubilat organa uocis
Tota cohors reboat uocemque loquuntur eandem
assensumque manu praebent, sonat undique Mauors
& certant superi? cuinam uictoria cedat,
Henricum sors prima iuuat, nam recta tuendo
iustius arma tulit, uires Astraea ministrat
uirgo Broburgensi, frendens Gradiuus in hostes
Et Bellona potens Arnoldia *castra tuentur.*

Arnoldus igitur turrim ecclesiae militibus munit & armis & cum eis eandem turrim, quasi

quasi bellicum *machinamentum* uiriliter ingreditur & inde belli inquietudine cum eos, qui infra firmitatis uallum erant, *Broburgensem* uidelicet *castellanum Henricum* & *Arnoldum Hamensem* & eorum fautores fere ad deditionem compulisset & coegisset *Henricus* sibi metuens & suis cum *Hamensi Arnoldo* apud *Broburgum* nocte secessit & munitionis uallum sine uiris & uiribus proh pudor! desolatum reliquit. *Arnoldus* autem munitionis aggerem corripit & uallum impiger insilit & uniuersae *Ghisnensis* terrae partibus singulariter dominatur ut comes, & uniuersas terrae munitiones militibus, quotcumque opus est, munit & *satellitibus*. *Henricus* uero tantam sibi illatam iniuriam tamque notabile et notorium sibi obiectum dedecus et opprobrium aegre sustinet et indignanter accipit. Totius itaque malignitatis spiritu debacchatus bilis amaritudinem suscitat omnemque accendit iram & indignationem et ad miserrimae *Ghisnensis* terrae depopulationem et subuersionem totum suspendit animum. Sed cum *Arnoldus* omnes uniuersae terrae *Ghisnensis* sibi subiecisset, ut iam diximus, et uendicasset munitiones nec haberet *Henricus*, ubi secure pedem figere posset, in ea cogitauit, si quo modo *Almari* uallum uel aggerem firmare et aliquo bellico machinamento munire posset. Per illius firmitatis munitionem totam *Bredenardam* et sic uniuersas terrae *Ghisnensis* partes sibi subiugare non dubitaret.

Arnoldus Gandauensis uictor

Ghisnenses terras occupat.

Henricus Broburgensis Almari uallum munire satagit.

CAP.

CAP. LVI.

De ALMARI uallo.

FVit autem praediues quidam in *Bredenarda* de genere *Echardentium* oriundus nomine A*lmarus*, qui tantum in suis confidebat uiribus et amicis, quod contra G*hisnensem* comitem a septentrionali parte A*lderwicensis* uillae aggerem praesumeret et eleuare et *Dunionem* firmare. Sed cum propter temeritatis contumaciam et rebellionis praesumptionem a terra propulsus esset A*lmarus* nec immerito a *Ghisnensi comite*, machinamentis bellicis & apparatibus super aggerem & ab *Almaro* prius eleuatis a comite postea dirutis & conuulsis & ad terram prostratis remansit agger sua spoliatus munitione & uallo, unde & multo tempore post locus ille A*lmari* uallum uel agger non sine rei causa appellatus est.

Gens Echardentium, *unde* Almarus *ortus contra Ghisnenses suas terras munit, sed eiicitur,*

Almari uallum a conditore nomen habet.

CAP. LVII.

Quomodo Broburgensis *castellanus* HENRICVS *carpentari fecit castellum apud* Broburgum & Almari *uallo adaptauit.*

MIsit ergo *Henricus* castellanus *Broburgensis* secreto *geometricos* & *carpentarios* ad A*lmari* uallum uel aggerem, ut locum cum *geometricalibus perticis* ambirent & ad mensuram aggeris proportionaliter metirentur, & pro quantitate loci ignorantibus A*rnoldo* & G*hisnensibus* apud *Broburgum* turrim & bellica propugnacula aliaque machinamenta clanculo construerent & A*lmari* uallo in intem-

Henricus Broburgensis castellanus prope Broburgum castellum construit ad Florem *nominatum,*

tempestae noctis silentio non sine militibus, uiris & uiribus adaptarent. Dixit ergo *Henricus*, & ecce facta & parata sunt omnia & suo loco in sublimei erecta & collocata. Munitiones autem illius castrum ad *Florem* nominauit, non quia in summitate turris *erecta* stetisset *lancea* & in *summitate lanceae flores campi circumligati* fuissent, ut quidam garriunt; Sed quia in illius castri munitione *militum* & *saggittariorum* aliorumque bellatorum *florem* & *electuarium* ad *Ghisnenses* debellandos intromisit. Surgens ergo mane *Arnoldus* & uidens turrim & propugnacula cum ceteris bellicis machinamentis in *Almari uallo* subito & inopinato erecta atque eleuata, *uniuersam* commouit in arma *patriam*. Aduenerunt itaque *Ghisnensis* omnis terrae, quos sibi asciuerat, *barones* aliique multi & innumeri a pluribus locis euocati. Qui postquam simul conuenerunt in unum apud *Audenwicum*, castellum, quod ad *Florem* nominauerunt, obsederunt & egressi quidam de *Broburgensibus*, *Ghisnensibus* obuiam non sine multo utriusque partis sanguine *Gossonem* de *Norhout* interfecerunt & multos hinc inde captiuos abduxerunt. Sed cum *Broburgenses Ghisnensium* turmas in fortitudine praeualere conspicerent, in castro suo apud *Almari uallum* quam citius potuerunt, recepti sunt.

& cur?

quod Arnoldus Gandau. collecto exercitu obsedit.

CAP. LVIII.

Quomodo Ardensis dominus Balduinus *ad* Florem *siue ad* Almari uallum *in capite sagittatus est.*

Vbi

VBi cum persequerentur *Ghisnenses* & *Broburgensium* castellum conuellere & destruere se praepararent & accingerent, exclamauerunt *Broburgensium* sagittarii & ecce à parte *Broburgensis* castellani ab aliquo ueniens sagitta stetit in capite *Ardensis domini Balduini* & ad cerebrum usque penetrauit. *Arnoldus* autem & omnes simul *Ghisnenses*, pro eo, quod tantae dominationis princeps tam grauiter fere usque ad mortem uulneratus esset, condoluerunt & in gemitibus eum planxerunt inenarrabilibus. Retracto igitur pede recessit *Arnoldus* a loco & sui, & non sicut superbum, sed sicut uulneratum *Ardensis* oppidi Dominum in *Ardeam* detulerunt *Balduinum*. Quomodo autem idem *Balduinus* suscepto uulnere in periculo mortis cum uenerabili de *capella* sanctae Mariae abbate *Theoderico* super *Ardensis* ecclesiae praepositura colloquium & secretum habuit consilium, ad tempus scribere differimus. *Broburgensis* castellanus audiens *Ardensis* oppidi *dominum Balduinum* ad mortem uulneratum, non audens ad *Florem* ulterius moram facere, cum suis apud *Broburgum* iterum turpiter abscessit. *Arnoldus* uero cum suis calido pede persequitur. Sed cum ad *Florem* deuenisset, turrim & *tabulata lignorum* & propugnacula cum uallo funditus prostrauit & ad terram deiecit & hinc illinc dissipauit & apud *Alderwicum* maxima ex parte deferri fecit. Sicque *Almari* uallum uel agger, ut quondam, usque hodie a

Balduinus Ardensis dominus in obsidione Almari ualli sagitta ictus,

quod in causa fuit, ut ab obsidione liberaretur munimentum;

nihilominus derelictum idem a Broburgensibus occupatur ab Arnoldo & destruitur.

ſuis turribus & machinamentis bellicis deſolatus remanſit & ſpoliatus.

CAP. LIX.

Quomodo Broburgenſis *caſtellanus* Henricus *totam* Ghisniam *deuaſtauit.*

Quare Broburgenſes in terras Ghisnenſium irruentes eas depopulantur.

AB illo autem die non ceſſauit *Broburgenſis* caſtellanus *Henricus* *Ghisnenſem* impetere & oppugnare terram. Sed ueniens in manu forti & brachio extento collectis uiris, collectis uiribus propriis & alienis ad miſerrimae *Ghisnenſis* terrae depopulationem & depraedationem, nulla motus inſontium pauperum prece uel calamitate, ſubinfertur & ingreditur & oppida diruit, uillas uaſtauit, eccleſias in fauillam conuertit, homines captiuauit, beſtias & praedam abduxit. Conualuit autem *Ardenſis dominus Balduinus* & a uulnere ſincere curatus & aegritudine pro recuperata corporis ſanitate plenas in ſancta eccleſia Deo retulit gratiarum actiones & iam iuxta conſilium uenerandi patris & abbatis ſanctae Mariae de *capella Theoderici* adiutorii uires cum *Gandauenſi Arnoldo* ulterius non communicauit. Nec cum eo iam ad conſilium contra *caſtellanum* ambulauit. Quod audiens *Broburgenſis caſtellanus* congaudebat ei & congratulabatur admodum & miſſis ad *Ardenſem Balduinum* legatis cum epiſtolis multas ei gratias egit, quod iuſtas ulterius iuſto partes amplius oppugnare non intendat. *Balduinus* autem ueriſimiliter de promotione ſua corde ſollicitus & animo, cum uideret *Albertum* deſidem & terrae nullatenus appropinquantem neque

Balduinus autem curatus a uulneribus a Broburgenſium partibus ſtetit

que subuenientem, remissis nuntiis similiter cum literis & epistolis ad castellanum, sciscitatur ab eo, si *neptem suam* ab *Alberto separare* & eam sibi *iusto* & *ecclesiastico* ordine copulare uoluerit; seipsum, tanquam *Eustacium* filium, cum suis omnimodo possessionibus & amicis deuotum sibi fore & cum omni diligentia & reuerentia sincerum sibi exhibere seruitium & *Arnoldum Gandauensem* a terra repellere & terram ab eodem A*rnoldo* liberare iactat, concedit & compromittit. Quod audiens & percipiens castellanus iocundior admodum effectus remissis nuntiis quantocius ad *Balduinum*, omnia, sicuti ipse dixerat & postulauerat & in re uoluerat, per omnia se ad uoluntatem suam ita uelle ei indicauit, rescripsit & renunciauit.

Beatricem in uxorem ducturus.

CAP. LX.

Quomodo Albertus aper *&* Beatrix *separati sunt, &* Beatrix Ardensi *domino* Balduino *desponsata est.*

MIsit ergo castellanus *Bernuinum* de sancti Audomari ecclesia *presbiterum* aliosque simul presbiteros & milites cum nepte sua ad A*lbertum*, & exposita ei uiae causa aegritudinem uxoris suae cum aliis sufficientibus causis ei praetulerunt *accepto die* & *statuto iudiciario* ordine & *ecclesiastico* separati sunt *Albertus* & *Beatrix*. Et A*lberto* in A*ngliam* remanente *Beatrix* ad patrem suum apud *Broburgum* reuersa est. Quod ut perlatum est A*rnoldo Gandauensi* rem, uti potuit, dissimulans sibi suisque timuit. Nam, quod solum uerebatur, in proximo accidit. *Balduinus*

quae quoque ab Alberto apro separatur

consentiente Theodorico Flandr. comite.

Broburgensis sic & Ardensis socii & amici facti unita ui Arnoldum inuadunt.

nus etenim dominus *Ardensis Broburgensem castellanam filiam Beatricem* maritalis lege matrimonii, *comite Flandrensi Theoderico assensum praebente*, iam sibi copulauit uxorem. Facti sunt itaque *Broburgensis* castellanus & *Ardensis dominus* quasi pater & filius, quasi cor unum habentes & animam unam. Vnde & coniurati *Arnoldias* partes lacessentes & inquietantes miserrimae conditionis pauperes rebus quantilisque cum minutis spoliantes & depraedantes, nihil *Arnoldo*, nisi in castris & munitionibus illibatum aut intactum reliquerunt. *Arnoldus* ergo sibi timuit, & tamen infra terrae munitiones & oppidorum receptacula solito diutius obseratus & detentus constanter in proposito perseuerabat. Vna autem dierum, cum apud *Ghisnas* in capella beatae Mariae redemptionis nostrae misterium audiret & clericos simul cum capellano suauiter & dulciter decantantes *graduale*, quod est: *iacta cogitatum tuum in Domino & ipse te enutriet*, & ei admodum complacuisset, quesiuit a fratre suo *Balduino monacho*, tunc tamen *milite*, tam delectabilis cantus *mislicam* interpretationem. Quod cum ad literam ei sufficienter exposuisset addidit & fidus interpres: *Frater mi & domine, spera in domino & ipse faciet, ne timueris, ecce enim, ecce iamiamque diues factus eris homo, & ecce, ecce iamiamque multiplicata erit domus tuae gloria. Nunquam audistis, quam grata superueniet, quae non sperabitur hora & iam diues erit, qui modo pauper erat?*

CAP.

CAP. LXI.

Quomodo BEATRIX *mortua est.*

ADhuc eo quasi spiritu prophetico loquente & missa iam finita & decantata, aduolat, ecce, nuncius & magno clamore ad portam tam uociferans dixit: *Ardensem dominam Beatricem hac in nocte mortuam*, addens etiam, ut mos est, mendacia ueris & cum sero in uespere lac gustasset pinguedine concretum, hausto cum lacte ueneno.

Verum Arnoldo nunciatur mors Beatricis, quae ueneno necata falso dicebatur.

Vix talamum subiens mortis discrimen iniuit.
Sic ait atque aliquis clauso submurmurat ore
& sibimet loquitur nobis haec uerba relinquens:
O subitos casus fortunae! sidera tangens
labitur ad terram, nunc hunc, nunc prouehit illum.
Huic similis facta est mundi labentis imago
mane etenim floret, sed uespere durat & aret.

Vixit igitur *Beatrix* ista paucis diebus cum *Ardensi* domino uiro suo *Balduino*. Nam, sicuti saepe superius diximus, quia *calculosa* fuit & diutino languore macerata & confecta, *Ardeae* miserabili morte defuncta est & in *capitulo* monasterii beatae Mariae de *capella*, quia in locum cimiterii *Ardensis* ecclesiae nondum subrogati erant in *loco canonicorum uel introducti monachi*, non sine lachrimabili suorum eiulatu & planctu, ut in *nouissima tuba* in *sanctorum precibus monachorum* expiata inueniatur, honorifice sepulta

Sepulta in monasterio S. Mariae de capella.

pulta est. Super cuius sepulchrum soror eius uenerabilis matrona *Broburgensis abbatissa*, nomine *Mathildis* post aliquot annorum spacium *marmoream laminam* superponi fecit. Mortua itaque *Beatrice* & a patre & a suis multum diuque lamentata, cum *castellanus* comprehenderet & intelligeret, quod nihil aliud superesset, nisi quod, pro qua pugnauerat, causae &, quam diu desiderauerat, terrae eum omnino cedere oporteret, nulla *Ghisnensis* comitatus expectatione aut uana spe ulterius in terra delectatus aut retentus, postquam fere per *quinquennium* terram *Ghisnensem* inquietauerat per mediam terram *Ghisnensem* cum facibus & armis transitum faciens apud *Broburgum* in sua tandem receptus est & in terra *Ghisnensi* ulterius, o prouida fati fixa & immota manens series! non peruenit.

qua mortua rerum mutatur facies

& castellanus Broburgensis desperat de obtinenda terra Ghisnensi per quinquennium a se inquietata.

CAP. LXII.

Quomodo Gandauensis castellanus VVINEMARVS *mortuus est.*

INterea autem mortuus est *Gandauensis castellanus Vuinemarus*. Sed dum *Arnoldus* filius eius nimium intentus & sollicitus in acquirendo immo iam adepto & acquisito apud *Ghisnas* detineretur comitatu, *Flandrensis* honoris comes & *princeps Theodericus* inconsulto *Gandauensi* immo iam *Ghisnense comite* Arnoldo *Gandauensis burgi castellaniam Curtracensi* uicecomiti *Rogero* ad tempus concessit & commisit habendam. Quam postea in pace degens *Arnoldus* comes, ut filiam suam *Margaretam* uxorem duce-

Arnoldi Gandauensis patre Vuinemaro mortuo castellania Gandauensis *committitur* Curtracensi *uicecomiti Rogero.*

duceret *Curtracensis* uicecomes *Rogerus* & quamdiu uiueret, in pace teneres spopondit. Quod & uerbo simul & opere firmauit.

CAP. LXIII.

Quomodo Samurensis GALFRIDVS Ghisnensem *comitatum habere uoluit.*

ARnoldus itaque adepto non sine multo labore *Ghisnensis* comitatus honore *hominio Flandrensium* comiti rite exhibito & iam in *Ghisnensi* terra pacificatis sibi *baronibus* & in securitatis fide sibi allectis & in pace compositis, in pacis tranquillitate uiuere iam cogitaret; insurrexit in eum *Samurensis* cum infinita *cognationis suae* multitudine *Galfridus* germanus eius consanguineus & cognatus, ut uere dicere possit *Arnoldus: nusquam tuta fides sollicitumque aliquid laetis interuenit.* Iactauit igitur *Galfridus* in medio & dixit, quod *iure propinquitatis auunculo suo comiti uidelicet Manassi Ghisnensium comitatui hereditaria successione iustius deberet accedere & succedere, quam Arnoldus, eo quod Ghisla mater Arnoldi & Adelidis mater sua sorores fuerunt &* GHISLA MATER ARNOLDI IVNIOR *extiterit, quam mater sua* Adelidis. Super quo, licet superius de hac *Adelide* & eiusdem *Adelidis* liberis, quasi respirantes & alterum Herculem, dum spiritum attrahat Atlas, supponentes scribendi calamum *Samurensibus* accommodauerimus; ne aliud tamen de alio *Samurensibus* in nobis sublatrantibus in Ascrea ualle somniasse uideamur, excitati fama facti uerumque a ueridicis & nihil fictitantibus prosequentes dicimus ,quod *Samurensis*

Arnoldus Flandrensi *comiti hominium praestat,*

cui nihilominus litem mouet Galfridus Samurensis,

fundamentum praetensionis eius.

Autoris sententia hac de lite successionis,

rensis Galfridi matre *Adelide* dudum mortua & sepulta, sorore autem eius *Ghisla Gandauensis Vuinemari* uxore adhuc uiuente & liberis eius *Arnoldo* uidelicet, de quo sermo est, & aliis in flore iuuentutis adhuc uernantibus & uirescentibus & utriusque *Galfridi* uidelicet *Samurensis*, *Arnoldi* quoque *Gandauensis* auunculo *Manasse Ghisnensi* comite uniuersae carnis uiam ingresso & filia eius *Rosa* & eiusdem *Rosae* filia *Beatrice* mortuis simul & sepultis, nullo quoque e corpore comitis *Manassis* in terra *Ghisnensi* relicto semine, *Samurensis* GALFRIDVS non attendens MATREM SVAM ADELIDEM dudum MORTVAM & sepultam, AMITAM uero suam GHISLAM GANDAVENSEM ADHVC VIVAM ESSE & *superstitem* (prothnephas) quasi *recto procedente ordine*, *hereditario iure auunculo suo succedere deberet in Ghisnensis terrae comitatum* non impudenter & irreuerenter conspirauit & in cognatum suum germanum *Arnoldum* uidelicet, cuiuslibet ambiguitatis relegato scrupulo iam *Ghisnensem* comitem, temerario modo calumniam fecit. Sed ad semetipsum quandoque reuersus *Galfridus* eadem facilitate, qua *Ghisnensem* terram impudenter & iniuste prius calumniauerat, accepto super iniuria sua consilio *iustissimum Ghisnensis terrae heredem Arnoldum*, simul cum terra, sicuti oportuit & iuste debuit, in pace reliquit. Amplius de *Samurensibus* si quid expedit, ad *Samurenses* recurrite.

fauens Arnoldo Gandauensi & cur?

CAP.

CAP. LXIV.

Quomodo comes ARNOLDVS *suos ad se uocauit, honorauit & exaltauit.*

Comes igitur *Arnoldus* post multas altercationes, post multos bellorum incursus & tumultus edomitis & pacificatis atque mitigatis tam exteris quam in terra conuersantibus aduersariis suis omnibus demum *Ghisnensem* comitatum obtinens, in terra secure & in pace resedit. Et quoniam plerisque fit mage grata quies post longos saepe labores, paci, quantoque potuit studio, intendebat & insistebat. Suos in terram *Ghisnensem* ad se euocabat & confouebat istos secum in domo & familia colligebat & manu tenebat, illos in terra maritabat prae omnibus & in omnibus in gloriosa liberorum iocundabatur propagine & in eorum promotione feruentiori nimirum stimulo & sollicitudine animum irritabat & urgebat.

Arnoldus quietum nactus regimen tandem

suorum amicorum curam gerit.

CAP. LXV.

Quomodo Ardensis dominus BALDVINVS *Ierosolimam peregre profectus est.*

Interea *Ardensis dominus Balduinus* cum *Francorum* rege *Ludouico* & *cum Flandrensium* comite *Theoderico* et cum aliis *Flandriae baronibus Ierosolimam* peregre profectus est, Dominicae uidelicet incarnationis anno M.C.XLVI. Hic siquidem *Balduinus* terram suam & *Ardensis* praecipue *castri* curam *Arnoldo Gobel* de *Surlris*, qui et *castellanus Ardeae* dicebatur & erat, commendauit et eum in rebus suis disponendis usque

Balduinus Ardensis comitatur R. Franc. Ludouicum & Flandr. com. Theodericum in Palaestinam. 1146.

dum rediret *balliuum* conſtituit atque praepoſitum. *Arnoldus* autem *Marlrinienſis uicecomes*, qui ſororem eiusdem *balliui* duxerat *Adelinam* uidelicet et ex ea unicam filiam iam adoleſcentulam et pulchritudinis uernantem lilio genuerat, indignabatur et aegre tulit, quod ei terram ſuam commendatam non reliquiſſet. Sed dum patienter ad tempus ſuſtinuit, fama uolat et nuntiat *Ardenſem* dominum *Balduinum* nunc apud *Sathaniam* fame periclitatum, nunc in mari ſubmerſum, nunc inimicorum Chriſti gladiis trucidatum, ſic autem uel ſic ſine ſpe redeundi finaliter mortuum & ſepultum.

relicto praefecto Arnoldo de Surlris, quod aegre fert Arnoldus uicecomes Marlrinienſis. Varius de morte Balduini rumor.

CAP. LXVI.

Quomodo Marlrinienſis uice-comes ARNOLDVS Ardeae *dominus effectus eſt.*

QVo audito *Marlrinienſis uicecomes Arnoldus* conciliato ſibi et comparato tam *Flandrenſis* quam *Ghisnenſis* comitis amore & beneuolentia *Arnoldo Gobel* conſentiente aliisque *Ardenſis* oppidi *paribus* hoc ipſum adiudicantibus *Ardeae* dominus effectus eſt. *Stephanus* igitur *Elenardi* de *Senighebem* filius uidens & intelligens, *Marlrinienſem* uicecomitem *Arnoldum* in *Ardenſis* honoris *dominum* prouocatum eſſe et exaltatum, uidensque eiusdem *Arnoldi* filiam unicam & tanti honoris & dominii *hereditaria ſucceſſione heredem* in tempore futuram, ad eiusdem filiae coniugium aſpirauit. Vnde et hinc illinc concurrentibus et delatis uiris et uerbis eam tandem in uxorem ſibi fiduciauit et ſpopondit. Quod audiens *Ghiſnenſis* terrae comes

Arnoldus Marlrinienſis uicecomes Ardeae dominium nanciſcitur.

cuius filiam Stephanus de Senighebem ducere in uxorem ſpe ſuccedendi ſatagit

Arnol-

Arnoldus sibi metuens immo sibi, ut prudentis est, et posteris summa cum discretione praecauens et praemuniens *pensauit* hinc, si iam dictum contractum et confirmatum foret matrimonium in perpetuam iam pacificatae terrae discordiam et eiusdem terrae in breui obuenturum excidium, illinc animo deliberans, si iam dictam iuuenculam filio suo primogenito *Balduino* acquirere et lege matrimonii copulare posset, se ipsum et suos in terra perpetua posse pace gaudere arbitratur. Humiliatus itaque comes prudentissimus iuxta prudentiam et *seniorum* consilium inclinauit se ad pacem et secreto cum *Ardensi* domino *Arnoldo* et eius uxore *Adelina* praelocutus breuibus uerbis & uiae causam exposuit & intimauit.

quod impedire Arnoldus Ghisnensis comes studet,

CAP. LXVII.

Quomodo BALDVINVS Ghisnensis *comitis* Arnoldi *filius desponsauit* Christianam *Ardensis domini filiam.*

GRatificati ergo *Ardensis* dominus & uxor eius & admodum facti laetabundi filiam suam ad consensum eius postulandum conuocauerunt. Audiuit itaque filia, quod audire non displicuit, & ecce iam praesens astitit & hilerata uultus iam assensum exprimens & ad sciscitata de consensu uocem patris & matris *erectis auribus* inclinata, nullique libentius, inquam, responsura sono. Complacuit igitur utrique parti, utriusque patris sermo & uox omnium una erat & uoluntas dicentium, *fiat, fiat.* Duxit igitur *Balduinus Ghisnensis* comitis *Arnoldi* primogeni-

Id quod etiam obtinuit,

genitus *Ardensis* domini *Arnoldi* filiam uirtutum titulo & proprii appellatione nominis *Christianam*, fitque gloria in altissimis Deo & in terra *Ghisnensi* pax omnibus hominibus. Sic enim, sicuti iam diximus, ut perpetua pace gauderet & sui *minoratus* & *humiliatus* paulo minus ab *altitudine dignitatis* & *nominis Ghisnensis comitis primogenitus* & iamiam *Ghisnensis* comes futurus ad similitudinarium multorum exemplum & imitationem *nobilium ducum* uidelicet, *regum*, *imperatorum* se humiliantium & propter *similem causam sic uxorantium* & inclinauit se ad *hominis sui filiam* lege matrimonii in uxorem dignanter & ouanter suscipiendam.

comitis dignitas maior quam domini, quare excusat hoc comitis cum filia domini Ardensis coniugium, quippe qui uasallus erat.

CAP. LXVIII.

De constructione TVRRIS *&* MVRI *apud* Coluidam *& de aedificatione* infirmariae *apud* Lodebarnam.

INterim autem *Ardeae dominus Arnoldus* de *Marlrinio*, postquam in nemore, quod a *carbonibus lignorum* uel a *cultura* siue a *colore formae Coluida* nomen accepit, turrim suspendit & eleuauit in aere gloriosam & muro super *fossatum* circumcinxit undique & edificiis decorauit locumque per capellam ad seruiendum Deo fabricatam, Deo gratificauit, omnia sibi uidens ad uoluntatem accidisse in prosperitatem, cum esset diues mundo, euangelici diuitis non immemor, uolens Deo placere, qui per omnia secularibus & mundo placuerat, instinctu & rogatu uxoris suae uenerabilis matronae *Adelinae infirmariam* siue *infirmantium tugurium* & ca-

Coluidae *nemoris cuiusdam nomen unde?*

ibi construit Arnoldus Ardensis munimentum.

& fundat xenodochium,

& capellam extra *Ardeam* ſupra *uiam* tunc temporis *regalem* & populoſa tranſeuntium multitudine frequentatam apud *Lerdebernam* inſtaurauit redditusque ad ſuſtentandos infirmos ſiue *leproſos* nichilominus & *capellanum* eidem locum procurauit, & uniuerſae terrae *nobiles* & *populum* ad benefaciendum *miſerrimae conditionis* congregationi uerbis efficacibus animauit & exemplis.

CAP. LXIX.

De inſtauratione INFIRMARIAE *apud* Spellecas.

SVb eodem autem temporis curſu comes *Arnoldus* non diſſimili penes Chriſti pauperes a *membrorum compagio* deſtitutos & leproſos factos miſeratione compunctus, uidens Ardenſem dominum prius *Marlrinienſem*, nunc autem de *Coluida* uocatum *Arnoldum* domum infirmorum apud *Lodebernam* redditibus & infirmis inſtauraſſe, inſtaurauit & ipſe pauperum *cenodoxium* & leproſorum extra *Ghiſnas* apud *Spellecas*. Quod poſtea filius eius *Ghiſnenſis* comes uocatus *Balduinus* ampliauit et *capella* decorauit & *muro circumcinxit* & *decimis* & *redditibus* &, quod ſupereſt, adiutorio & aſſidua protectione & *uiſitatione* & elemoſinarum largitione frequentauit & fecundauit.

Quo exemplo excitatus Arnoldus com. Ghisnenſis itidem xenodochium prope Spellecas condit,

a filio Balduino redditibus auctum.

CAP. LXX.

Quomodo FOEMINAE LEPROSAE *apud* LODEBERNAM & HOMINES LEPROSI *apud* Spellecas *collati ſunt.*

DE illis autem duabus infirmariis ſiue infirmo-

Noua dispositio Xenodochiorum, scil. ut feminae Lodebernam, uiri Spellecas deportentur.

firmorum hospitalibus in tempore eiusdem *Balduini Ghisnensis* comitis facti & filii eius *Arnoldi* de *Ghisnis Ardeae* iam *domini* & *Broburgensis castellani* ita decretum est & satis rationabili & conuenienti prouidentia *accuratum* est statutum, quod omnes foeminae per uniuersam *Ghisniam* leprosae factae & apud *Lerdebernam* deportarentur atque confluerent et in ea sustentationis panem, quoad uiuere possent, acciperent. Masculini uero sexus, quotquot per uniuersam *Ghisniam* similiter lepra contracti uel contaminati inuenirentur apud *Spellecas* deportarentur, ubi *raucisona* uoce, quotidie mortem inuocantes panem doloris, quoadusque spiritum exalarent, perciperent atque comederent. Comes autem *Arnoldus* et *Ardensis* dominus de *Coluida* nominatus *Arnoldus* in tantam amicitiae coniuncti sunt confoederationem, ut unum par amicitiae et quasi noui et nuper in uitam reuocati *Theseus & Perithonus* praedicaretur et quemadmodum duae manus ad unius adhibitae sunt homini corporis sustentationem; sic et isti duo corpore quidem non, animo coniuncti sunt in una animi uoluntate, quasi in uno corpore ad totius terrae *Ghisnensis* consolationem et defensionem. Laetantur igitur omnes hinc et hinc *Arnoldiadae* et iam cessauerunt omnium undique persecutorum insidiae. Laetatur et exultat in pace *Ghisnia*, congaudet et congratulatur et *Ardensis* domini curia. Nec iam certant hinc *Ghisnenses* et hinc *Ardenses*, utri utris defe-

Arnoldi Ghisnensis & Arnoldi Ardensis arcta amicitia.

ran-

rantur aut parere debeant, cum alteri alteris uicario modo deferre contendant. Quippe cum dominus *comes* suae dominationis *dignitatem temperet* erga sibi *subiectum hominem* et *homo*, non attendens antiquam in *Ghisnenses* comites rebellionem, debitae subiectionis *famulatum* et *reuerentiam* omni loco et tempore non dedignatur exhibere suo *domino*, suo *principi*, ut *comiti*. Facti sunt itaque comes *Arnoldus* et *Ardensis* dominus de *Coluida*, ut iam diximus, nominatus *Arnoldus* quasi cor unum et anima una, nec erat inter eos per uniuersam *Ghisniam* aliqua in dignitate differentia, nisi quod alter diceba-tur *comes* et alter *dominus*; Sed cum *extra patriam saepissime dominus* diceretur *comes*, tamen ubique in integritate sui nominis et in honore suae dignitatis manens semper quod erat et praedicabatur et uere erat *comes*.

Dominus saepe dicitur comes quoque.

CAP. LXXI.

Quomodo BALDVINVS Ghisnensis *comitis* Arnoldi *filius genuerit* Mabiliam *de* Chisomo & Arnoldum *filium suum primogenitum*, *prius* Ardensem dominum & *postea nichilominus* Broburgensem *castellanum*.

COgnouit autem *Ghisnensis* comitis *Arnoldi* filius *Balduinus* uxorem suam *Christianam*, quae concepit et peperit *Ardeae Mabiliam Ioanni* filio *Petronillae* de *Chisomo* desponsatam uxorem. Concepit autem postea & peperit similiter *Ardeae Arnoldum* de *Ghis-*

Liberi Balduini Ghisnensis comitis. Filia nupta Ioanni de Chisomo.

Arnoldus filius est ille, cui autor dedicauit suam historiam.

Ghisnis, quem *nobis dominum a principio operis inuocauimus et patricium, propter quem & ad quem* & *de quo sudor in hoc opere nobis est & sermo.* Hic est, cuius amor in ea gloria, gratia, grato gratuito facit me numine uiuere gratis. In cuius laudibus ampliori stilo morosius insistere non necesse fore arbitramur, cum omnia, quae in eius operis contextu dicta sunt, aut dicenda eius laudi per omnia continent & gloriae.

CAP. LXXII.

De procreatione filiorum aliorum Villelmi *uidelicet* Manassis & Balduini *clerici.*

Reliqui filii scil.

PEperit etiam uenerabilis matrona *Ardeae*, ubi ut compendioso uerum perstringamus eloquio, totius & tantae *propaginis* & omnium suorum mater effecta est liberorum,

Willelmus *mortuus adolescens.*

Willelmum strenuissimum quidem militem sed in flore iuuentutis apud *Coluidam* abmortuum & *Andriae* cum patribus suis in assumptione beatae Mariae uirginis honorifice sepultum.

Manasses *patri inprimis carus, qui ei quoque donat* Roricboniam, *& alia praedia.*

Manassem quoque, qui ob insignem sapientiae eius & prudentiae uirtutem singularis quodam praeuilegio amoris post *Arnoldum* eius *primogenitum* in tantam prae ceteris acceptus est patris gratiam, ut ei *Roricboniam* cum appendiciis & *marisci* spatiosi amplitudine aliaque empta & precio comparata perplura contulit *beneficia.*

Balduinus *dictus clericus.*

Balduinum etiam clericum *Morinensis* ecclesiae canonicum & Neleiorum non Nestoris aruorum, sed ecclesiae sancti Petri apostolorum

rum principis iuxta *Montorium* procuratorem & personam & ecclesiarum in *Anglia* apud *Steuentoniam* & *Stistedas* & *Malingas* & *Baigtoniam* similiter *prouisorem* & *personam*.

CAP. LXXIII.

De morte comitis ARNOLDI.

PEr idem autem tempus contigit, quod comes *Arnoldus* iam aetate maturus & senio grauis, ut in rebus suis disponendis sibi prouideret & terrae, in *Angliam* proficisceretur, ubi cum apud *Niuentoniam* in *propria* mansione, quae cum pertinentiis eius ex parte *Ghisnensis* quondam comitissae *Enimae* ei contigerat & exciderat, per aliquot dierum spacium moram faceret, graui correptus aegritudine, diem autem suae mortis appropinquare non nescius de salute animae cogitans domui suae disposuit. Conuocatis igitur ecclesiasticis uiris & familiaribus, ut in aeterna quandoque recipi mereretur tabernacula, testamentum in domino sibi statuit & fecit aeternum. Dispersit igitur & dedit non lenonibus aut scurris *nomen* suum mundo praedicantibus; sed Christi membris & pauperibus, ubi cum multis in elemosinam multa dedisset apud *Santinghoueld*, ubi sepulturam sibi pridem elegerat, bellica arma & equum, canes & uolucres & quaecunque ludicra habebat secularia erogauit. Mortuus est itaque comes *Ghisnensis Arnoldus* & a *Niuentonia* apud *Santingheueld* delatus est & honorifice sepultus dominicae incarnationis anno M.C.LXIX. Quo anno regis *Stephani* quondam filia quandoque *Boloniae*

Arnoldus Ghisnensis *comes in Angliam profectus*,

ubi morbo correptus testamentum condit

& moritur.

1169.

niae dicta *comitissa* habitum religionis apud *Meschinense* monasterium resumpsit& ecclesiae, quae pro ea interdictae fuerant absolutae. Quo etiam anno ossa sacrarum uirginum apud *Liscbas* ab urbe *Colonia* delata sunt.

CAP. LXXIV.

Quomodo BALDVINVS Ghisnensis *comes effectus est.*

Cui succedit filius Balduinus itidem com. Flandriae homagium praestans.

B*Alduinus* igitur in omni secularitatis sapientia eloquentissimus & in militia pro quantitate corporis nulli per *Flandrensium* circuitum secundus aut posthabitus, adeo, ut merito diceretur patris non degener heres, accepta (uti moris est sapientis uiri) de morte patris consolatione, *hominio Flandrensium comiti Theoderico* rite exhibito, *Ghisnensium* comes effectus est. Cuius honoris mox ut obtinuit dignitatem, iustitiae rigore per uniuersam *Ghisniam* resplenduit, adeo, ut iustis in iudicio quasi iudex iustus & iudiciarius & iniustis terribilis & nichilominus laudabilis diceretur atque iudicia faciens mirabilia. Qui licet in adolescentia, antequam in comitatus proueheretur honorem & sollicitudinem, plerumque aetatis dissolutus incuria plerumque corporalis sustentationis & rerum constrictus penuria penes uitae necessaria minus prouidus aut curiosus haberetur, & cum insipientibus minus sapiens apparuerit uel insipientiam simulauerit; in comitatus tamen sublimatus honorem mox quasi nouum indutus hominem insi-

Laudatur.

Vitia iuuentutis uir factus deponens.

insipientes & malignos, qui semper oderunt sapientiam, ut iniquos, odio habuit.

CAP. LXXV.

Quomodo comes BALDVINVS *capellam sanctae Catharinae apud* Montorium *instaurauit.*

A primis igitur inter prima pietatis opera capellam sub honore beatae Catharinae martiris instinctu & rogatu christianissimae uxoris suae *Christianae* apud *Montorium* construxit & aedificauit, & in eadem capella oleum eiusdem Catharinae uirginis & martiris & sanctae uirginis et reliquias beatissimi *Thomae* martiris, cui specialem & prae aliis propriam exhibere decreuit immo debuit reuerentiam, eo, quod *militaribus* eum applicuisset sacramentis & *militis* ei nomen imposuisset & officium, collocauit. Et sub eiusdem capellae titulo *uenerabilem uirum & litteratoriae professionis* instructissimum de *Lothosia* oriundum *Michaelem* quondam *Ardeae* magistrum, quem idem gloriosissimus martir *Cantuariensis* ecclesiae archiepiscopus Thomas presbiterum ordinauit, *primum capellanum* instituit, & omnia, quae ad capellam necessaria fore edoctus est & ad capellanum tam in libris, quam in ceteris ornamentis eidem loco sufficienter, imo copiosissime procurauit.

Eiusdem fundatio capellae S. Catherinae.

Reliquiae Thomae martyris, Cantuariensis archiep.

Lothasia.

CAP. LXXVI.

Quomodo DOMVM ROTVNDAM *apud* Ghisnas *aedificauit & capellam.*

DEinde apud *Ghisnas* super *Dunionem* do-

Idem Domum rotundam *construit*

mum rotundam a lapidibus quadris aedificauit et excelsam in aëre suspendit. Quam in superiori parte machinae palam fecit et aequatam, ita ut plumbea tectura trabibus et transtris superposita pinnaculis aedificii sederet et ex alto prospicientibus non compareret. In ea autem domo cameras, habitacula et diuersoria multa praeparauit et diuerticula, ita, ut laberintho, *Dedalica* uidelicet domo parum discrepare uideretur.

& capellam.

Porro extra domum ante portam aedificii miro lapidum et lignorum tabulatu *Salomoniacae* gloriae capellam aedificauit; exteriorem uero *oppidi* firmitatem muro lapideo circumcingere coepit, sed et introitus portarum bellicis turribus et machinamentis muniuit et decorauit.

CAP. LXXVII.

Quomodo turrim apud TORNEHEN *reparauit & aedificia & uiuarium & carcerem turri inhumauit.*

Reparatio turris prope Tornehem.

POstea uero apud *Torneben* turrim, quam praedecessores sui pridem construxerant, iam rimis fatiscentem et hiulcam et lapidibus obrutis et a compaginibus disiunctis et dissolutis ruinam minitantem reparauit & reformauit, ita, ut sibi ipsi *salua dialecticorum pace* a primo statu dissimilis uideretur in reparationis factura. In ea quoque *laberinthini* formam aedificii exprimens & *gradalia* superaedificans *meicula* cameram camerae superposuit & diuersoria in diuerticulis Meandrici fluminis instar, inclusit. In ea etiam,

etiam, immo ſub ea per quasdam *occultas* fundamenti *chatapactas* infernalis *cacabi* inſtar ad miſeros reos terrendos, & ut uerius loquamur, plectendos, in imis terrae faucibus carcerem inhumauit, in quo miſerrimi poenis addicti mortales horrendi diem examinis praeſtolantes in tenebris cum uermibus in ſcalore & ſordibus panem doloris acciperent & odibilem uitam ſuſtentarent. In exitu autem turris in teſtudine lapidea capellam incluſit, cui *Sigerum attitulauit* capellanum & praefecit. Muros autem, infra quorum ambitum pugiles & athletas ſaepius conflictantes aſpeximus, renouauit, erexit et propugnaculis ordinauit, exacuit et exaſperauit; foſſato autem munitiſſimo atque firmiſſimo conuerſa parte templi uillam circumcinxit et firmauit. Ab occidentali uero parte uillae *Reueriae* fluminis aquas obiectu molis terrae et lapidum in modum *excluſae* non ſine magno labore et expenſa obſtruxit, et uiuarium magnis pleniſſimum piſcibus certis limitibus obſignauit.

Deſcriptio aedificii huius.

CAP. LXXIIX.

Quomodo FORVM *de* SVTCERCA *apud* Alderwicum *tranſtulit & ibi feſtum in penthecoſte conſtituit & firmitatem aedificiis & capella decorauit & uillam foſſato cinxit & mariscum deſiccauit & arabilem fecit.*

FOrum autem, quod apud *Sutcercas* in die dominica non prouida quidem conſideratione, ſed euentu fortuito ab anteceſſoribus

Nundinarum Sutcercenſium translatio.

bus ſuis inſtitutum fuerat frequentandum loco prudenter mutato, ſed die iuxta eccleſiaſtici et apoſtolici tenorem conſilii non alterato, apud *Alderwicum* transtulit, ubi et adiacentium partium uillanos ad communem quaſi ciuium habitationem inuitauit, coegit et adunauit et ibi feſtum in diebus penthecoſtes magis *ciuiliter* quam *theologice* ſolennizari et ab uniuerſo populo, mercatoribus et aliis gentibus propter rerum uenalium copiam ibi confluentibus frequentari inſtituit, indixit et iuramento confirmauit. Villam quoque duplici cinxit foſſato et aggerem in medio domibus et neceſſariis aedificiis aedificauit et capellam in introitu interioris ualli, ſicut ſanctorum decet et docet tabernaculum, cum omni diligentia et reuerentia in honore ſancti Nicolai portae ſuper, aedificauit. Cui ſanctiſſimae uitae presbiterum cum libris et ceteris eccleſiaſticis ornamentis ad ſufficientiam immo ad ciuium ſupernorum gloriam *Stephanum* praefecit et procurauit capellanum. Sic ſic eiusdem loci *mariscum* multiplicibus *Idrae* capitibus amputatis Herculina calliditate deſiccauit.

CAP. LXXIX.

Quomodo nati ſunt AEGIDIVS & SIGERVS, Adelina & Margareta & Mathildis & *quibus coniugibus matrimonio copulati.*

Balduini com. Ghisnenſis *liberi eo-*

INterea ſub eiusdem fere temporis decurſu uenerabilis matrona *Ghisnenſis* comitiſſa *Chriſtiana* concepit et peperit *Aegidium*, prius

prius quidem *literatum*, poſtea *militem*, qui *nobilis uiri* & prudentiſſimi *Euſtacii* de *Mongardinio* filiam *Chriſtianam* duxit uxorem; Deinde *Sigerum*, qui ſimiliter *nobilis uiri Henrici* de *Seltunio* iuxta *Memerim* in diuiſionem terrarum, unde nomen accepit, a gentilibus olim conſtructam, filiam *Adelidem* duxit in uxorem. Peperit etiam *Adelinam Balduino* de *Engoudesben* uel de *Marciſio*, de *Caiocho* tamen nominato prius deſponſatam uxorem, poſtea uero *militum* ſtrenuiſſimo *Hugoni* de *Malo* ſiue *molli alneto*. *Margaretam* quoque *Rabodoni* de *Ruinis* deſponſatam uxorem & *Mathildem Willelmo* filio *Claremboldi* de *Timbonia* traditam uxorem, quae ſine corporis herede uitam finiuit. *rumque coniuges.*

CAP. LXXX.

De ſapientia comitis BALDVINI.

COmes autem ſtudioſiſſimus omnium indagator nullius ſapientiae Mineruam intactam reliquit, & licet omnino laicus eſſet & *illiteratus*, o ineffabilem & mirae capacitatis & ingenii uirum & cuiuslibet philoſophiae alumnum & filium eruditiſſimum! liberalium tamen, ut iam diximus, omnino ignarus artium, liberalibus ſaepe & ſaepius uſus inſtrumentis non refrenans linguam ſuam aut cohibens, contra artium doctores diſputabat. Et quonian theologicae ſcripturae non ſurdus erat auditor, prophetarum oracula & hiſtoriarum diuinarum & euangelicae doctrinae non ſolum ſuperficiem, ſed & miſticam uirtutem patulo capeſcebat & auertebat auditu. Vnde & clericos

Balduinus comes eruditionis & theologiae clericorumque amator,

ricos miro uenerabatur affectu. Ab illis enim diuinum accepit eloquium & eis, quas a fabulatoribus accepit gentilium nenias uicario modo communicauit & impartiuit. Sicque plerumque fiebat, ut a suis eruditoribus in questiunculis diligentissimus auditorum conseruator comes instructus & eruditus, quasi literatus suis adprime respondebat & alios ad respondendum prouocabat. Et merito a clericis *ultra, quam necesse erat*, in multis edoctus clericis in multis obuiabat & contradicebat. Sic autem eos plerumque prouocabat & mirae calliditatis, qua in multis eminebat, eloquentia ludificabat, ut tamen eos post disputationis altercationem mira uenerare tur honoris magnificentia. Vnde & multi eum audientes & super obiectionibus & responsis eius in admirationem prorumpentes saepe de eo dixerunt: *Quis est hic & laudabimus eum; dicit enim mirabilia.* Sed quomodo scit literas, cum non didicerit, propter hoc secum clericos & magistros retinebat & eos in multis interrogabat & diligenter eos audiebat.

cum quibus saepe disputauit.

CAP. LXXXI.

Quomodo TRANSLATARI *fecit multos* LIBROS.

SEd cum omnem omnium scientiam auidissime amplecteretur et omnem omnium scientiam corde tenus retinere nequiuisset, uirum eruditissimum magistrum *Landericum* de *Walbanio*, dum *Ardensis* honoris praeesset comes dominio, *cantica canticorum* non solum ad literam, sed ad misticam spiritualis inter-

Landericus de Walbanio a quo multa scripta uerti e latina in Romanam

interpretationis intelligentiam de *latino in linguam Romanum*, ut eorum misticam uirtutem superet & intelligeret, transferre sibi & saepius ante se legere fecit; *Euangelia* quoque *plurima* & maxime *dominicalia* cum *sermonibus conuenientibus*. *Vitam* quoque *sancti Anthonii* monachi a quodam *Alfrido* diligenter interpretatam diligenter didicit. Maximam quoque *physicae artis* partem a uiro eruditissimo, *magistro Gothofredo* de *latino* in *sibi notam linguam Romanam* translatam accepit. *Solinum* autem de *naturis rerum* non minus phisice quam philosophice proloquentem, quis nesciat a uenerabili *patre Ghisnensi magistro Simone* de *Bolonia* studiosissima laboris diligentia de *latino* in *sibi notissimam Romanitatis linguam* fida interpretatione translatum, & ut eius captaret & lucrifaceret, imo dudum sibi comparatam refocillaret gratiam, ei presentatum & publice recitatum. Sic sic *diuinos* ei *libros* & in ecclesia ad Dei uenerationem & cultum necessarios *scribi* fecit & *parari* & in capellis suis hic illic *collocari*. Vnde etiam *organica* musicae artis *instrumenta* ad diuini cultus excitationem & delectationem apud Ghisnas sanctimonialibus contulit & comparauit. Quid plura? tot & tantorum ditatus est copia librorum, ut *Augustinum* in theologia, *Areopagitam Dionisium* in philosophia, *Millesium Thalem fabularium* in neniis gentilium, in *cantilenis gestoriis* siue in *euenturis* nobilium siue etiam in fabellis ignobilium *ioculatores* quosque nominatissimos aequiparare putaretur. Quis

linguam curauit, scil. Cantica Canticorum. Vitam S. Antonii, *item a quodam Godefrido Physicam scientiam.*

Solinum a magistro Simone de Bolonia.

autem nisi expertem & auditum crederet *Hasardum* de *Albeden* omnino laicum ab ipso simili modo omnino *laico literas didicisse & literatum factum.* Ipse enim, quem iam diximus, *Hasardus* totam comitis bibliothecam retinens & custodiens omnes eius libros de *latino* in *Romanam linguam* interpretatos & legit & intelligit. Quid amplius? ipso quoque praeceptore & monitore *magister Walterus silens* siue *silentius* nominatus, dum *Ardeae* dominaretur & in *Ardea forum causarum & mercatorum Gillerlam* nuper aedificasset & plumbeo tabulatu contexisset, librum, quem ab agnominatione suae proprietatis *Silentium* siue *Romanum de silentio* nominauit, tractauit, composuit & exornauit. Pro quo ei comes equos & uestes & multa contulit remunerationis munuscula.

Hasardus de Albeden bibliothecarius.

Magister Walterus silentius, eius liber sub tit. Romanus de silentio.

CAP. LXXXII.

Quomodo AEGIDIUM *de* HAZEBROC *de manu* Reinoldi Boloniensis *comitis liberauit.*

AEgidium quoque de *Hasebroech*, qui *Boloniensibus* sub duce *Lothariae Balduino* in uoluntate & consilio uenerandi comitis *Flandriae Philippi* praefectus erat *a stapullis* uellet & nollet *de dominio Martini Reinaldus*, qui ignorante iam dicto *Lothariae* duce comitatum *Boloniae* sibi nuper usurpauit, in manu forti liberauit & abduxit & in sua reduxit. Qua in re *Reinaldus* licet ei & suis semper insidiosus extitisset & infestus, de eo sub eius memorandae actionis articulo lingua ueritatis & magnifica *caput Dei iuramento*

Balduinus dux Lothar.

Dominium Martini.

Reinaldus comitatum Bolon. occupat.

to contestans asseruit, quod nunquam tantae probitatis & uirtuosae magnanimitatis usquam oculis prospexerit *homiculum*. In cuius superbia dicti & extollentia licet nomine *diminutiuo* usus sit detractorie, non obtinuit in eo probitatem magnificentiae. Quod accipiens comitum prudentissimus non in iram concitatus est, aut turpiloquium; sed hanc moralitatis sententiam protulit & dixit: *Saepius audiui, quod fas sit ab hoste doceri, fas commendari, fas est ab hoste probari.*

CAP. LXXXIII.

Firmatio SANGATAE & *eius descriptio.*

ARmiferam autem turrim & coelo contiguam quis nesciat apud *Sangatam* ab eodem comite *Balduino* firmatam & fossatis circumcinctam et *ericiis* & propugnaculis munitam & hostibus magis inuisam quam expositam. Vt autem locus *Sangaticus* ab aliquibus nuper audientibus & loci situm ignorantibus notioris nominis & ob hoc maioris habeatur auctoritatis, eiusdem loci, *Wichsandicis* & *Calaisiticis* nobis immo loco in hac parte immurmurantibus, descriptionem ponimus. *Sangata, ibidem constructum a Balduino com. Ghisnensi munimentum.* Fuit igitur ab antiquo locus quidam *arenosus Britannici* occeani littore contiguus iuxta *scalas Bertiniacas* nec longe a *Walteri saltu* inter *Withsandicum portum* & *Calaisiacum* fere medius, ubi quondam per modum *dunarum* siue arenosae molis dorsum maris estus quodam naturali suo impulsu et uiolentia ad solidam usque irrumpens terram subter fluentis in modum lacus portum fecit & securissima naues instatione recepit. *Scalae Bertiniacae. Saltus Walteri.*

cepit. Vbi cum inter *dunas* & fluuii soliditatis oras hinc illinc saepius impulsa liberum non habens in mare meatum stagnaret, aqua inter dunas & terram solidam *mariscum* fecit profundissimum, ita, ut ab indigenis *gentilium puteus* putaretur et eiusdem appellationis nominaretur proprietate, sed cum postea Thetios unda uagae obiectu arenae fluctuantis aestu maris coadunante fluctiuagantis salsugine maris iam dicto portui inuideret & subtraheret, *Connurum* dorso aquarum impetu prius erupto assidua nunc arenae uentilatione in molem conglutinato & consolidato, seclusus est mariscus ab occeano. Vnde quoniam maris aestus, sicuti iam diximus, *Dunarum* ibi pridem penetrauit & perforauit arenam loco iam dicto arenoso arenae foramen uulgo autem *Sangatam* indigenae nomen indiderunt, mariscum quoque sub eiusdem appellationis proprietate nominauerunt & uillam. Hunc ergo sine nomine quandoque locum nominatissimum fecit magnanimus & magni nominis comes *Balduinus*. Cum enim pater eius, *comes* uidelicet *Arnoldus* in uilla, quae causa iam dicta *Sangata* dicitur, habitationis uix haberet domicilium, ubi saluo honore & dignitatis reuerentia caput reclinaret, memorandae memoriae comes *Balduinus* in eodem marisco inuito *Boloniae* comite *Reinaldo* & *Boloniensibus* hinc inde *Withsanticis* & *Calaisiticis* simul & omnibus *Mercurritici territorii* populis gannientibus firmissimum fixit & firmauit castellum & gloriosam turrim

Sangatae nomen unde?

rim ab abiſſo terrae in aerem ſuſpendit. Haec autem turris propugnaculis & machinamentis bellicis munitiſſima *quot habet lapides, tot habet hoſtes.* Vnde & *Troianum Ylium,* ſi pro quantitate regni & negotii tot & tantis uiris armiferis cum ſufficientibus munitum fuiſſet expenſis, quot & quantis *Sangatica* turris, ſtaret adhuc in gloria, gloria Troiugenum nec equo decepta fuiſſet, nec palatium Priami, nec regnum corruiſſet, nec adhuc Greci deuictis Phrigiis diem exultasſent uictorioſum.

CAP. LXXXIV.

Quomodo comes BOLONIENSIS REINALDVS *apud* Oſtrowicum *firmitatem facere uoluit.*

ENimuero cum *Bolonienſium* comes *Reinaldus Sangaticam* turrim aedificari & *Ghisnenſem* comitem *Balduinum* militibus & armis, delicioſis epulis & conuiuiis in ea frequenter exultare & inſolito more gloriari uideret & inuideret, ſibi non minus, quam terrae metuens omnem accendit iram & indignationem & coadunatis uniuerſae terrae militibus & populis apud *Oſtrowicum* iuxta fluuiacas oras ſecus *Sangaticam* firmitatem, ut nomen & firmitatem *Sangatae* deſtrueret & deleret in conſtructionem, ſi quo modo poſſet, caſtelli fodere coepit & firmare. Hic ergo *foſſarii, ligoniſtae, oneratores* & *bucharii* aliique firmitatis & foſſati operatores & magiſtri circumſtantibus *principibus* & uniuerſae terrae *militibus* operantur, & terram,

*Reinaldus com. Bolonienſis exſtruit non minus prope O*ſtrawicum *munimentum.*

ram, quantum possunt, in aggerem eleuant & fossatum in aggeris munitionem fodiunt atque firmant. Quod uidentes *Ghisnenses* & *Sangatici* uiri fortes & bellicosi prae indignatione intimuerunt & exclamantes eorum *balistarii* mortiferos pluunt in eos *quadrillos* & sagittas, adeo, ut expergefacti & conterriti aduersariorum & aduersae partis operarii, principibus & militibus in fugam conuersis, non sine multa sanguinis effusione opus relinquentes, uti usque hodie patet, imperfectum, turpiter abscesserunt. Haec de situ *Sangate* et eius firmitate nostrae sedulitatis parauit opera, ne quando uetustatis situs *Sangaticae* fundationis primordia a perennitatis deleat et abstergat memoria.

Probibentibus tamen id Ghisnensibus.

CAP. LXXXV.

Quomodo comitissa CHRISTIANA *mortua est &* Ardeae *sepulta.*

MOrtuo autem *Ardensium* domino *Arnoldo* de *Coluida* & nobili eius uxore *Adelina*, unius anni reuoluto cursu *Ghisnensis* comitissa *Christiana* cum in lectulo aegritudinis, sicuti mos est parturientis, postquam ultimo peperit, occubaret & uir eius comes *Balduinus* in *Anglia* in disponendis rebus suis moram faceret, acceptis & auditis nuntiis grauissimam usque ad mortem aegrotantis comitissae infirmitatem nuntiantibus, uix ad ipsam, ubi *Ardeae* iacebat, peruenit comes, cum *phisici* & *magistri* eius *Hermannus* uidelicet & *Godefridus* de uita eius desperantes eam comiti seruandam & consolandam immo in proximo lugendam atque plangendam

Mors Christianae uxoris Balduini com. Ghisnensis.

dam reliquerunt. Quod *plasticis* ergo medicamentis uel ei proficientibus; sed & eam in mortem prouocantibus, ah! mortua est christianissima *Ghisnensis* comitissa *Christiana* dominicae incarnationis anno M.C.LXXVII. 1177.
VI. Non. Iul. & ad pedes matris suae uenerabilis matronae *Adelinae Ardeqe*, eo quod in *Ardea* nata fuerit & demum in morte resoluta *Andrensis* ecclesiae monachis ad petitionem *Ardensium* acquiescentibus & consentientibus in macerie templi apposita est ad patres suos & honorifice sepulta praesentibus & funebrem cantilenam cum lachrimis celebrantibus uenerabilibus *abbatibus Godescalco* sancti *Bertini*, *Algero* beatae Mariae de *capella*, *Petro Andrensi*, *Roberto Lischensi* & aliis pluribus clericis & laicis innumeris. Ibi ergo memor omnium & luctus & planctus.

Hinc comes, hinc nati, nataeque equitesqae propinqui
lamentantur eam, resonat clamoribus aether;
Quippe manus manibus contendunt, ora cruentant
& clamant dominum, miseris ululatibus instant
Ardenses *miseri soliqae piacula luctus*
uberiora ferunt, imbrescunt fletibus ora.
Nam quanto propius succenditur ignis amoris
Hoc magis, hic maior miseros dolor urget alumne.

Sepulta igitur nobilis matrona *Ghisnensis* comitissa *Christiana* & lamina marmorea honorifice

Epitaphium. rifice contecta, hos uersus pro *epitaphio* in *macerie* super eam scripsimus:

Hic comitissa iacet florenti stirpe creata
parque uiro sociata pari Christiana *uocata,*
Iulius *in* sexto nonarum mense *notetur*
sicque dies obitus in secula longa scietur.
Annus millenus centenus septuagenus
septimus *a Christo statim eius funere plenus.*

CAP. LXXXVI.

Quomodo comes BALDVINVS *prae dolore de morte uxoris suae concepto in grauissimam accidit aegritudinem & quomodo conualuit.*

Balduini comitis Ghisn. *immoderata animi tristitia de morte coniugis, ut aegrotus factus sit*

COmes autem *Balduinus* de sibi amantissimae uxoris morte nullam admittens consolationem in lectum aegritudinis immoderatae per multos dies incidit & prae nimio dolore & infirmitate sic mente consternatus fuisse dicitur, ut nec se ipsum nec alium per multos dies agnosceret, sed nec bonum a malo nec honestum ab inhonesto distingueret aut discerneret. Vnde & *phisici* eius *Hermannus* & *Godefridus* neminem ad ipsum accedere permittebant, nisi *Willelmum* de *Podonia* & *Willelmum* de *Coluida* & paucos alios ei in infirmitate sua obsequentes. Fleuerunt igitur sui milites & populi uicini & remoti et dolor omnium pro morte comitissae habitus in miserabili comitis aegritudine omnibus renouatus est. Tandem Dominus precibus populi sui pulsatus et humilitatem eius respiciens comiti, immo seruo suo, suam ostendit misericordiam et salutare suum

situm ei concessit & sanitatem. Conualuit igitur comes de infirmitate & renouatus est, sicut aquila, spiritu mentis suae in agnitionem corporis Christi & ecclesiae. Concaluit ergo cor eius erga omnes, maxime autem erga domesticos penes innumera pietatis opera; factus est enim orphanorum piissimus auditor & consolator, uiduarum contra aduersarios propicius defensor, porro & *nobilium* orphanos a parentibus desolatos & orbatos & in prodigalitate eorum uel parentum a suis plerumque hereditatibus & possessionibus destitutos, quantacunque potuit sedulitate & caritate, in suas hereditates reuocauit & reformauit. Quorum etiam multos penes se detinuit & honorauit & exaltauit & matrimonio legitimo in diuitiis & honoribus magnis, uxoribus copulauit. Quid plura? In recipiendis & colligendis hospitibus per terram suam iter agentibus aut transeuntibus *regibus*, *ducibus*, *comitibus*, *militibus*, *burgensibus*, *archiepiscopis*, *episcopis*, *archidiaconis*, *abbatibus*, *prioribus*, *praepositis*, *archipresbiteris*, *presbiteris*, *canonicis*, *clericis* & cuiusque professionis ecclesiarum personis & praelatis omni fuit liberalitate & largitate atque hilaritate perfusus et perspicuus. Quod, ut omnibus erga omnes et in omnibus exhibitum facilius credatur et ueritas exemplo comprobetur, de uno memorandi nominis hospite *Remorum* uidelicet archipraesule *Willelmo Francorum* regis *Philippi* auunculo, quanta liberalitate et hilaritate eum *Ardeae* hospitem collegerit et quan-

recuperauit tamen pristinam sanitatem.

Willelmus archiep. Rhemensis auunculus Philippi R. Franc.

quanto cordis desiderio et humanitatis diligentia ei obsequium praestiterit et suis, aperiamus.

CAP. LXXXVII.

Quanta liberalitate REMENSEM ARCHIEPISCOPVM WILLELMVM Ardeae *hospitem susceperit & sanctum* Thomam Cantuariensem *archiepiscopum.*

& filius Theobaldi *com. Campaniensis. Relatio de magnificentia,qua excepit com.*Ghisnensis *archiep. nominatum.*

IGitur, cum uenerabilis et dignae recolendae memoriae *Remensis* archiepiscopus *Willelmus Campaniensis* comitis *Theobaldi* filius sanctam sanctissimo martiri *Cantuariensi* archipraesuli *Thomae* peregrinationem quandoque exhibuisset et a memorandae memoriae comite *Ghisnensi Balduino* rogatus in aula *Ardeae* ad conuescendum discubuisset et ferculis innumerabilibus ad affluentiam liberaliter appositis et hilariter acceptis et uino altero et altero *Ciprico* et *Niseo*, *pigmentato* et *clarificato* hic illic per aream in *cuppis* fluctuante rogantibus *Francigenis* et postulantibus uiuas fontis aquas, ut uini uirtutem aliquantisper refrenarent et temperarent, ministri et seruientes a *pincernis* immo a comite edocti et instructi in phiolis et uasculis *Authisiodoricum* uinum preciosissimum, aquam se offerre mentientes, clericis ignorantibus et militibus omnibusque in gaudio conuescentibus *cyfis* infuderunt. Quod ut uenerabili et pio domino archipraesuli tandem innotuit, nihil enim opertum, quod non reueletur, pene gratiam, quam in obsequio promeruerat fidelis comes et dispensator

tor prudens liberalitatis et largitatis manu modum excedendo, in ingratitudinem commutauit. Sed cum uenerabilis pontifex etiam conuefcens *apoftolicum* ad memoriam *eructaret uerbum*, hofpitales inuicem fine murmuratione accerfito ad fe comite rogauit eum, ut fibi uafculum aquae afferret, ut fapiat, & quafi rei nefcius comprehendat aquae & puri elementi liquorem. Comes autem quafi uenerandi praefulis obtemperans iuffionibus fubridens receffit & omnes ydrias aquarum, quotquot inuenire poterat ante famulos, pedites & *gartiones* confregit & pedibus conculcauit & prae gaudio, exultatione, ut in omnibus hilaris & ob reuerentiam & praefentiam archipraefulis iocundus appareret & iocofus, pueris & ebriis ebrium fe fimulauit. Venerabilis uero pontifex & conuiua tantam uiri & comitis liberalitatem profpiciens & hilaritatem in uoluntate eius omnia, quaecunque uellet, facere promifit. Haec autem nobis de unius acceptione perfonae uel hofpitis dixiffe fufficiat, ut audientes quilibet ex manifeftis & autenticis colligant & intelligant eundem comitem aliis innumeris pro quantitate perfonarum & dilectione fimilis acceptionis & hofpitalitatis impendiffe beneficium. Tandem uero cum recederet pius paftor, & re & nomine uocari dignus archiepifcopus, obtulit & comes & in memoriam fui ei contulit duas phiolas balfami liquore plenas. In fimili, ut iam diximus, hilaritatis uultu, prout expedire fciuit & uoluit, multos in hofpitio rece-

 pit

pit & secum perendinare uel hospitari fecit & coëgit. Proinde non necesse scribere arbitramur, quanta diligentia, quantaue honoris reuerentia, in quanta magnificentia & gloria sanctissimum *Thomam Cantuariensis* ecclesiae archiepiscopum in *exilio* in *locum martirii* reuertentem apud *Ghisnas* hospitem collegerit. Si enim uenerabili *Remensis* ciuitatis archiepiscopo *Willelmo*, ut *domino*, ut patri archiepiscopo, ut glorioso *Francorum* genere nobilitato immo & multis tantae sedulitate uenerationis hominibus non adeo dignis hilarem uultum exhibuit & iocundum; qualem putandus uel credendus est exhibuisse hilaritatis uultum & liberalitatis uiro recte sapienti, quem uerbis & operibus iam cognouit aedificasse domum suam supra petram, uiro Deo caro, uiro sancto & pudico, reprobis in scandalum nato, uiro in exaltatione sanctae ecclesiae eleuato; uiro, qui fecit magnalia in terra Aegipti, terribilia in mari, mirabilia in coelo & in terra; uiro, qui monstra placuit; uiro, qui minas persequentium inimicorum non timuit; uiro in omnibus a Domino exaudito; uiro, inquam, uiro, o! super omnes & in omnibus magnitudinis uirum & prae ceteris sanctum archipraesulem Thomam! qui eidem comiti dudum in signum *militiae* gladium lateri & *calcaria*, o per omnia praedicandae in eximio Christi sacerdote humilitatis uirtutem! sui militis pedibus adaptauit & *alapam* collo eius infixit, quum tamen in ipso militatoriae promotionis eius die uariis redemit munu-

Item qua humanitate exceperit Thomam Cantuariensem archiep.

qui Balduinum militiae initiauit,

munusculis & lautioribus, quam regalibus expensis. Ei quoque, ne accepti beneficii immemor habeatur, ne tanti muneris & honoris quandoque ingratus iudicetur & indignus, ut gratiam sancto uiro pro gratia non gratis sed meritorie rependat, sicuti debuit, se ipsum, qualis erat, exhibuit, qualem nulli antea, sed nec quidem postea exhibere noluit. Sanctus igitur archipraesul *Thomas* exultabatur uberius in hilaritate & uultu & in liberalitate comitis, & cum gratias egisset, transfretauit in *Angliam*, ubi post paucos dies in ecclesia & pro ecclesia *martirium* suscepit & sustinuit.

& rursus in Angliam redux tandem martyrium perpessus est.

CAP. LXXXIIX.

De prudentia comitis BALDVINI *& de negligentia.*

IN consilio uero principum adeo prudens dictus est idem comes in consilio & iudicio discretus, quod in corona regni *Franciae* quasi *gemma* radiaret preciosa & diademate regis *Angliae*, quasi *carbunculi petra* chorusсaret preciosa. Quid ultra? in tanti comitis laudibus, cum eius innumerabilia & mira sint opera, si ad unguem persistere & scribere fatageremus, prius nos destitueret uita, quam conueniens ad laudandum de eo materia, prius atramentum desiccaret in penna, quam mirifica eius scriptorem destituerent opera. In omnibus igitur & per omnia laudabilem eum uirum iure praedicamus. Emuli tamen eius & nostri, quasi uerum dixerint, hoc ei improperant, quod ei rubescente aurora promptiori

Continuatio laudum Balduini a prudentia.

quidquid in contrarium obtrectent

inimici ob eius nimiam uenandi cupiditatem

animo *corniculum* auscultat *uenatoris*, quam *campanam sacerdotis*, auidius uocem *leporarum*, quam *capellani* uel eius uicarii, priusque a somno excitat aucupes, quam templi custodes & magis applaudit aucipiti uel *falconi aërem giranti* & uerberanti, quam presbitero sermocinanti. Addunt igitur & uera, quasi nihil a uero dissentientes & ob *intemperatam renum eius commotionem* in patientis libidinis a primis adolescentiae motibus usque in senilem aetatem eum extitisse conuincere nituntur & iam quasi conuincunt.

CAP. LXXXIX.

De PROCREATIONE FILIORVM *post humationem comitissae.*

& immoderatam libidinem.

IN tantum etenim, ut aiunt, in teneras exardescit puellas & maxime uirgines, quod nec Dauid nec filius eius Salomon in tot iuuencularum corruptione similis eius esse creditur. Sed nec Iupiter quidem, dummodo sophistica in puellulas eius cessent blandimenta. Haec in ipsum & in nobis malignantes aemuli. Sed absit a mentibus discretorum hoc acceptum sibi esse uel conueniens, quod inimici nostri subsannationis rugas in nos replicantes unquam nostri iudices sint aut nominentur. Sub eodem autem fere temporis cursu, quo *Ghisnensis* comitissa *Christiana* mortua fuit & sepulta, genuit apud *Ghisnas Guffridum Morinensis* & *Brugensis* ecclesiae canonicum & in *Anglia* multarum *personam* & procuratorem; *Boldechinum* quoque bastardum, *Eustacium* & *Willel-*

Balduini *com.* Ghisnensis *naturales liberi*

Willelrinum & re & nomine baſtardum, *Euſtacium* etiam clericum *Ardenſis* oppidi alumnum, aliosque filios *innumerabiles* & filias multigenas, *nobilibus* hic illic *uiris* prouiſoria patris induſtria & cautela maxima in parte coniugatas. De illis autem gemina probitatis eorum poſcente natura alii moribus & actibus ſe militiae praeparant & accingunt; alii ludicris & tenerae indulgent aetatulae; alii paedagogis ſeruandi commendantur; alii ſcholis magiſtrorum cura traduntur erudiendi; alii hic illic nutricibus aut etiam matribus relinquuntur nutriendi. De quibus, quoniam *certum numerum* non habemus, *quandoquidem nec pater* eorum *nomina nouit omnia*, de eis aliquid dicere ſuperſedemus. Si enim de eis ueritatis hiſtoriam omnino proſequeremur, magis offendere formidaremus, quam placere.

CAP. XC.

Quomodo ARNOLDVS *filius eius cum comite* Flandriae Philippo *manſit.*

AD *Arnoldum* igitur eius filium *primogenitum*, ad quem nobis ſermo eſt, ſtilum conuertamus. Poſtquam igitur *Arnoldus*, puerilibus annis in patria cum patre detentus transactis, in robur adoleſcere coepit uirile & hic illic *Bebordicia* frequentaſſet & *torniamenta*, tandem uenerando & digne memorando principi *Flandrenſium* comiti *Philippo* moribus erudiendus & militaribus officiis diligenter imbuendus & introducendus commendatur. Cum quo primus inter primos Flandrenſis nobili[t]atis iuuenes & meri- *Bebordicia.* Arnoldus *Balduini com. Ghisnenſis filius primogenitus in*

to nominatus est & numero; *licet enim militarem nondum recepisset alapam*, in armis tamen strenuus, moribus & probitate prospicuus, in omni *curiali facetia* praeclarus, seruitio promptus, largitate, ausim dicere, fere prodigus, uultu hilaris, super omnes in curia coaeuos decorus, mitis erga omnes & affabilis, per omnia & in omnibus ab omnibus dicebatur & erat gratiosus. Interea reuolutis aliquot annorum curriculis, exigentibus eius annis & futurae immo instantis probitatis eminentia, cum iam *militaribus* ascribi decreuisset & applicari sacramentis, uolens per omnia & prae omnibus patri placere & ei militiae suae nouitatem & gloriam reseruare, licet *reuerentissimus* princeps & principalis *Flandriae* gloria *Philippus* eum militem facere & militarem sumptibus & armis honorem cum reuerentia omnimode exhibere uoluisset, accepta prudentis et bonae indolis more ab eo licentia, ad patrem in patriam apud *Ghisnas* cum suo de *Salperwico Eustacio* conuolauit.

aula Philippi com. Flandr. uersatur

non nisi a patre militiae dignitatem accepturus redit ad patrem

CAP. XCI.

Quomodo idem ARNOLDVS *effectus est miles.*

COmes autem recolendae memoriae pater eius, quanto pro eius aduentu gestiuit gaudio, manifestissimis demonstrauit indiciis. Conuocauit enim filios suos & notos & amicos in curiam suam apud *Ghisnas* in die sancto penthecostes, & ei militarem non repercutiendus dedit *alapam* & militaribus eum in uirum perfectum dedicauit sacramentis

qui illam militiae initiauit
1181.

mentis Dominicae incarnationis anno M.C.LXXXI. Cum quo *Eustacium* quoque de *Salperwico* & *Simonem* de *Nelis* & *Eustachium* de *Elcecbo* & *Walonem* de *Preutis militaribus* honorauit instrumentis & sumptibus & sacramentis; & diem solennem in lautissimis & delicatissimis cibis & potibus sempiterni diei gaudium, quanto potuerunt gaudio, effigiantes & prosequentes peregerunt. *Arnoldus* itaque *militaribus* uix indutus *uestimentis* prosilit in medium & *ministralibus, mimis, nebulonibus; gartionibus, scurris* & *ioculatoribus* omnibusque nomen eius inuocantibus & praedicantibus satisfecit, adeo ut in remunerationis premium consecutus est & gratiam. Cum enim quaecunque habere poterat uel perquirere liberalitatis manu quasi dissipando tribuisset & in prima Porphirii pagina, quasi in nudis & puris constitisset intellectibus dando maxima cum minutis, dando sua, & a suis accommodata & ab alienis commutata uix se ipsum sibi reliquit. Postero autem in die *Ardeae* in sua cum processione campanis sonantibus, monachis & clericis summae trinitati & honor, uirtus in eius laudem in laetitia Deo concantantibus & populis nichilominus prae gaudio uociferantibus & exultantibus receptus est in ecclesia. Ab illo ergo die *torniamenta* frequentando multas prouincias & multas regiones fere per biennium non omnino sine patris auxilio & patrocinio circuiuit & comes ei indiuiduus semper adhaesit *Salperwicensis Eustacius.*

una cum aliis ingenuis.

Ea propter institutae solennitates.

Arnoldus miles factus tornamenta frequentat.

Hh 5 CAP.

CAP. XCII.

Quomodo ARNOLDVS Ardeae *dominus effectus* Eustacium rasorium *in commilitonem suscepit & socium.*

A patre maternam hereditatem scil. Ardense dominium *repetit.*

PHilippus autem de *Mongardinio* consiliarius eius patre eius inuito comite infra patriam fuit. Qui & ipsum frequenter immo indesinenter instigabat, ut *Ardeam* & ea, quae ex *parte matris* contingebant, patrem postularet & repeteret. Quod ut demum multis tamen prius interiectis sermonibus, diebus & collocutionibus ad effectum productum est. Postquam *Ardeam* & *Coluidam* cum quibusdam, nec tamen omnibus, appendiciis obtinuit patre prius ei *aliquantulum* ingrato, nunc paterno ei affectu mitigato ad consilium patris & *Flandrensis* comitis *Philippi nobilem* uirum armis doctum, consilio prudentem & discretum *Arnoldum* de *Chaioco* in *torniamentis* & in reb us suis disponendis consiliarium & quasi didascalum secum suscepit & monitorem. Quandoquidem cum eo semper & impraetermisse & ubi *stationarius* esse nequiuit, *strenuissimum* in armis *nepotem* suum *Henrici* iuuenis *Angliae* pridem commilitonem & consocium reliquit & armorum praeceptorem commendauit & eruditorem. Cui post paucos dies *inconsulto patre suo* & *fratribus Herdebedinghen* iuxta *Lislras in perpetuum* contulit *feodum*. *Eustacius* quoque de *Salperwico* & *Hugo de Malnio* inseparabiles eius fuerunt socii & commilitones. Sed & *Henricus* filius *Henrici*

Eius familiares & commilitones, quibus liberalem se praestitit.

rici de *Campaniis* & omnes *Ghisnensis* terrae *torniatores* ad ipsum, ut ad dominum & ad principale capitis membrum confluebant. Quibus omnibus, in quantis potuit et ultra, liberalitatis manum porrexit& ad *torniamenta* deduxit et reduxit. *Philippus* autem de *Mongardinio* infra patriam cum eo conuersationem habuit & eum *iocis* et *ludicris ad moralia* prouocauit.

CAP. XCIII.

Quomodo ARNOLDVS *torniamenta frequentando propter nimiam liberalitatem* Boloniensi *comitissae* Idae *placuit.*

ARnoldo igitur de *Caiocho*, ut iam diximus, in custodiam & curam a patre commendatus *Ghisnensis Arnoldus* & *Eustacio rasorio* & *Eustacio* de *Salperwico* & *Hugoni* de *Malnis* domesticis suis & collateralibus et *Henrico* de *Campaniis* et aliis multis *nobilibus militibus* et *illustribus* associatus, elegit potius in aliis partibus propter *torniamentorum* studium & gloriam exulare, quam in patria sua sine *bellicis deliramentis*, ociis operam dare, maxime, ut gloriose uiuere et ad secularem honorem posset pertingere. Factus est itaque in tanti probitate nominis *Ghisnensis* haeres et gloria *Arnoldus*, ut qui in multis regionibus famosum sibi nomen acquisiuit et accepit nimirum *Boloniensi* comitissae *Idae* in notitiam uenit et mentem. Haec enim *Boloniensis* comitis *Mathei* filia *patre iam defuncto comitissae nomen accepit & dignitatem.*

Torneamentorum *frequentandorum causa peregre proficiscitur.*

Gerardus Ghelus comes. *Bertulphus dux Saringiae.*

tatem. Quae prius quidem *Gheluo* comiti *Gerardo*, postea *Saringiae duci Bertulpho* ad consilium uenerandi comitis *Flandriae Philippi* patrui sui desponsata causis subinteruenientibus sub illius articulo tempestatis ab utroque destituta et quasi sine uiro relicta corporis uoluptatibus et secularibus deliciis indulsit. Vnde et *Arnoldum* de *Ghisnis* uenereo amore dilexit et sibi, prout potuit, illexit uel foeminea leuitate et deceptione simulauit. Intercurrentibus itaque nuntiis et signis occultis certi amoris indicium hinc illinc portendentibus *Arnoldus* simili uicissitudine amoris uel eam amauit uel uirili prudentia et cautela eam amare simulauit. Ad terram tamen et *Boloniensis* comitatus dignitatem ueri uel simulati amoris obiectu recuperata eiusdem comitissae gratia aspirauit.

Ida Boloniensis com. libidinosa Arnoldum Ghisnensem *deamat,*

CAP. XCIV.

Quomodo REINALDVS *de* Dominio Martini *relicta uxore sua sorore* Walteri *de* Castellione Boloniensem *comitissam* Idam *in* Lotharingiam *duxit.*

quam Reinaldus de dominio Martini *in uxorem ducere satagit*

INterea *Reinaldus* filius *Alberti* de *dominio Martini* comitis, relicta uxore sua sorore *Waltheri* de *Castellione*, qui iam duxerat uxorem filiam *Hugonis* comitis *sancti Pauli*, missis et remissis ad eam nunciis non dissimili attemptatione et expectatione eam nimis procaciter appetiit et ad amorem suum allicere nimia curiositate studuit et elaborauit. Illa uero foemineae leuitatis quantocius accensa

cenſa & inflammata amore, uoto ſuo & *Reinaldo* ſatiem dediſſet, ſi patruum ſuum *Flandriae* comitem *Philippum* ad conſentiendum facilem inueniſſet & propicium. Sed cum reuerendi animi comes prudentiſſimus *Philippus Bolonienſis* terrae *comitatum procuraret & in manu teneret fructusque iu uoluntate ſua diſpenſaret atque perciperet* & *Francigenas ſemper ſuſpectos haberet & infeſtos*, ſciens *Reinaldum* eſſe uerboſum & regi *Franciae auricularium* & conſanguineum & in beneplacito eius per omnia & in omnibus eis aſſidentem & obſequentem, cum cognouiſſet *Francorum* regem ſibi quidem *pacatum*, non tamen *placatum*, *neptem* ſuam alicui *Francigenae*, *Reinaldo* minus, qui ei nunquam complacuit, matrimonio copulare omnino dedixit & abnegauit. Illa uero, ut erat foemineae imbecillitatis leuitate plena, deſperans ſibi poſſe amorem conciliare *Reinaldi*, in amorem *Ghiſnenſis Arnoldi* iterum incaluit & accenſa eſt. Miſit igitur ſaepe pro eo apud *Deuernas*, ſaepius apud *Merchām* ſiue *Mercuricium*, ubi in cameris & in locis abditis ſecretum de ſecretis habuerunt conſilium. Sed nec quidem hoc ei faciem dedit. Cum enim, ut heri & nudius tertius ad eum miſiſſet apud *Ardeam*, contigit ſecreti eius nuncium & conſcium in lectum cecidiſſe aegritudinis & tandem in eodem loco morti ſuccubuiſſe. Quod audiens comitiſſa occaſionem habuit, ut *Arnoldum* de *Ghiſnis* in ſua uideret *Ardea* & ut mortuum ſuum illic ſepeliret famulum. *Arnoldus* autem comitiſſae prae-

renuente id Philippo com. Flandriae Bolonienſis comitatus percipiente fructus & diſponente. Franci occidentales Flandrenſibus exoſi.

praesciens aduentum solenniter eam recepit & sepulto eius mortuo eam secum prandere fecit & in multis collocuti, recessit comitissa. Detinuisset autem eam *Arnoldus*, sed credidit mulieri se ad ipsum in breui reuersuram spondenti. Interim uero, dum *Arnoldus* cum uenerabili *Flandrensium* comite super hoc & alio loquutus fuisset negotio & ei super petitione sua facilem & propicium se fore comes compromisisset, *Reinaldus* autem semper uigilans & *Arnoldum Ghisnensem* in omnibus & prae omnibus metuens, occulte ad eam cum suis fautoribus accessit &, o foemineae leuitatis fidem! immo perfidiam! ei prout noluit uolenti sine uiribus uim intulit & inconsulto Flandriae comite *Philippo* in *Lotharingiae* partes apud *Ristae* oppidum transportauit & abduxit. Illa autem, o foeminei machinationem doli! sibi renitenti & inuitae uim a *Reinaldo* illatam contestans pro *Arnoldo* de *Ghisnis* clanculo misit nuncians ei, quod si pro ea uenire satageret, *Reinaldum* relinquere & ei nubere compromisit & affirmauit.

sed a Reinaldo rapta est

CAP. XCV.

Quomodo ARNOLDUS *de* Ghisnis *causa* Boloniensis *comitissae* Idae *in Lotharingiam profectus apud* Viritonium *captus & prisionatus est.*

ARnoldus itaque *apologum auiam* minus prudenter intelligens foemineam credidit esse fidem & associans sibi fidelissimos amicos & socios *Eustacium* de *Salperwico* & *Hugonem*

Arnoldus Ghisnensis comitantibus fidelibus mini-

gonem de *Malnis milites*, *Balduinum* de *Malnis* & *Engelrannum* de *Brunesbergh armigeros*, *Thomam* etiam *Bach* rerum & sumptuum prouisorem, *Drogolinum* quoque & *Willemotum Anglicum gartiones* arrepto itinere in *Lotbariam* apud *Viridonium* usque peruenit. Vbi instinctu & rogatu *Reinaldi* aduentum eius, dictante & prodente comitissa perfida, praescii a *Metensi principe* siue *princero* uel *primicerio* consentiente immo stimulante & hoc ipsum machinante *Viridonensis* ciuitatis in *episcopum* electo, captus est & sui et firmis in compedibus ut captiuus diu detentus. Quod opprobrium & infortunium ei accidisse non dubitamus, immo uere credimus, eo quod *Ghisnensis* terra declinationem, quam ipse crucis Christi gerulus ad seruiendum Deo uiuenti in terra Ierosolimorum cum *reuerentissimi Ludouici filio Francorum* rege *Philippo* & *nobilissimo Flandriae* comite eiusdem nominis *Philippo* & aliis innumeris multarum gentium nobilibus & ad debellandos crucis Christi inimicos & effugandos spurcissimos a sepulchro Domini paganos nuper acceperat et eam peregrinationis itinere nec peracto nec arrepto, sed nec ipso quidem a susceptae peregrinationis uoto absoluto, uoluptuose et prodigaliter uiuendo dispersit, sed non dedit egenis et pauperibus. Sed de pecunia ad Dominici sepulchri uisitationem et liberationem collecta, si quid a mundanis et secularibus illecebris et sumptibus (cum omnino tunc temporis, *propter Dominici sepulchri peregrinationem in toto orbe*

stris in Lotharingiam proficiscitur

sed capitur insidiis Reinaldi

Tornea-menta probibita.

be

be terrarum interdicta fuissent torniamenta) in superfluitate comessandi superfluit sibi aut uestiendi, alii simul *centum marcas;* alii totidem *libros;* alii *calicem* capellae suae *argenteum;* alii *cifos suos* similiter *argenteos;* alii *scutellas* metalli similis cum calicibus; alii *uestium imitatoria;* alii *pictas culcitras* et *capecia* et his similia, aliis et aliis arma in seruitium Dei praeparata et equos irreuerenter et imprudenter distribuit. Dispersit igitur et seminauit uir imprudens propter mundum, ubi tamen nihil unquam missurus erat aut collecturus, nisi inanem mundi gloriam aut fauorem. Non enim illi, quos propter fauoralem mundi auram secum quasi usque in mortem detinuerat, nec etiam alii, quibus sua nimia prodigalitate in multis distribuerat, apud *Viridonium* in compedibus irretito et illaqueato succurrere potuerunt. Dominus autem Deus, qui filium, quem diligit, castigat, quando uult & uerberat, sui tandem misertus filii & famuli, interueniente *reuerentissimo Remensium archiepiscopo Willelmo* & opitulante & pro eo efficacissimae uirtutis literas ad *Treuerensem archiepiscopum* transmittente cum idem *Treuerensis archiepiscopus* apud *Viridonium* ad *Albertum* eiusdem ciuitatis electum in episcopum consecrandum, boni more pastoris accessisset & pro *Arnoldo Ghisnensi* constantissime rogaret & electum & electus prae dolore *archiepiscopo* respondere obmutesceret, nunquam ab eo sacrari potuit aut promeruit, quoad usque *Arnoldus* de *Ghisnis* & sui integrali-

Intercessione Treuerensis archiep. tandem

Arnoldus Ghisnensis liberatus est.

graliter liberi fuiſſent & abſoluti. Sicque liberatus *Arnoldus* & ſui, *Reinaldo* & ſuis ingemiſcentibus, in patriam remeauit et occurrentibus ei *militibus* & uniuerſae terrae populis in ſuam cum gaudio receptus eſt *Ardeam*. De *Reinaldo* autem qualiter comite *Flandriae Philippo*, *Ieroſolimam* autem proficiſcente, in *Bolonienſis* terrae comitem ignorante *Lothariae* duce *Balduino* receptus eſt, quia hoc quidem noſtri nihil refert propoſiti, *Bolonienſibus* ſcriptoribus *inrotulandum* relinquimus.

Vt igitur propoſito noſtro, quantum ſufficimus, ſatisfaciamus, quoniam huc usque *Ghisnenſium* geſta qualicunque ſtilo parauimus, ad *Ardenſium* hiſtoriam iuxta propoſiti noſtri ordinem differendam & quodam artificiali ordine narrandi *Ghisnenſium* hiſtoriae interſerendam & continuandam & demum, prout geſta exigunt, quaſi in unum corpus & in unius operis perfectionem copulandam effectum affectui accommodantes ſcriptoriam pennam transferamus.

Autori propoſitum eſt interſerendae hiſtoriae Ardenſium dominorum.

CAP. XCVI.

Quomodo ARNOLDVS *de* Ghisnis *a* Viridonio *reuerſus ad uoluntatem patris ſe habuit & continuit.*

POſtquam igitur *Arnoldus* de *Ghisnis* ad ſeipſum reuerſus muliebrem deprehendit inconſtantiam & fallaciam; poſtquam relictis *Viridonenſium* finibus in patriam deuenit, patri pacatus & placatus ad uoluntatem patris per omnia ſe habebat, excepto, quod plures dicebatur habere commilitones,

Arnoldi *Ghisnenſis oeconomia non ſatis ordinata*

quam pater & quod plures lautiores expensas faciebat, quam rerum suarum facultates exigebant & quod maioribus donatiuis insistebat, quam patris consilium expetebat aut docebat. Plus enim donabat, quam habebat uel quam retinebat. *Torniamenta* autem cum *militibus*, quos miro uenerabatur affectu, ubicumque poterat, frequentabat. In patriam autem a *torneamentis* quandoque rediens saepe *Coluidae*, saepius *Ardeae* morabatur. Vbi cum *militibus* & *familiaribus* ludicris & iocis, prout iuuenilis exigebat aetas, indulsit; unde & iuuenes & coeuos cum eo conuersantes diligebat. Senes autem & decrepitos eo quod ueterum *euenturas* & fabulas & historias ei narrarent & moralitatis seria narrationi suae continuarent & annecterent, uenerabatur & secum detinebat. Proinde militem quendam ueteranum *Robertum* dictum *Constantinensem*, qui de *Romanis imperatoribus* & de *Carolomanno*, de *Rolando* & *Oliuero* & de *Arthuro Britanniae* rege eum instruebat & aures eius demulcebat & *Philippum* de *Mongardinio*, qui de terra *Ierosolimorum* & de obsidione *Antiochiae* & de *Arabicis* & *Babilonicis* & de *ultramaritimarum partium* gestis ad aurium delectationem ei referebat & cognatum suum *Walterum* de *Clusa* nominatum, qui de *Anglorum gestis* & fabulis, de *Gormundo* & *Isembardo*, de *Tristranno* & *Hisolda*, de *Merlino* & *Merchulfo* & de *Ardentium* gestis & de prima *Ardeae* constructione, eo quod ipse *Arnoldus* de *Ghisnis*, de cuius cognatione & familia-

Tornea-menta frequentat

eius familiares, res gestas ueterum enarrantes libenter audit.

miliaritate erat idem *Walterus*, ab *Ardensibus*, sicuti iam superius diximus, in parte originem traxit, diligenter edocebat, familiares sibi & domesticos secum retinebat & libenter eos audiebat. Factum est autem in una dierum sub eodem ferme temporis cursu, quo idem *Arnoldus* de *Ghisnis* Hugonis *candentis* uel *campestris auenae* dicti *sancti Pauli* comitis filiam nomine *Eustochiam* uel *Eustachiam assidauerat*, cum apud *Ardeam* moraretur, idem *Arnoldus* & hiemalibus increbrescentibus pluuiis & *colocis* apertis *utribus* in aere conflictarent inuicem nubes & uenti in altissimis perflarent & per terram euagarent cuiuscunque sibilantes, cum in domo *Ardeae* cum militibus & familiaribus propter aeris inclementiam per duos dies detineretur *Ghisnensis Arnoldus* & unam noctem & multa audisset de *Romanis imperatoribus* & de *Arthuro* a *Roberto Constantinensi* multoque plura de terra *Jerosolimarum* & de *Antiochia* a *Philippo* de *Mongardinio*; tandem rogatus ab eo & a nobis omnibusque familiaribus *Walterus* de *Clusa*, ut de *Ardensibus* & de *Ardensium* gestis aliquid reuolueret nobis & explicaret pluuiis nondum cessantibus, sed uentorum rabie aliquantulum quasi ascultandi causa nobis pacificata atque mitigata, coram omnibus & nobis hoc ipsum audientibus *apposita ad barbam dextera* & ut *senes plerumque facere solent*, *ea digitis insertis appexa* & *appropexa* apto in medium ore incipit & dicit.

CAP. XCVII.

Quomodo WALTERUS *de* CLUSA Ardentium *narrat historiam.*

Initium historiae dominorum Ardensium.

QVoniam igitur ueſtrae depoſcit intentionis affectus, *patres reuerentiſſimi & domini!* ut *Ardenſium* hiſtoriam et geſta narratione preſenti, dum ceſſent pluuiae, ad memoriam reuocare ſatagamus, ſicut audiuimus a *patribus* noſtris & cognouimus. Fuit quidam reuerendae memoriae *pater* eccleſiae *Morinenſis* epiſcopus nomine *Framericus.* Siquidem hic *Framericus* habebat magni nominis & famoſi neptem in terra *Ghisnenſi* in loco, qui *antiquo* nomine usque in hodiernum diem dicitur *Selneſſa* iuxta *mariscum in confinio praedii ſanctae Mariae de capella* degentem de *indigenis inclitis* ortam *natalibus*, praediis quidem & poſſeſſionibus admodum locupletem, ſed conſilio & uiri ſolatio & auxilio parentum, licet nobilium maxime negligentia, ſolam & deſolatam nomine *Adelam.* Haec ſiquidem *Adela* parentum, ut iam diximus, deſtituta & orbata ſolatio, cum a *Ghisnenſium* comite *Euſtachio* de die in die ſollicitaretur, ut ad conſilium ſuum nuberet & uirum, qui ei non competebat, acciperet, non audiens omnino comitis refutare petitionem, quantumcunque potuit, acquieſcere diſtulit & diem poſt diem in multos dies protelauit.

Framericus Morinenſis epiſcopus; eius neptis Selneſſae *habitans* ADELA.

CAP. XCIIX.

Quomodo ADELA *de* SELNESSA *omnia* alodia *ſua reſignauit in manu* Morinenſis

epi-

episcopi & ea mox ab eodem episcopo resumpsit in feodum.

CVm autem a iam dicto comite, cuius erat consanguineus ille, pro quo tam districte petebatur, plus quam decens erat et honestum, immo plus quam dignum et iustum erat, impeteretur, et ad nubendum maiori stimulo, quasi uellet nollet, perurgeretur; illa, ut erat uirgo sapiens et una de numero prudentum, ad consilium *parentum* suorum et ecclesiasticorum uirorum omnia praedia, quae ubicunque tenebat et possidebat in nomine Domini nullo modo habito alicuius carnalis cognationis respectu in manu *Morinensis* ecclesiae *episcopi*, sui tamen auunculi, *Framerici* resignauit et ei *hominio* facto et exhibito eadem omnia *ex integro perpetuum* ab eo recepit in *feodum*. Audierat enim saepius et a patribus suis didicerat, quod *antiqui nobiles* multi in *Ghisnensi* terra manentes, postquam reuerendae et dignae memoriae memorandae *Pontini* quondam et *sancti Pauli* atque *Ghisnarum* comes *Walbertus* seculo ualedixit et terram *Ghisnensium* infirmis et imbecillibus dereliquit heredibus a *uiris nobilibus* siue *episcopis*, siue *abbatibus*, siue *praepositis* uel etiam quibuscunque ecclesiarum praelatis aut personis aut *maioris militarent nominis authoritate & sub maiorum protectione in secura pace* uiuerent similis conditionis dono sua in *feodum* susceperunt praedia. Haec autem fuerunt ea, quae per eundem et ad eundem episcopum de *allodiis* siue praediis in *feodum* commutauit *Adela*. Quicquid

Quae eidem episcopo Morinensi sua allodia omnia in feudum offert.

eccur?

Recensio bonorum feudorum oblatorum.

quid habebat in *Pipelinghen*, siue terram siue decimam; quicquid habebat in *Belinghen* iuxta *Witsandum*; quicquid habebat in *Ghimiaco*, in *Walainis*, in *Helcecho*; altaria quoque de *Beninghis* et de *Suauaca*; non exceptis decimis ullis, quas in terra *Ghisnensi* uel tenebat, uel quae ab ea *feodaliter* tenere contingebant; quicquid habebat etiam in *Hondescoto*, siue terram siue mariscum uel *morum* siue altare. Sed sciendum, quod hoc, quod in *Hondescoto* possidebat, cuidam praedecessori suo quondam contulit abbas sancti *Vedasti Attrebatensis*, eo quod *duelli certamen* pro quadam hereditate sancti *Vedasti* conseruanda quandoque subiit. In quo, hereditate ecclesiae sancti *Vedasti* conseruata et honore recuperato eiusdem, *fidelis* factus ecclesiae uictoriosum diem exultauit.

Duellorum usus.

CAP. XCIX.

Quomodo HERRADVS *duxit uxorem* Adelam *de* Selnessa.

Adela de Selnessa consilio episcopi Morinensis nubit

EPiscopus autem deuotionem uidens et intentionem attendens foeminae christianissimae et Deo charae nichilominus et neptis suae *Adelae* memorandae nobilitatis et probitatis uirum, qui ipsam et terram suam sub patrocinio *Morinensis* episcopi contra *Ghisnensis* terrae comitem protegere atque defendere et in quieta pace conseruare sufficeret, militem quidem fortem atque strenuum de *Flandrensis* ortum prosapia *nobilitatis* inter *Furnenses* primum et praecipuum nomine apud *suos Herebertum*, apud *nostros Heredum* a pueris in pueritia, dum pueriles dege-

Herrado f. Hereberto nobili uiro Flandriae

degeret annos ab *inuersa tunica* accepto uulgariter cognominato *Crangroc*, ei maritalis lege matrimonii copulauit. Insuper & *feodum* eius non tantum pro eo, quod neptem eius uxorem duxerat, quantum pro eo, ut in *Ghisnensi* terra & ubique *Morinensi* ecclesiae *fidelis* existeret, ampliauit & augmentauit. Dedit ergo ei in *feodum Clarcas* & *Cormetas* & *Boulinghen* cum appendiciis eius, *Bochout* quoque iuxta *Aquinum*, quam uillam scilicet *Bochout Ghisnensis* comes *Balduinus* huius nominis *secundus* postea *Willelmo* fratri suo ad confirmandam inter eos pacem *annuente filio* eius *Arnoldo primogenito*, cui *hereditaria* successione ex *parte matris* contingere atque pertinere debebat, in perpetuum donauit *feodi* donum; *Helbodeschen* etiam uillam uidelicet iuxta *longum uillare*, ab eo *Helbodone* in ipsa donatione ab incolis dictam, dedit idem episcopus *Framericus* sub feodalis conditionis dono *Herredo* & *Adelae* & quasdam terras & decimas in terra *Boloniensium*, quas *Stephanus* & *Anselmus* de *Caiocho* & heredes sui ab *Ardensi* in *feodum* tenere debent. Sicque enim *Morinensis curiae parem* constituit & *baronem*. Hoc ad eius promotionem & honorem addito, quod ipse & heredes sui ad *incathedrationem Morinensis* episcopi ipsum episcopum ab electionis loco cum aliis ad hoc ipsum deputatis ministerium & consimilis *feodi comparibus* usque in cathedram suam deferre & transportare debeat. Quare autem ab *inuersa tunica* tantae nobilitatis auctor *Heredus* iu-

qui nominatus est Crangroc *& cur?* *cui* feuda *concessit quaedam*

ad praestandum certum seruitium feudale.

Heredus cur Crangroc *dictus fuerit.*

ſtiori tamen appellatione digne nominandus *Hercules*, uulgali agnomine *Crangroc* agnominatus fuerit, cauſa eſt, non quia, poſtquam nobilem duxit uxorem *Adelam*, rerum ſuarum fidelis & prudens procurator in *ferialibus* diebus parceret ueſtibus et deferret, adeo, ut quidam *Ardenſis* nobilitatis aemuli iactando ſomniant, quod propter ueſtium parcitatem & laborioſi operis expeditionem *tunicam inuerteret* atque ſuccingeret; ſed ideo, quod cum pater ſuus, dum adhuc adoleſcentes degeret annos *Heredus* immo *Hercules*, circa canes ſtudioſiſſimus fuerit in uenando & propter idem ſtudium pater eius quandoque ſummo conſurgeret diluculo filiumque ſuum, ut ſecum in ſaltus & *dunas* ſecus mare iuxta *Furnas* ueniret ſub aeſtiuo tempore ſomno grauem excitaret, *Heredus* adhuc ſomnolentus cum ad uocem patris ſurgeret ignorans, quid aut quemadmodum ſe indueret, *tunicam inuerſam* ueſtiuit. Sicque cum ad patrem perueniret & inuerſa eum hoc ipſum ipſo ignorante ueſtitum tunica conſpiceret, ſocii ab inuerſa tunica, ut iam diximus, uulgali nomine eum *Crangroc* uociferantes inclamauerunt. Vnde usque hodie propter hanc cauſam eum *Crangroc* appellatum cognouimus & denuntiamus.

Heredus Selneſſae *reſidens*

Heredus igitur accepta uxore ſua *Adela*, in terram *Ghiſnenſem* peruenit, ad conſilium uenerandi praeſulis uiriliter ſe habuit & apud *Selneſſam*, ubi uxoris ſuae praedeceſſores & ipſa ſua uxor prius manſerant, manere coepit & *Ghiſnenſi* comiti *Euſtacio* mediantibus amicis

amicis suis & *parentibus* & *Morinensis* ciuitatis praesule reconciliatus, *hominio* ei super quibusdam *tenementis Ardeae* adiacentibus rite exhibito, amorem eius & gratiam demum recuperauit. Mansit igitur *Heredus*, ut iam diximus, apud *Selnessam* inter syluam & mariscum in eo loco, ubi usque hodie inueniuntur quasi *reliquiae gentilium rubeae* uidelicet *tegulae*, *testae uasorum minii coloris* & fragmenta *uasculorum uitreorum*, ubi nunc sulcante aratro reperitur *pita* siue uia dura & lapidea a marisco in siluam calcata.

comiti Ghisnensi *homagium uasalliticum praestat.*

CAP. C.

Quomodo uilla ARDEAE *primo constructa est & unde nomen accepit.*

LOcus autem, qui nunc *Ardensium* populoso frequentatur accessu, pascuus erat & raro cultus habitatore. Mansit tamen ibi in medio agri pascui secus uiam in loco, ubi nunc *Ardeae* forum rerum uenalium frequentatur, quidam *ceruisiae brassator* uel *cambarius*, ubi rustici homines & incompositi uel ad bibendum uel ad *cheolandum* uel etiam *berliandum* propter agri pascui largam & latam planiciem conuenire solebant. Ille autem adhuc sine nomine locus eo quod usque ad montem, qui *Agomelinda* ab indigenis nomen accepit, pascuus erat, denominatiue a *pastura*, ut aiunt incolae, in uulgali dicebatur *Arda*. Dicebant enim pastores ad se inuicem & alii, qui illuc conuenire consueuerant, nomen tabernarii uel inhabitati loci ignorantes, alteri alteros instigantes & ad ludendum prouocantes: *eamus*, *eamus* & con-

Historia constructionis Ardeae oppidi.

Mons Agomelinda.

Vnde nomen acceperit Ardea.

Arda *i.e. locus pascuus.*

conueniamus in pasturam, hoc est, in *Ardam*. Postea uero conuenientes in eodem loco alterius incolatus homines & ibi manere coeperunt. Crescentibus autem ibi populis indigenis simul et aduenis, locum habitationis in *uillam* tandem *contraxerunt*. Postmodum autem transitum per eumdem locum facientes quidam *Italici*, ut in *Angliam* suam facerent *negotiationem* et cum interrogassent et audissent nomen loci putantes uillam *Arduam* uocatam respexerunt et uiderunt uolucrem quandam uidelicet *Ardeam* uersus mariscum ad aquilonem uolitantem. Exclamantes igitur *Italici* ab *Ardea* ciuitate tum oriundi & egressi a suae ciuitatis nomine uel ab *Ardea*, quam uiderant, loco nomen hoc indiderunt *Ardea*. Multiplicato itaque ibi populo creuit loci magnitudo, creuit uillae situs & amplitudo, creuit & *Ardensis* nominis bonitas et fama, adeo, ut *Herredus* iamiam a *Selnessa* illuc sua transferre dispofuit aedificia. Sed cum *Furnenses*, *Selnessenses* situm loci et munitionem circumquaque fere marisco spacioso et profundo siluarumque densitate circumcinctam et conclusam considerantes, aliique *parentes* eius & amici, utpote uiri fortes et bellicosi, ausim dicere *Blauotinorum* patres et auctores ipsum *Herredum* ab illo reuocarent proposito, remansit in sua firmissima *Selnessa* cum uxore sua *Adela* in diuitiis deliciose uiuendo.

Falsae etymologiae origo.

Ardeae ciuitatis incrementum.

CAP.

CAP. CI.

Quod fuerunt quidam falsarii, qui dixerunt HENREDVM *de* Pepelinghis *oriundum.*

SEd sciendum est, quod quamuis *Herredum* de *Furnis* oriundum, uerissime, sicut *chronicalia Furnensium* protestantur, scripta, cognouimus et pro certo asseruimus; fuerunt tamen aliqui, quibus quasi parua de *Hernedo* monumenta reliquit antiquitas, qui de *Hernedo* ueritatis ignorantes historiam, propter quoddam uerisimile *poëticis* quibusdam figmentis uerum obnubilantes et inuoluentes assererent et dicerent, ipsum *Herredum* de *Pepelingis* iuxta *Calquellam* esse oriundum. Dixerunt enim nobis, immo ueriloquis patribus immurmurantes, quod fuerit quondam apud *Pepelingas* quidam diues eiusdem *uillae dominus* nomine *Hernulphus*, qui duos dictus erat habuisse filios *Herredum* et *Hacerum* et ab *Herredo Ardensium* dominos et a *Hacero Pepelingensium Haceretcos* sumpsisse generationis exordium. Mortuo autem *Hernulpho* diuiserunt filii hereditatem patris et *allodia* in *duas*, non *tamen aequales portiones* et *maior pars* cessit *Herredo*, utpote *maiori natu*, minor uero *Hacero* iuniori. Isti uero duo fratres, cum constantissime constringerentur hinc a *Ghisnensium* comite, hinc a *Boloniensi*, ut de praediis suis facerent et ipsis in *subiectionis* signum exhiberent *hominium*, *maior* natu *Herredus* neutri comitum se inclinans aut consentiens ad *Morinensis* ecclesiae

Disquisitio de familia Herredi

quem quidam Pepelingensem *fuisse scriptitarunt*

clesiae

Herredus uasallus fit episcopi Morinensis *& frater eius comitis* Boloniensis *inuito fratre Herredo.*

clesiae episcopum subito cursu permeauit et ab eo, quicquid in *Pepelingarum* dominatione possidebat, siue *terram* siue *decimam perpetuum* et *hereditarium* recepit in *feodum*. Alter uero uidelicet *Hacerus* magis homines reueritus, quam Deum, inuito fratre ad *Boloniensem* comitem conuolauit et ei *hominio* exhibito ab eo terram suam fratre suo *Herredo* praesente et hoc ipsum contradicente eo quod totius terrae *Pepelingarum comitatus, ut uniuersi iuris et dominationis potestas ad ipsum pertinebat*, quomodo potuit, in *feodum* recepit. Sed et huius portionis terrae dominationem, quam *Boloniensis* comitis nec nomine quidem digni *Herredo*, immo domino Deo & episcopo quandoque surripuit & sustulit immanitas, *Boloniensis* comitis alterius religiosissimi uidelicet *Eustacii* sanctissimae dominae & matronae *Idae* uiri, postea *Cluniacensibus* monachis in aedificationem monachalis cellae uel *prioratus* apud *Wastum* pia demum contulit & larga benignitas. Illum autem *Herredum Pepelingarum* dominum tam parcum tamque tenacem extitisse asserunt, quod *stiuam aratri* uel *caudam* producendo tantae dominationis immemor *tunicam* propter uestium parcitatem inuerteret atque succingeret. Vnde & ab *inuersa tunica* nomen eius aut immerito blasphemantes agricolae ipsum uulgali nomine *Crangroc* nominauerunt. Hunc ergo *Herredum* ad *Ardensium* dominationem lege matrimonii quandoque accessisse uerisimiliter referentes mentiuntur.

Donatio monasterio Cluniacensi *facta.*

CAP.

CAP. CII.

CONFVTATIO *eorum falsa opinantium.*

SIc sic *uerum fabulis* quasi ueris *inuoluentes Ardensis* nobilitatis argumentantur aemuli, mentiuntur aduersarii. Sed & haec in sua loca abeant & huiuscemodi fabula tenues uanescet in auras. Absit igitur a mentibus sane credentium, ut dubia pro certis, immo ficta qualiacumque qualicunque uero inuoluta pro uero suscipiamus. Sane cum *Herredus* noster dignissime nominandus *Hercules* nec *Herredus* quidem apud suos, ut iam diximus, sed *Herebertus* nominatus est. Sed nec ab *inuersa tunica* propter uestium parcitatem, sed propter fortuitum, ut iam supra memorauimus, rei euentum nominationem accepit. Nec enim recto procedente ordine aut iudicio sciolis & uerum aemulantibus data est unquam aut dabitur ueritatis cuiuspiam certitudinem inuestigandi facultas, sed piis et beneuolis sine labe & contagione tabescentis inuidiae ueriloquos patres recto tramite prosequentibus. *Herredus* igitur, ut uerum uero prosequamur eloquio & testimonio, sicuti iam praemisimus, nobilitatis & sanguinis natione *Furnensis* incolatus aut habitatione factus *Selnessensis* cum in tranquilla pace & in deliciis, iuxta quod de eo superius diximus, apud *Selnessam* uiueret, cognita uxore sua *Adela* genuit ex ea *duas filias*, primam a nomine matris *Adelam*, alteram uero *Adelidem* nominatam. Quarum prima *Eustachio* huius nominis *primo* senis *Eustacii* de *Fielnis* patri legitimo copulata est

Herredus *idem ac* **Herebertus.**

Vera eiusdem origo.

Est pater duarum filiarum Adelae & Adelidis,

Elembonienses domini. est matrimonio; secunda *Elembonienſi domino Roberto* cognominato *Putepelicho Elembonienſium* patri & auctori, cui ſucceſſit *Wido* ante *Ghiſnas*, eo quod *Ghiſnenſium* comitem cum *Ardenſibus* infeſtabat, interfectus; Cui etiam *Wido ſecundus*, quem comes *Ghiſnenſis Manaſſes* capitalem fecit ſubire mortis ſententiam; cui tertius quoque *Wido* pater uidelicet *maioris Widonis* & *iunioris*. Sed poſt multas inter duos *Widones* altercationes tam in eccleſiaſticis, quam ſecularibus curiis tandem maiore *Widone* mortuo remanſit *Wido minor Elembonienſium* heres & dominus.

CAP. CIII.

Quomodo HERREDO *mortuo* Adela Bergenſi Elbodoni *deſponſata eſt.*

Adelae Selneſſenſis *ſecundae nuptiae cum* Elbodone. PAucorum itaque dierum transcurſo ſpacio *Herredus* mortuus eſt. Et *Adela* non per multos dies remanens uidua ad conſilium *Morinenſis* epiſcopi & aliorum amicorum ſuorum cuidam *uiro nobili Bergenſis caſtellani* fratri *Elbodoni* amplius non nuptura nupſit. Quae prima, ut aiunt, nocte cognita uiro mox concepit & peperit *Arnoldum* *cuius filius Arnoldus.* non minus animo, quam genere nobilem atque ſpectabilem alioſque filios & filias, de quibus *Arnoldo* tamen locum accomodantes, quoniam de eo in ſequentibus latius tractaturi ſumus, ſcribere ſuperſedemus.

CAP. CIV.

Quomodo ELBODO *apud* Selneſſam *manens uiuarium conſtituit & molendinum.*

Elbodo

ELbodo igitur nobilis prolis foecunditate iocundatus inter uirilem aetatem & senium fere constitutus medius cum procliuem magis & magis in senium aetatem iam sentiret sibi appropinquantem, postquam secularibus ludicris abrenunciauit & *torniamentis*, in domo apud *Selnessem* & circa domum cum familiaribus & circa familiam residens & intendens in rebus suis disponendis fidelis extitit & prudens procurator & prouisor. Vnde & a patria se nullatenus, in quantum deferre siue differre potuit, *elongare* uoluit. Sed plerumque apud *Selnessam* cum uxore sua & filiis & familia moram faciens pia sollicitudine liberos salutaribus instruebat documentis aut in rerum suarum procuratione prouisoria sollicitudine fines suae deambulabat terrae pro sui honoris non minus, quam suae gentis conseruatione. Sed quoniam a domesticis suis quandoque audiuit praedecessorem suum *Herredum* accepisse in proposito, ut a *Selnessa* apud *Ardeam* sua transferret aedificia & ibi nouam aedificaret mansionem & ipse simili quoque correptus uoluntatis intentione extirpato *Aneto* a fonte sancti *Folquini* (ibi enim requieuit olim uenerandus confessor *Morinensis* ecclesiae pontifex, dum episcopatus sui partes & ecclesias pius pastor more pastorali uisitaret & circuiret sanctus *Folquinus*) usque ad pedes atrii primitiuae matris ecclesiae sancti *Audomari Ardensis* ibi primis *clusam* siue *terreum molis dorsum* in medio marisci constituit, ubi congregatis a *fonte*

Elbodo senem suam Selnessae habet

fonte sancti Folquini & a fontibus aliis aquis & collectis & retentis *uiuarium* fecit profundissimum & in propiore uillae margine *clusae*, quanta potuit calliditate & rerum prouidentia molendinum fabrefecit & adaptauit.

CAP. CV.

Quomodo ARNOLDVS *filius eius primus* Ardensis dominus *nominatus genuit* Radulphum *canonicum &* Libertum Bottectorum *patrem & auctorem & de morte* Adelae Selnessae *dominae.*

Arnoldus torneamentorum amator,

ARnoldus autem filius eius a *torniamentorum* gloria, cui totus inherebat, quandoque rediens in patriam ad patrem, ut iuuenilis illa assolet aetas, cum quadam *Audomarense* pulcherrima lusit & illusit & ex ea genuit *Radulphum Audomarensis* & *Ardensis* ecclesiae postea canonicum. Ille uero *Radulphus* genuit *Radulphum* militem fortem & nominatum, qui postea ab amore separatus *Ardensium* cum *Philippo Ardensis* domini filio ipsos *Ardenses* auxilio *Reinaldi* de *sancto Walerico* infestauit & eorum praedas, quoad ipse amorem eorum recuperauit & ipsis denuo reconciliatus fuit, saepius abduxit. Genuit etiam supra taxatus *Radulphus* canonicus *Eustacium Ardensis* ecclesiae canonicum & *Walterum* cognomento *militem* patrem *Raulini* de *bosco* siue de *nemore* & *Euam* & *Adelam*, si non pigeat auscultare nobis ista, *referentis matrem.* Cum autem redisset

eiusdem filii naturales horumque posteri

iterum

iterum idem *Arnoldus* ab *Anglia* in patriam & uenisset per *Bolcerdras* inuenit sibi praestantissimae formae puellam, quam cum deuirginasset, genuit ex ea *Libertum* patrem *Drogonis Bothetci*, qui duxit Agnetem filiam *Willelmi* de *Coluida* in uxorem. Postea uero *Selnessensis* domina mortua est *Adela* & ubi prius elegit & debuit in cimiterio sancti *Audomari Ardensis* honorifice est sepulta. *Adelae Selnessensis mors.*

CAP. CVI.

De CAPELLA SANCTI QVINTINI *de* Cappelhoua.

POrro *sancti Quintini capellula*, quae erat in loco, qui usque hodie dicitur *Cappelhoua* & eiusdem capellulae atrium, ubi *antiqui Selnessenses* sepeliebantur, constructa apud *Ardeam* ea, quam nunc inhabitant monachi, ecclesia & cimiterio facto nulla cleri uel populi frequentatione colebatur. Ab illo enim tempore remansit locus ille desolatus & nullis hominum accessibus frequentatus & nullum remansit ibi antiquae uenerationis & religionis uestigium, nisi quod inter condensa siluarum inueniuntur ibi magni lapides in modum altaris dispositi & *sine cimento coniuncti*, & super altare uetustissimae sanctorum imagines & figurae. Postea uero in hoc antiquae religionis locello inter condensa ueprium & spinarum relicto solo & desolato, conuersationem habuit quidam sanctissimi nominis *heremita* nomine *Abraham*, qui *Northoutensis domini* filium iam decennem & sine baptismo patrum negligentia & gentilis imitationem

Cappelhoua. *Capella S. Quintini. Selnessensium sepulcbra.*

ſqualoris adhuc permanentem & usque ad hoc & ob hoc *paganum* uocatum baptizauit & eum ſuo nomine uocauit *Abraham*. Qui tandem quamdiu uixit *paganus* de *Norhout* uocatus eſt. Poſt haec autem, poſtquam ille ſanctiſſimus heremita propter *ranarum*, bufonum, & *lacertarum* & aliorum immundorum uermium horrorem & immunditiam, quaſi in ſecretiorem & mundiorem atque ſecuriorem locum confugiens apud *Selneſſam* in condenſitate nemoris usque hodie dicitur *Diccebuch* usque in finem dierum ſuorum latitauit. Venerunt ad praetaxatum ſanctiſſimae uenerationis locellum duae religioſae ſorores de *capella beatae Mariae* & locum per aliquot annorum ſpacium, ut ſanctimoniales, heremiticam uitam & ſolitariam ducentes occupauerunt & inhabitauerunt donec propter uermium horrorem & immunditiam ipſae quoque neceſſitate cogente, ad locum, unde uenerant, repedauerunt.

Diccebuch *ſilua.*

CAP. CVII.

Quomodo FIELNENSES *&* ELEMBONIENSES *ab* Ardenſibus *ſua requiſierunt allodia & quomodo* Elbodo *mortuus eſt.*

Fielnenſium & Elembonienſium praetenſio in allodia Adelae.

MOrtua igitur *Adela* & ſepulta acceſſerunt ad *Elbodonem* & ad liberos eius *Fielnenſes* & *Ellembonienſes* de *allodiis*, quae ex parte *Adelae*, a qua originem duxerant, ſibi contingere debebant, portionem querentes. Sed cum *Helbodo* & ſui ſe nulla habere uel

uel obtinere *Adelae allodia*, cum *Adela* dudum omnia *allodia* sua a manu *Morinensis* episcopi in *feodum* suscepta, ut iam diximus, omnino dicerent & constantes assererent, *Ellembonienfibus* acquiescentibus *Fielnenses* immurmurantes & ad tempus sustinentes in locum suum recesserunt. Postmodum autem *Elbodo* aetate maturus, senio confectus & plenus dierum uniuersae carnis uiam ingressus migrauit a seculo. Cuius corpus iuxta maceriem templi sancti *Audomari Ardensis* non sine lachrimabili suorum tam *Bergensium* quam *Ardensium* fletu & planctu sepultum est. De omnibus igitur filiis *Elbodonis* & filiabus, quasi non fuerint, obmittentes, soli *Arnoldo*, ut dignum & iustum est, obsecundantes, quod concepimus, prosequamur. ***Elbodonis mors.***

CAP. CIIX.

Quomodo ARNOLDVS *filius eius* Senescalus *factus est comitis* Boloniae Eustacii, *factus etiam dominus* Hiniaci & Exclusae.

ARnoldus itaque patre suo *Elbodone* iam defuncto, postquam in *Ardensis* promotus est dominationis honorem Hectorino animo circumquaque prouincias circuiuit & regiones & quasi ubique clamans ingeminat cum Tydeo, *arma, arma uiri*, nihil in *torniamentis* se adeptum esse profitebatur laudabile, nisi in se ipsum solum *torniamentorum* conuersum praedicaretur pondus & gloria. *Torniamenta* ergo diligendo & ar- ***Cui succedens filius Arnoldus***

Kk 2 den-

dentiſſime frequentando multis in regionibus notus *Bolonienſium* comiti *Euſtacio* nobiliſſimae prolis *Euſtacii* uidelicet *Gandefridi* & *Balduini* auctori & patri notiſſimus fuit & familiariſſimus. Vnde propter eminentem eius in militia fortitudinem, temperantiam atque ſapientiam eum in loco ſuo uniuerſae terrae *ſeneſcalum* & *iuſtitiarium* ſibi ſubſtituit atque *balliuum*. In cuius miniſterii officio non tantum populis & *Bolonienſium* comiti ſed & *regibus Francorum* uidelicet & *Anglorum* aliisque terrarum principibus & ducibus carus fuit, notus & gratioſus. Sic autem principabatur in terra aliena, ut non obliuiſceretur, quomodo ſua ſe haberet *Ardea*. Nam quaecunque in extraneis partibus acquiſiuit munuſcula loco & tempore ſumma cum deuotione in ſuae collocauit terrae & *Ardeae* uicina. Comes autem iam dictus *Euſtacius Lenſim* tenebat & *Hinniacum Letardi* & *Excluſam* iuxta *Duacum*. Sed cum in *Hinniaco* & in *Excluſa* nihil proprium haberet, idem comes *Boloniae* propter *homagium* & *Hinniacenſes*, & *Excluſenſes* efferi eſſent homines & *Bolonienſium* principatui ſuperbi & rebelles, quicquid in *Hinniaco* uel *Excluſa* iuris habebat *ſeneſcalo ſuo Ardenſi* domino *Arnoldo*, *hominio* accepto in *ſeruitii ſui remunerationem* in perpetuum conceſſit ei & dedit *feodum*. *Euſtacius* quoque *Hinniacenſis* dominus et *Balduinus* de *Excluſa* ei *hominium* fecerunt et ad uoluntatem comitis *Boloniae* & ſeruitium ſpoponderunt. Vnde et quidam *Hinniacenſium* incolae

Bolonienſis comitatus Seneſchallus ſ. iuſtitiarius conſtituitur a com. Bolonienſi

a quo eidem Hinniacum & Excluſa *in feudum conceduntur.*

colae et *Duacensium* nec non et *Exclusensium* ad ipsum *Arnoldum*, eo quod propicium eum sibi inuenissent dominum, apud *Ardeam* sponte confluxerunt et ad nutum eius cum *Ardensibus* perpetuam sibi habitationem elegerunt. Sed dum contra illos rixarentur et decertarent, quandoque *Ardenses* aduentitios illos et seruilis conditionis opprobrio notabiles esse uerborum obiectione turpium improperauerunt. Inde est, quod ipsorum heredes et successores propter solam olim factam patribus in ira et litigio *improperii* et opprobrii appellationem. Licet iniuste et immerito seruorum nomen contraxerunt et opprobrium.

CAP. CIX.

Quomodo idem ARNOLDVS *supra Dunionem* Ardeae *factum de* Selnessa *omnia sua transtulit aedificia.*

VIdens ergo *Arnoldus*, quod omnia sibi arriderent et quasi ad uotum in prosperitatem succederent, in *marisculo* apud *Ardeam* iuxta *molendinum exclusam*, quasi in iactu lapidis fecit et aliam exclusam. Inter quas in media limosi marisculi et gurgitosi profunditate adiacentis fere secus radicem collis *motam altissimam* siue *Dunionem* eminentem in munitionis signum firmauit et in aggerem coaceruauit. Cuius firmitatis *Dunionem* quidam, ut aiunt incolae, o mortalium industriam! o indomitarum mansuetudinem bestiarum! domesticus ursus, non ille, pro quo *furnagia* exiguntur, interea alti- *Furnagium.*

altitudinem et molem aggerauit. In cuius aggeris secretissimo latibulo *foelicis hominis portendiculum lapillum super aurum optimum perpetuo mansurum inhumatum asserunt.* Exterioris uero spacium ualli incluso interius molendino, fossato cinxit firmissimo. Mox iuxta quod pater suus olim proposuerat, conuulsis atque dirutis omnibus apud *Selnessam* aedificiis *Ardensem dunionem* pontibus, portis et necessariis communiuit aedificiis. Ab illo ergo magno die *Selnescensium* mansionis loco commolito et contrito aedificiisque apud *Ardeam* contractis atque delatis, deleta est cum castello memoria etiam Selnescensium, adeo ut ab *Ardea* etiam ubique praedicaretur et nominaretur *Ardensium* protector et dominus.

De Lapide philosophorum fabula.

Arnoldus sedem suam Selnessa Ardeam transfert,

CAP. CX.

Quomodo ARNOLDVS *duxit* Mathildem *filiam* Gonfridi *de* Marchisia *& ex ea filios genuit & filias.*

POstquam *Arnoldus* suam muniuit *Ardeam* qualicunque firmitate et castello *Marcisae* domino *Gonfrido* mortuo ad consilium *Boloniensis* comitis, cui dudum militauerat, *Eustacii* uidelicet, *Gernobadati* et aliorum amicorum suorum duxit in uxorem *Mathildem* eiusdem *Gonfridi* filiam, quam post se reliquit unicam et totius terrae suae *heredem*. Et accepta, cum multis a comite *Boloniae* muneribus licentia cum uxore sua *Mathilde* suam secessit in *Ardeam*. Cognouit autem *Arnoldus* uxorem suam et ex ea genuit Arnoldum

& in uxorem ducit Mathildem Marchisiae *heredem.*

noldum postea dictum *senem*, et *Gonfridum* posteae *Marchisiae* dominum, patrem uidelicet *senis Balduini* de *Marchisia*, cuius filius *Balduinus* postea duxit in uxorem, *Adelinam Ghisnensis* comitis *Balduini* filiam. Genuit etiam *Arnoldus Ermentrudem Northoutensium* matrem et dominam et *Heilewidem Odrensium* domino *Henfrido* desponsatam uxorem et *Iocastam* siue *Iuisiam Brunesbergensium* domino *Stephano* copulatam uxorem et *Enimam seni Iohanni* de *Bereborna* legitimo coniunctam matrimonio. *eiusdem liberi.*

CAP. CXI.

Quomodo ARNOLDVS *uillam* Ardeae *oppidum fecit liberum &* pares *in eo duodecim constituit &* scabinos *& forum rerum uenalium iuramento confirmauit.*

HIc autem *Arnoldus* postquam in corona *Angliae* non minus quam *Franciae* omnium *torniamentorum* gloriosum nomen adeptus est & laudis praeconium in sua securus residebat *Ardea*. *Ardeam* quantocunque nomine & honore extollere posset prudenter examinans & diligenter excogitans; petiit igitur a *Balduino Ghisnensium* tunc comite, *Andrensis* ecclesiae uidelicet instauratore, quod & impetrauit, ut scilicet de *uilla sua Ardea liberum imo liberrimum facere castellionis licet exiguum posset, oppidulum.* Quo concesso & *plenissimo denariis modio, comiti iam dicto* liberaliter oblato & a comite in gratiarum actione pro omnibus quaecunque ab *Ardeae uillae incrementa, nam consensu com. Ghis. in oppidum liberum erigitur.*

ibidem in castro 12. pares uel barones instituuntur, & nundinae frequentandae, & scabinatus ad exemplum Audomarensis.

eo postulauerat, accepto *Ardensis* dominus *Arnoldus* duodecim *pares* uel *barones* castro *Ardeae* appenditios instituit & fossato extra uallum in circuitu quasi corona firmissimo praeparato rerum uenalium *forum* in medio collocauit & in *quinta feria* imperpetuum seruandum & frequentandum iurauit. Et *scabinos* eidem loco ordinauit & eorum iudicia *secundum iurisdictionem & institutionem Audomarensium scabinorum* & *burgensium* tenenda & imperpetuum seruanda cum *duodecim Ardensis oppidi partibus*, *uauassoribus*, *militibus*, *burgensibus* & plebe *tactis sacrosanctis* in ecclesia sancti *Audomari Ardensis* iurauit & confirmauit.

CAP. CXII.

Quare hic ARNOLDVS *dictus sit* aduocatus *& quomodo* Mathildis *uxor eius obiit.*

Arnoldus aduocatus *dictus eccur?*

SI quidem hic *Arnoldus* cum *uillicaturam* siue *praeposituram sancti Bertini* in terra *Ghisnensi* hereditario iure a tempore uenerabilis patris & comitis *Walberti* & antecessoribus suis accepisset, maximam cum eiusdem loci monachis familiaritatem consecutus est. Adeo ut per omnia ecclesiae suae fidelem & in terra *Ghisnensi* cum *aduocatum* suum dicerent & constituerent. Vnde & ubique terrarum *aduocati* nomen accepit. Huius ergo nominis impositionis causam & certitudinem in multis *Ardensis*, *Bertinensis*, *Audomarensis*, *Morinensis*, *Boloniacensis*, *Hinniacensis* ecclesiae nec non & *sancti Pauli* scriptis

ſcriptis *autenticis* & priuilegiis *Arnoldus* inuenitur *aduocatus* nominatus, fuit autem propter ſupradictam cauſam eo quod *Corilisium* & quaſdam terras circa & intra *burgum* ſancti *Audomari* & *Wachcinghen* & quaedam alia de abbate teneret, eiusdem abbatis uidelicet *ſancti Bertini* fidelis & *hominii* debitor & conſeruator. *Mathildis* autem uxor eius in *Ardea* tempore reſidens quodam appropinquante hora partus uix puerum in dolore & in mortis anguſtia edidit cum & ipſa ſimul mortua eſt cum puero & *Ardeae* cum planctu & gemitu ſepulta.

eſt uaſallus abbatis S. Bertini.

eius uxor Mathildis moritur.

CAP. CXIII.

Quomodo ARNOLDVS *filius* Arnoldi *conquiſiuit in* Anglia *terram.*

ARnoldus autem filius eius adoleſcentes iam exuperans annos in robur coepit creſcere uirile etiam factus miles patris ſui *Arnoldi* per omnia mores ſequens & ueſtigia a patre parum aut nihil in militiae gloria diſcrepare uidebatur. Fuit igitur *Arnoldi* filius *Arnoldus* miles in armis ſtrenuiſſimus. Vnde & opitulante *Bolonienſi* comite *Euſtacio* inter commilitones *Anglorum* regis *Willehni*, qui *Angliam* bello & armis & in uirorum uiribus debellauit & acquiſiuit, annumeratus eſt primus & ei plurimis ſeruiuit annis. Vocatus eſt autem & ab eodem rege *Willelmo Gonfridus* frater eiusdem *Arnoldi*, qui ſimul ſub Hectorinae probitatis clipeo diutius ei ſeruierunt. Seruientes igitur ambo fratres *Arnoldus* uidelicet & *Gonfridus* iam dicto regi, tantam eius adepti ſunt gratiam,

eius filius Arnoldus Wilhelmo Angliae regi ſeruiit,

una cum fratre Gonfrido

quibus rex Wilhelmus feuda quaedam in Anglia concessit.

quod propter quotidiana stipendia & munuscula, quae ipsis contulit innumerabilia, contulit etiam eis & in perpetuitatis concessit feodum *Sterintoniam* & pertinencias eius, *Dotesswordiam, Trorintoniam, Leilefordiam, Toleschondiam* & *Hoilandiam*. Interim autem, dum in *Anglia* in seruitio regis moram faceret Arnoldus tres filios in tribus puellis genuit. Quorum *Elmantus* & *Willelmus* milites fuerunt, sed Anselmus in *ultramarinas* tendens & perueniens & moram faciens partes: tandem a Sarracenis captus legem Christianam & fidem & paternas apostatauit traditiones. Sed cum post multos annos manus euasisset *Sarracenorum*, tandem in patriam ad parentes rediens, cum eis ad tempus commoratus est. Sed tamen cum Christianis manens parentibus omnium die nisi excepta *sexta feria* carnibus utebatur, nec se dissimulabat quandoque apostatatum & in *Sarracenismas* olim prolapsum immunditias. Vnde & christicolis parentibus odiosus ab Ardea in *transmarinas* iterum secedens partes ulterius suis non comparuit. Ad patrem autem rediens quandoque Arnoldus apud *Lothesiam* in nobili puella genuit *Philippum* quidem militem non minus armis quam genere nobilem. Hic siquidem *Philippus* Ardenses, cum ei debitum cognationis iure beneficii denegarent contubernium, adiunctis secum satellitibus & praedonibus eosdem *Ardenses* praedationibus plerumque lacessiuit & armis.

Arnoldi filii naturales, quorum Anselmus a Saracenis captus religionem Christianam dereliquit.

CAP.

CAP. CXIV.

Quomodo primus ARNOLDVS *uiduam* ſancti Pauli *duxit in uxorem.*

IGitur dum *Arnoldus* & *Gonfridus* frater eius memorato regi *Anglorum* glorioſiſſime militarent, pater eorum *Arnoldus*, poſtquam filias ſuas praetaxatis uiris deſponſauit uxores, per totam *Franciam*, *Angliam* & *Normanniam*, *Burgundiam* nihilominus quam per *Flandriam* famoſiſſimus fuit & notiſſimus. Fuit enim in conſilio Neſtor & calliditatis praeſcientia (licet alicuius ſolatium non haberet *Penelopes*) alter Vlixes, in iudicio, tantum abſint Veneris inſidiae, paſtor Alexander, in pulchritudinis elegantia, quantum permiſit adhuc inuidia & ſatis ſpectabilis aetas, Abſalon, in militiae gloria non Triptolemus, ſed Achilles, ſeipſum in armis ſuis contra quosque hoſtes exhibens, in ſapientia, quod ſupereſt, & dominandi continentia Salomon, ut magis appareret regni heros, quam *Ardenſis* heros. Interea *Teruannici* populi uel *ſancti Pauli* comite *Hugone*, uidelicet *ſene*, ſuſceptis de uxore ſua *Clementia* liberis uniuerſae carnis uiam ingreſſo, cum adhuc filii eius imbecilles eſſent & cuſtodia indigerent, propter eminentiam, qua omnibus commilitonibus prepollebat in ſapientia & in militiae gloria, uirtute, iuxta conſilium *baronum Franciae* & *Flandriae* opitulante *Boloniae* comite diuina quoque ſemper praeeunte gratia, *ſancti Pauli* comitiſſa *Clementia* *Arnoldo Ardenſi* domino legitimo coniuncta eſt matrimo-

Arnoldus laudatur

uiduam comitis S. Pauli in uxorem ducit.

trimonio. Sic & *Balduinus nobilis aduocati Roberti* de *Betunia* filius quandoque propter eminentem in militia, qua multis excellebat, nobilitatis & probitatis laudem & gloriam mortuo *Albemarle* comite impregnatam eius uiduam opitulante immo *iubente Anglorum* rege, cui diutius militauerat, *Ricardo*, duxit uxorem & *Albemarle factus est comes & nominatus*. *Arnoldus* itaque *sancti Pauli* comes in omnibus Christo Domino, tanti muneris & honoris auctori & opifici, quantas potuit gratias egit & exhibuit. Qui licet meritis suis exigentibus ad tanti comitatus sublimaretur honorem, non in laudem aut gloriam est elatus humanam, sed tanti honoris magnitudine summa cum discretione librata & conseruata humilem in rigore iustitiae & rigidum in humilitatis uirtute, prout temporis exigebat oportunitas & personarum actio postulabat, se exhibebat. Audiuit enim quandoque & didicit: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus*. Non enim tirannicam in subiectos exercuit rabiem, sed cum omni mansuetudine & benignitate, quanto potuit studio, *populo terrae quasi se hereditarium ymaginauit comitem & dominum*. Quamobrem nec collecta, sicuti superuenientium mos inoleuit, dispersit, sed dispersa, quanta potuit, sollicitudine colligere curauit. Et quum audisset quandoque: *non parcit populis regnum breue*, quasi in comitatum cum heredibus suis perpetuo sessurus & permansurus, eundem comitatum rigido sollicitudinis gladio rexit & protexit. Nec tamen

Robertus de Betunia fit Albemarle comes.

a suae

a suae perculit memoriae cellula, quomodo subsistet & quomodo sua se habeat & contineat *Ardea;* quomodo filii sui in *Anglia;* quomodo filiae in quacunque conuersentur patria. Quocirca nunc in *Teruannicorum* patria, nunc conuersationem habet in *Ardea,* nunc apud *Letardi Hinniacum,* nunc in *Exclusa* suspendit itineris gressum, nunc consolationem accipit de filiis in *Anglia,* nunc diligentiam adhibet circa filias & earum liberos, nunc *Teruannicorum* girans patriam, *uices comitis* diligenter exequitur. Vxori autem prae omnibus & in omnibus uenerationem exhibens, non tantum, ut uxori, sed ut dominae reuerentiam exhibuit & obsequium, &, sicut decuit, ei congaudebat & merito congratulabatur. Sed quoniam *sancti Pauli* comitatum ad suos non posse neque debere transferri heredes non ignorauit, quicquid, salua honoris sui reuerentia, potuit de assumpto loco in suae proprietatis locum apud *Ardeam* transportare curauit. Sic ergo secularia circumquaque prouocauit negotia, ut quotidie sciret, quid in sancta ageretur ecclesia.

Arnoldus uice-comes S. Pauli.

CAP. CXV.

Quomodo primus ARNOLDVS *ecclesiam* Ardensem *instituit & canonicos instaurauit.*

CVm igitur omnis ei applauderet populus & fere totus ei in prosperitatem arrideret mundus, iuxta sapientis consilium sua coepit cogitare nouissima. Vnde & diuino tan-

Drogo Morinensis episcopus

cuius consilio aliorumque utitur Arnoldus & consensu

tandem accepto responso, cum felicis memoriae *Morinensis* ecclesiae episcopo *Drogone* tractare coepit, qualiter & quomodo suam apud *Ardeam* conuentualem facere & instaurare posset ecclesiam. Erat autem tunc temporis in *Ardea* quidam sub *Morinensis* episcopi presidio substitutus *personator* siue *persona* nomine *Walterus*, qui etiam *Nelensis* & *Altinghensis* uillae simili professione procurabat ecclesiam. Loquens ergo cum hoc *Waltero* ad quaecunque disponere in *Ardensi* decreuisset ecclesia, uoluntatem eius omnimodam sponte sibi uendicauit & inclinauit. Habebat autem *Arnoldus* quemdam, sicuti iam diximus, filium nomine *Radulphum* in *burgo sancti Audomari* & progenitum & nutritum etiam in eodem burgo in ecclesia *sancti Audomari* canonicum. Huius autem *Radulphi* simul & iam dicti *Walteri* consilio ad supra nominatum ecclesiae *Morinensis* accessisset antistitem *Drogonem* loquutusque multisque diuque cum eo simul & cum eiusdem loci *capitulo* quasdam in eadem ecclesia constituit praebendas. Vnde & optatis ab eo & capitulo potiora recepit. Praemonitus enim & praemunitus, ut cognouit episcopus, quod in *Ardea* conuentualem facere disponeret ecclesiam ad hoc ipsum faciendum ei facilem & propicium praebens assensum *Ardensis* ecclesiae *personatore Waltero* praesente & hoc ipsum annuente, *Ardensis* ecclesiolae altare cum eiusdem omnibus altaris pertinentiis totamque eiusdem loci ecclesiolam ad instar ecclesiae sanctae Mariae,

Mariae, in qua requiescit corpus sancti Audomari ei liberam reliquit. *Arnoldus* igitur gaudens uberius & exultans in domino cum supradictis duobus & quibusdam aliis *Morinensis* ecclesiae canonicis in suam gressus accelerauit *Ardeam*. Et quantocius filios suos & filias, simul & *terrae suae nobiles* clericos quoque & uiros religiosos conuocauit, intransque ecclesiolam, cuius parietes uetustissimi, nouo nunc continuantur & coaptantur operi uel capiti coram Deo & sancto *Audomaro* in cuius nomine ab initio illa fundata erat ecclesia & coram omnibus sanctis & coram omnibus praesentibus & astantibus assensumque praebentibus in substentationem *decem clericorum* siue *canonicorum secularium* Deo & sancto Audomaro in eodem loco in perpetuum seruire destinatorum, super eiusdem ecclesiolae altare per *uirentis oliuae ramum in uexillo sanctae crucis appensum* obtulit & in liberam ei contulit elemosinam in primis eiusdem loci altare, in ea, qua idem altare prius a *Morinensis* impetrauerat & acceperat episcopo libertate, cum eiusdem altaris pertinentiis, totamque totius parochiae decimam, terrarum tam *noualium*, quam ab antiquis excultarum, non excludens aut excipiens nemus aut mariscum. Sed totum includens *quicquid sacri canones & sanctorum decreta patrum decimari decreuerunt* & constituerunt. Decimam quoque de *Frelinghen* & de *Rolinghen* & de *Wallainis* & in eadem uilla molendinum & iuxta molendinum *curtillum* unum & in

& consensu suorum liberorum & nobilium

Traditio symbolica.

Dotatio eiusdem ecclesiae Ardensis.

Elcecho.

Elcecho terram ad *carrucam* unam liberam; Altaria quoque de *Suauecis* & *Boringhis*. Altare quoque de *Hondescoto* & *Subsilles* circa eiusdem uillae atrium & *morum* siue *mariscum* & in *Blendeca* terram ad *carrucam* unam liberam, quae terra, cum nescitur ab *Ardensis* ecclesiae tunc temporis possessoribus ubi sit uel quomodo ab ecclesia *Ardensi* alienata fuerit, opinantur quidam, quod in commutatione canonicorum eiusdem ecclesiae ad monachos quasi oblita latuerit & cum tandem ad quendam *Boidinum decanum* quasi hereditario iure successerit, cum cognouisset ab antecessoribus eandem terram ad ecclesiam *Ardensem* pertinere & eam, ut debuit & forte noluit, cum non potuit *Ardensi* reddere ecclesiae et restituere sibi conscius quasi saniori adepto consilio super eandem terram instaurauit sanctimonialium cenobium, quod nunc dicitur sanctae *Columbae*, in quo tandem seipsum cum tota terra fratrem & quasi canonicum uel monachum constituit. In *Ardea* etiam terram de *cruce* & molendinum ab orientali parte castelli & unicuique *canonico* in uilla *stationario* siue etiam non *stationario* iuxta atrium unum concessit *curtillum liberum*. Accedentes etiam alii terrae nobiles & *barones* tam *Ghisnensis* quam *Ardensis* ditionis, similis feruore deuotionis in substituendis canonicis terras suas & si quas habebant, *decimulas* uel praediola obtulerunt. Hic unum *polcinum* uel *bustellum frumenti*; hic duos uel plures; hic quantumcumque auenae; hic quoque denarios;

rios; hic quantamcunque possessiunculam; hic quemcumque alicuius terrae *comitatum.* Quo facto uocauit primo *Walterum*, qui prius *Ardensi* praeerat *personator* ecclesiolae & in nomine Domini & sancti Audomari ei primam dedit praebendam; secundam *Radulpho* filio suo & sic aliis equaliter omnibus tribuens, tandem ibi praesentibus filiis & filiabus suis & nobilibus multis & clero & populo, omnibus Deum & sanctum Audomarum inuocantibus & uocem laudis in assensum in excelsum extollentibus & iubilantibus *decem canonicos* instituit & instaurauit, ut quicquid contra decem praecepta legis per secularem negligentiam & mundanos commisit excessus per preces decem canonicorum opitulantibus apud Dominum, meritis & intercessione beati Audomari expietur. Sicque facti sunt & instaurati *Ardensis* ecclesiae decem canonici *Francorum* rege regnante *Philippo*, *Roberto Frisone*, *Richilde triumphata*, *Flandriam* procurante, *Balduino* comite *Ghisnensi* principante, ipso *Arnoldo* siue *Arnulfo aduocato Teruannici* comitatus praeside & *Ardensibus* dominante, *Drogone Morinensis ecclesiae* baculum baiulante dominicae incarnationis anno MLXIX.

Decem canonicorum institutio in Ardensi ecclesia facta 1069

CAP. CXVI.

Quomodo MORINENSIS *episcopus* DROGO *liberam confirmauit* Ardensem *ecclesiam cum eius appendiciis.*

DRogo itaque *Morinensis* episcopus ecclesiae acceptis ab *Arnoldo* praeuilegiis &

confirmationis ecclesiae *Ardensis* literis, eidem *Arnoldo* & eius successoribus & canonicis in iam dicta ecclesia in perpetuum seruituris eandem ecclesiam cum pertinentiis & appendiciis eius & possessionibus in plena priuilegiauit sinodo & confirmauit in hunc modum:

Drogonis Morinensis episcopi ab Arnoldo institutorum canonicorum confirmationis **DIPLOMA.**

In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti unius ueri Dei. Ego DROGO *gratia Dei* Teruanensis *ecclesiae antistes notificari uolo fidelibus tam praesentibus quam futuris, me concessisse precibus cuiusdam* fidelis nostri Arnulphi *scilicet* aduocati *non abnuenda petentis altare de* Arda *libertatis ad instar sanctae Mariae, in qua requiescit corpus sancti Audomari, ea scilicet conditione, ut sub* patrocinio *eius* successorumque *eius perpetuo omnis debiti exactione solutum maneat, dum tamen nobis successoribusque nostris* duos solidos in coena Domini Teruannae annuatim *persoluat. Duae autem partes oblationum eiusdem altaris deputabuntur canonicis ibidem Deo seruituris; tertia uero cum cera tota ad luminaria & ad restaurationem ecclesiae. Haec igitur sunt, quae idem* Arnulphus *pro anima sua & uxoris suae & filiorum suorum & patris & matris & antecessorum & successorum suorum ibidem Deo & canonicis dat:* Decimam eiusdem uillae de omnibus, totam terram ad carrucam unam liberam, unicuique canonico curtillum unum liberum in eadem uilla: decimam de Frelinghen & Rolinghen, in Pepelinghen, decimam eiusdem uillae & terram liberam ad carrucam unam, decimam de Walai-

Walainis & molendinum unum & curtillum unum liberum; in Elcecho terram ad carrucam unam liberam; altaria quoque de Hondeſcoto & de Boninghis & de Suauekis, *quae erant de beneficio eius, pro quibus ad honorem noſtri & ſucceſſorum noſtrorum* quinque ſolidi *dabuntur in ſubſtituendo decano, qui ad ſinodum ueniet;* molendinum quoque, *quod eſt in orientali parte caſtelli* Ardeae & *pratum cum terra apud* Bladringhen *& in* Blendeca *terram ad* carrucam *unam liberam. Si quis ergo contra hoc noſtrum uenire temptauerit, iram Dei primum incurrat legeque coactus,* decem libras auri *perſoluat. Actum* Teruannae *anno incarnationis Domini* MLXIX. *indictione ſecunda, regnante* rege Philippo, *aſtantibus idoneis teſtibus, quorum nomina ſubſcribuntur. Signum* Drogonis *epiſcopi, ſignum Huberti, ſignum Warneri archidiaconorum, ſignum Geroldi decani, ſignum Grimolandi cantoris, ſignum Todonis. S. Odonis. S. Ernulfi. S. Walteri. S. Richarii. S. Gehardi. S. Arnulphi aduocati. S. Sichardi de* Scoches. *S. Gerardi Godnach. S. Adelonis. S. Regeneri. S. Balduini de* Vphem *S. Arnulphi. S. Hiberti & Galandi. S. Frumoldi. S. Euſtacii.*

Actum Teruannae 1069. TESTES.

Hic igitur, quantum meminimus, tenor & forma priuilegii *Morinenſis* epiſcopi *Drogonis.* Nec miremini, patres & domini & uos maxime capellani & clerici, ſi priuilegium de *latino* in *maternam linguam* uobis quandoque reſeratum, interpretatum minus proprie minusque concinne aperuerimus. Sed quod *lingua* noſtra loqui non

ſufficit *laicalis*, ueſtrae capiat in oſtenſione uerborum qualicumque & comprehendat capax intellectus & attentio diſcretionis uel certe diſcretio rationis. Simili modo archiepiſcopo *Remenſis* ciuitatis et ab ſummo *Romanae* ciuitatis pontifice priuilegia perquiſiuit et in uoluntate piae deuotionis impetrauit.

CAP. CXVII.

Quomodo ARNOLDVS *multorum ſanctorum reliquias in* Ardenſem *eccleſiam collocauit.*

Reliquiarum ab Arnoldo conquiſitarum recenſio.

POſthaec *Arnoldus* multas circuiuit eccleſias et multorum perquirens et acquirens reliquias ſanctorum, quotquot habere potuit, in *Ardenſi* eccleſia collocauit. *Audomarenſes* itaque canonici de capite beati Audomari patris eorum et patroni dentem extrahentes ei dederunt, quem in auro puriſſimo et lapidibus precioſis obtexit et in ſua ſumma cum reuerentia collocauit eccleſia. Abbas autem ſancti *Bertini*, *cuius fidelis dicebatur* et *erat*, *cruciculam* unam, in qua reconditae erant quaedam abſciſſiunculae capillorum et ueſtimentorum beatae Mariae uirginis et de *barba ſancti Petri* apoſtoli et de *manna* Domini et de *puluere* ſancti Ioannis baptiſtae. Dedit etiam ei idem abbas *brachium ſancti Pancratii martiris* et maximam partem reliquiarum ſanctorum martirum *Nerei* et *Achillei*, pro quo aſſerunt eundem *Arnoldum* abbati et monachis ſancti *Bertini* retribuiſſe redditus et praebendas, unde quatuor monachi poſſent ſuſtentari in perpe-

perpetuum; In ecclesia quoque sancti Audomari apud *Sythiu* totidem canonici. Ab ecclesia uero *sancti Pauli* per consensum quorundam canonicorum atque episcopi multorum sanctorum reliquias et *ueteris Testamenti libros* et *passionarium* et quosdam alios libros et multa ecclesiastica ornamenta in suam *Ardeae* transtulit ecclesiam. Sicque dum sub hac intentione plurimas circuiret ecclesias et de reliquiis et ornamentis hic illic acceptis suam ditaret ecclesiam, mortua est uxor eius nobilis comitissa *Clementia*.

Arnoldi uxor Clementia moritur.

CAP. CXIIX.

Quomodo ARNOLDVS *maiorem ecclesiam construxit in* Ardea *& in ea canonicos transtulit.*

MOrtua igitur uxore sua *Clementia* et in ecclesia sancti Pauli sepulta et officiosissime deplorata, *sancti Pauli* satis prudenter ualedicens et relinquens *comitatum*, suam apud *Ardeam* se transtulit *Arnoldus* et nouam ibi in medio fori ante portam interioris ualli in honore beatae Mariae uirginis et sancti Audomari confessoris et *Morinensis* episcopi nec non et sanctorum, quorum perquisierat reliquias, magnam aedificauit basilicam et ab ecclesia cimeterii cum suis euocauit sacrariis et reliquiis omnibusque ecclesiae libris et ornamentis, canonicos et in noua basilica, quasi in sua capella Deo in perpetuum seruire constituit. Ecclesiae tamen cimiterii presbiterum Deo in perpetuum seruiturum et pro fidelibus missam ce-

Canonicorum Ard. institutio.

 lebra-

lebraturum, procurauit. Cuilibet igitur canonico in uilla conuersanti et *stationario* circa forum et circa nouam ecclesiam mansum dedit et liberum concessit. Postquam uero suos in nouam suam ecclesiam introduxit canonicos, statuit et tam propriae manus, quam capituli canonicorum iuramento confirmauit quod nullus canonicorum, *qui in propria persona in ecclesia sua suam non deseruiret praebendam de praebenda amplius obtineret, quam centum solidos*, uicarius autem eius, quicquid amplius ualeret. Nec canonicus aliquis *forensis* suum ibi substitueret uicarium, sed tantum ecclesiae decanus iuxta consilium canonicorum in ecclesia quotidie conuersantium.

Leges & conditiones eorundem.

CAP. CXIX.

Quomodo idem ARNOLDVS *unus de* paribus Flandriae *factus est & quomodo bannitos possit detinere.*

SCiendum est autem, quod *Arnoldus* uel *Arnulphus aduocatus* dictus & *Ardensis* ecclesiae instaurator & praepositus, *quandoque sancti Pauli comes*, dum *Ghisnensium* comiti *Balduino* huius nominis *primo*, ut domino parere dedignaretur & respueret & ob hoc a *Ghisnensi* comite sepius impeteretur & *caussis* persequeretur & armis, consilio *Arnoldi* filii sui & quorundam aliorum *Ardensis* castelli *Dunionem* & alia quaedam *allodia* sua a *Flandrensi* comite *Roberto*, qui postea debellata Antiochia cepit Ierosolimam, *Roberti*, de quo iam diximus, *Frisonis* filio in *feodum* suscepit & ei *hominium* fecit et subiectionem com-

Arnoldus aduocatus quaedam allodia Flandriae com. Roberto in feudum offert.

compromisit. Vnde & *Flandrensis comes* ei concessit, ut *hereditario iure* cum *duodecim Flandrensis curiae paribus* & *baronibus* sedeat & judicet et ut honoris eorum & dignitatis per omnia se comparem glorietur & participem. Concessit etiam ei & in *feodum* dedit *hereditarium*, ut quemlibet pro quacunque causa *bannitum* per *annum unum* & *diem unum* contra quoscunque suae ditionis homines *Ardeae* sustinere posset, dum non *in corpus Flandrensis* comitis uel comitissae quicquam in propatulo moliretur aut machinaretur. Quodsi iuri stare noluisset bannitus in quamcunque suae dominationis curiam coram quibuscunque iudicibus eum secure producere potuisset et sic quamdiu iudicio stare uoluisset eum in terram suam reducere & in terra sua retinere potuisset. Sic ergo mundanas actiones cum secularibus satis laudabiliter disponens in seculo; aegrotare cepit & cum uocasset ad se abbatem sancti *Bertini*, conuocatis etiam filiis suis ad se & ecclesiae suae clericis, cum coram omnibus ualedicens seculo monachus effectus & apud sanctum Bertinum delatus est. Vbi per aliquod dierum spacium suorum in poenitentia deflens negligentias peccaminum, exuens & relinquens molem carnis simul & miserias omni dubitatione remota sedes receptus est in aethereas. Cuius corpus a monachis in claustro est honorifice sepultum & in mausoleo per secula memorando studiosissime contectum.

Priuilegium Arnoldi a Flandriae com. impetratum singulare in feudum datum recipiendi bannitos.

Tandem monachus effectus moritur.

CAP. CXX.

Quomodo mortuo ARNOLDO *filio eius* Arnoldo Hinniacenses & Exclusenses *homagium facere noluerunt.*

Eustacius de Hinniaco & Balduinus de Exclusa detrectant amplius homagium praestare Ardensi domino.

MOrtuo autem *Ardensi* domino & praeposito *Arnoldo* siue *Ernulpho aduocato Eustacius de Hinniaco* & *Balduinus de Exclusa* ad *Flandrensem* comitem *Robertum* conuolauerunt & *homagium* siue *hominium*, quod *Ardensi* domino *Arnoldo* facere debuerant, o iniquorum perfidia comitum! o subditorum perfidias manus! o perpetuum *Hymniacensium* opprobrium & *Exclusensium*! *Flandrensi* comiti nihil impudentes nihil in obsequio uerecundantes exhibuerunt & licet propter tanti perfidiam criminis multi illos increparent & redarguerent & in opprobrium reproborum & perfide delinquentium in ipsos conspuerent, *Boloniensi* tamen comiti aut *Ardensi* domino aliquo subiectionis aut obligationis titulo amplius inodari constanter abdicauerunt. Vnde & in iram conuersus *Ardensis* dominus *Arnoldus* filius *Arnulphi*, si quos habebat accolas *Hinniacenses* uel *Exclusenses* apud *Ardeam* commorantes in despectum & opprobrium *Hinniacensium* perfidorum & *Exclusensium* dominorum perfidos reputauit & in seruilis conditionis detrusit & inclusit opprobrium.

CAP. CXXI.

Quomodo ARNOLDVS senex *dedit* Gonfrido *fratri suo terram de* Marchisia & Gon-

Gonfridus *relinquit ei partem terrae suae in* Anglia.

ARnoldus filius autem eiusdem *Ernulphi aduocati* cognomento *senex* uel *uetulus* accepta satis prudenter de morte patris consolatione *Ardeae* dominus effectus est & *Ardensis* ecclesiae praepositus & commutata quantocius a fratre suo *Gonfrido* & comparata, quam pro militiae seruitio munus & munium a rege supra nominato *Angliae* in *Anglia* perquisierant & simul acceperant, terra, fratri suo *Gonfrido* terram *Marchisiae* cum pertinentiis eius, quae ex parte matris eius ei contigerat, hereditario iure concessit habendam, sicque *Gonfrido* & heredibus eius deputata est *Marchisia*. *Arnoldus* igitur *Ardeae* factus dominus & *Flandrensis curiae compar* & socius *Flandrensem* curiam frequentauit, *Flandrensium* nobiles, quanto potuit studio honorauit, ut eorum opitulatione *Hinniacenses* & *Exclusenses* ipsum, proh pudor & perfidiae nefas! dedignantes & in illum contumaces & rebelles apud *Flandrensem* comitem maxime sibi acquireret & subiugaret. Ad quorundam igitur subsequentium declarandam & elucidandam obscuritatem, ut uidelicet *Ardensis* dominationis nobilitatem, prout concepimus, ex integro aperiamus, & *Broburgensium* genealogiam, prout nostrae adiacet narrationi, minus prouide intactam non relinquamus, cum nec in hoc a narratione nostra uagantes digredimur aut discurrimus; ad quaedam alia narrationi quidem nostrae non aliena,

Arnoldi senis cum fratre Gonfrido transactio.

idem contra Hinniacenses & Exclusenses agit in curia Flandrensi.

ſed affinia, tam *Ardenſibus*, quam *Broburgenſibus* domeſtica a ueriloquis praemoniti & edocti patribus, *Ardenſes* ſimul & *Broburgenſes* ab *Alloſtenſibus* in parte duxiſſe originem doceamus.

CAP. CXXII.

Genealogia BROBVRGENSIVM *& quomodo* Broburgenſes *&* Ardenſes *ab* Alloſtenſibus *in parte duxerunt originem.*

Balduinus groſſus Aloſtenſis dominus

FVit igitur quidem in terra *Braibandorum* nobilis quidam *Aloſtenſis* dominationis heres & dominus *Balduinus* cognomento *groſſus* ſiue *magnus*, qui habuit uxorem nobilibus ortam natalibus nomine *Mathildem* a uiri ſui *groſſitudine* uel magnitudine ſimili appellatione *groſſam* uel magnam nominatam. Si quidem hic *Balduinus groſſus* habuit fratrem *Inglebertum* nomine de *Pebinghen* & ſororem pulcherrimam nomine *Gertrudem Ardenſium* domino *Arnoldo ſeni* ſiue *uetulo* propter *Arnoldum* filium ſuum *iuuenem* ſiue *iuniorem* dictum, nominato quantoque deſponſatam uxorem. Genuit autem *Balduinus groſſus* ex uxore ſua *Mathilde groſſa Balduinum luſcum* propter barbae prolixitatem dictum *Gernobodatum*, *Aloſtenſis* terrae poſtea dominum, & *Iuenum* de *Gandauo* nominatum. *Balduinus* autem *Gernobodatus* ex nobiliſſima de *Grembergio* oriunda *Luthgarda* genuit *Beatricem*. *Balduino* autem *Gernobodato* uniuerſae carnis uiam ingreſſo & ſepulto *Iuenus* frater eius non

cuius filius Balduinus luſcus dictus Gernobodatus eccur?

quo mortuo frater eius Iuenus de

non considerans iustum aut honestum aut fructuosum filiam *Beatricem* uiuam & *heredem* adhuc esse & superstitem, uiolenter irrupit & quomodocunque *Flandrensium* comite *Theoderico* consentiente immo assensum praebente, obtinuit. Sed & neptem suam *Beatricem*, *Balduini* uidelicet fratris sui filiam, adhuc tenellam & iuuenculam & rei euentus ignaram & sciolam & quid de ea ageretur minus consulte praeuidentem, *Broburgensi castellano Henrico Deinardi* filio relicta sibi minima allodiorum, quae ex parte matris suae *Luthgardae* in terra *Braibandorum* ei contingebant portiuncula, *Wercia* uidelicet & *Menithia*, copulauit uxorem. Siquidem hic *Broburgensis* castellanus *Henricus* patre suo pridem *Broburgensi* castellano *Deinardo* in ecclesia sancti *Donatiani Brugensi* cum *Flandrensi* comite *Carolo* ante altare sancti patris Basilii ad orandum genua flectente, a *Brugensibus* traditoribus inopinatae mortis gladio interempto cum comiti succurrere uellet nec posset, simul enecato, *Ghisnensis* comitis *Manassis* filiam unicam nomine proprio *Sibilam*, nuncupatiue *Rosam*, quae in partu uitam exalauit, prius duxerat uxorem. Hic ergo *Broburgensis* castellanus *Henricus* ex *Alostensi Beatrice* genuit septem filios Balduinum uidelicet, *Walterum* & *Henricum*, *Gillebertum* & *Rodulphum*, *Sigerum* & *Walterum*, & quinque filias *Mabilam* scilicet, *Mathildem*, *Luthgardam*, Adelidem & Beatricem. *Balduinus* itaque prior natu patre suo *Henrico* mortuo & apud sanctum

Gandano terris potitur

relictis solummodo nepti ex fratre Beatrici *allodiis in Braibandia sitis.*

Henrici Broburgensis numerosa proles septem filii & quinque filiae, quorum omnium

enarrantur coniugia aliaque fata.

ctum Bertinum sepulto Br*oburgensis* effectus castellanus postquam de A*lostensium* terra, quae sicuti iam demonstrauimus, *hereditario* iure ex parte matris suae sibi contingebat in expectationem maioris recuperationis & gratiae a *Flandrensi* comite *Philippo Torthonium* perquisierat & *longam Marcam* & B*ecescotium*, & ad tempus maiora repetere protelauit & distulit, duxit in uxorem *Iulianam Duracensem* comitissam, sed nec ex eo concepit aut peperit sed sine liberis ex eo conceptis mortua est & sepulta. Postea uero cum duxisset idem B*alduinus* in uxorem *Elizabeth* filiam *aduocati Roberti* de B*ethunia* sine liberis mortuus est & in ecclesia sanctae Mariae B*roburgensis*, in qua & omnes B*roburgenses* castellani sepulti sunt, praeter *Henricum* primum, qui apud sanctum B*ertinum* honorifice sepultus est. Primus autem *Walterus* adolescentulus mortuus est; *Henricus* autem iam miles factus obiit; *Gillebertus* uero, quia in *torniamentando* aciem perdiderat oculorum castellanus fieri refutauit; *Rodulphus* autem & *Sigerus* facti clerici multas obtinuerunt praebendas & ecclesiasticas dignitates. Quorum *Radulphus* ecclesiae *Nouionensis* factus Decanus, cum in *Nouionensem* ecclesiae iam iamque raperetur & eligeretur episcopum mortuus est, & *Perone* sub choro ecclesiae sancti *Furfei* cum summa ueneratione sepultus; *Sigerus* quoque non multo tempore post mortuus est & in ecclesia beatae Mariae B*roburgensi* sepultus. Septimus igitur in omnibus iunior fratribus

tribus *Walterus* demum factus castellanus *Broburgensis* duxit in uxorem *aduocati Roberti* de *Bethunia* filiam *Mathildem* sororem *Elizabeth*, quam *Balduinus* frater eius dudum duxerat uxorem, & ex ea genuit *Henricum* & *Beatricem*. Sed *Waltero* mortuo filius eius *Henricus* adhuc puer *Broburgensis* castellanus effectus est. Soror autem eius *Beatrix* apud *Broburgum* in claustro sanctimonialium non tam nutrienda quam moribus erudienda & liberalibus studiis imbuenda tradita est. Vt autem iuxta enumerationis ordinem de quinque filiabus *Broburgensis* castellani *Henrici* huius nominis *primi* ueritatis historiam prosequamur, prima uidelicet *Mabilia*, *Balduino de Balliolo* desponsata facta est *Yprensis* uicecomitissa; secunda scilicet *Mathildis* studiis primo liberalibus tradita honestate uitae & meriti sanctitate inter *Broburgensis* ecclesiae filias & sanctimoniales, sanctimonialis & ipsa & sanctimonialibus rapta & illecta potius quam electa abbatissae nomen accepit & officii dignitatem; tertia uero *Luthgarda* cuidam nobili uiro super *Rhenum* degenti *Arnoldo* de *Cuerthedra* copulata est uxor & desponsata. Quarta *Adelidis* nobili uiro *Stephano* de *Singhen* legitimo coniuncta est matrimonio; quinta uidelicet *Beatrix* omnibus fere praestantior audiens et intelligens, quia bona est uita coniugalis, melior continentia uidualis, optima perfectio uirginalis uirgo permansit in aeuum cui laus & gloria nunc & in aeuum. Haec igitur morum honesta-

Henrico Broburgensi patri succedit filius in castellania Broburgensi

Arnoldus de Cuerthedra. *Stephanus de Siningben.*

te,

te, uitae ſanctitate, rerum largitate, innata bonitate, diuina caritate, clero quidem grata, Deo commendata, mundo praedicata, ſanctos imitata, Chriſto deſponſata, ſiue habitu religioſa ſiue nomine & dignitate abbatiſſa officii tamen ſedulitate, in omni ſanctitate & religione ſanctimonialium non tam officialis quam pediſſequa in propria domo reſidens propriis contenta poſſeſſionibus & redditibus poſt mortem ſororis ſuae uenerabilis matronae & abbatiſſae *Mathildis* in loco abbatiſſae praeſente tamen abbatiſſa uices abbatiſſae diligenter exequitur & oportune. Ad eius enim nutum & uoluntatem & diſpoſitionem, omnes ſanctimonialium diſponuntur actiones & negotia. Nec non & eius prouidentia omnes eiusdem loci cenobiales tam ſeruientes, quam ſanctimoniales proteguntur, gubernantur & procreantur. Haec ad ſubſequentium declarationem de *Aloſtenſibus* & *Broburgenſibus* & *Bethunienſibus* breuiter et ſuccincte tacta & propter quaedam narrationi noſtrae incidentia ſuccincte decurſa dicta ſufficiant. Nunc autem, ut ſuſceptam narrationem ad finem producamus, ad *Ardenſes* redeamus.

CAP. CXXIII.

Quomodo ARNOLDVS *ſenex duxit* Gertrudem *in uxorem.*

Balduinus groſſus Aloſtenſis dominus.

CVm igitur *Ardenſis* dominus *Arnoldus* auus meus cognomento *ſenex Flandrenſem* curiam frequentaret et magnitudinis eius fama ad uniuerſos *regni Francorum* proceres

ceres pertingeret et de eo ueriloqua uoce bonum praedicando personaret, ab *Alostensis* domini *Balduini grossi* nomen eius innotuit & militiae decus et magnificentia. Vnde cum quodam die de quodam *torniamento*, quod in confinio *Tornacensis* prouinciae famosum extiterat et gloriosum, ubi totius pondus et gloriam belligerantis diei & torniamenti inuidis etiam acquiescentibus sustinuerat & sibi comparauerat, *Alostensis Balduinus grossus* eum secum hospitari fecit et solenniter eum & suos lautissimis procurauit cibis & potibus. Mane autem facto in multis praelocuti sunt sermonibus & *Arnoldus* duxit & legitimo sibi copulauit matrimonio nobilem nobilis uiri sororem nomine *Gertrudem*. Cum qua simul et eius accepit *allodia*, quae in castellania *Burgensium* possidebat apud *Rodenbergum* et *Ostbergum* et circa *Isenditam* et *Vulendicam* et *Cuternessam*. Veniens itaque *Arnoldus* cum uxore sua *Gertrude* suam apud *Ardeam* solenniter campanis sonantibus a clero et populo in sua receptus est ecclesia et ibi oratione facta breui in suae simul cum gaudio recepti sunt mansionis castellum. Vbi triduo quasi triatherica Bachi effigiantes, cibis uacantes et potibus in ludicris et iocis cum iocunditate et exultatione solemnes celebrauerunt nuptias. Ad quas hoc memorabile, immo dictu mirabile fecit *Arnoldus*.

Torniamentum Tornacense.

Arnoldus senex Ard. dom. Gertrudem Alostensem in uxorem ducit eiusque allodia accipit.

CAP. CXXIV.

Quomodo idem ARNOLDVS *scurram suspendit in eculeo.*

Cum

Narratio de scurra quodam egregio potatore.

CVm enim inter multos et multigenas confluentium ad nuptias populos scurra quidam *ceruisiae*, ut tunc temporis mos exigebat, *bibitor* in domo cum conuiuantibus discumberet iactabat et in medium proclamabat: quod tantus esset bibitor, quod si dominus sponsus *ronchinum* uel *equum* quemlibet ei dare uellet, maius dolium, quod in cellario suo haberet, cereuisia plenissimum, dolii tapo extracto et foramini orae semel apposito et usque ad euacuationem dolii non retracto totum ebiberet et etiam feces exhauriret parato sibi tantummodo loco et aptato ubi per uirilem uirgam effutire dum biberet uel emittere posset urinam. Quod cum in pactum suscepisset sponsus, quemadmodum praedixerat scurra et in pactionem acceperat, hauriendo, glutiendo et bibendo simul et urinam faciendo o bibitorum ingluuiem & indiscretam principum prodigalitatem! dictis facta compensans dolium euacuauit. Quo ex hausto prosiliens in medium scurra & in signum iocularitatis immo ingluuiei tappum dolii euacuati gestans in ore, quem in pacto & bibendo lucrifecerat equum clamosa uoce & uictoriosa constanter & audacter exigere coepit. Sponsus uero ardentibus eum intuens oculis ei equum ad pactionem sterni & ei quantocius dare praecepit. Satellites uero mox prosilientes & de conscientia domini satis sagaciter praemoniti concisis in patibulo arboribus eum in eculeo suspenderunt.

Arnoldi senioris ex Gertrude liberi.

Cognouit autem *Arnoldus* uxorem suam *Gertru-*

Gertrudem & genuit ex ea *Arnoldum* cognomento *iuuenem* siue *iuniorem*, *Manassem* & *Balduinum* & *Hugonem* monachum, *Adelinam*, *Agnetem* & *Alaisam*.

CAP. CXXV.

Quomodo PAX *confirmata est inter* ARDENSES & FIELNENSES.

CVm autem idem *Arnoldus auus meus Ardeae* dominus ad differentiam, sicuti superius memorauimus, filii sui *Arnoldi iunioris* appellatus *senex* in pacis tranquillitate, in prosperitate uiueret, & indignantibus *Ghisnensium* comite & *Balingheniensibus* multisque aliis uiuorum aquas fontium apud *Brancas* instagnaret & includeret & uiuarium efficeret & uiuario molendinum superaedificaret & construeret, insurgentes iterum multa ui & fortitudine *Fielnenses*, allodia, quae in *Ardea* sibi contingere & ad se spectare coniectabant hereditaria, repostulabant. Sed cum *Ardenses* cum indignatione responderent, se nulla *Fielnensium* obtinere praedia uel allodia, recedentes & in iram conuersi & iterum accedentes *Fielnenses* & impetum in *Ardenses* facientes eos lacessere coeperunt & fortiter inquietare. *Ardenses* uero non dissimiliter *Fielnenses* in prelium irritantes & prouocantes predas eorum saepius abduxerunt. Conuocatis autem exercitibus *Fielnenses*, quid enim uerum dissimulare iuuatur? non tantum suas sed & *Ardensium* praedas secum saepius cum suis reduxerunt. Porro & *Ardensis* dominus auus meus *Arnoldus* atrium *Frelinghenienſium*, ut

Fielnensium lis mota Ardensibus in quibusdam allodiis

utrinque factae depraedationes

ſua ſecurius conſeruare poſſet animalia, firmo circumcinxit foſſato. Quod poſtea in dedicatione eccleſiolae in eodem atrio conſtitutae, ſolo aequatum eſt. Sic autem per multum temporis inuicem decertantes, inuicem prouocantes & utrinque alteri alterutrum partim laceſſentes fremebant dentibus oppoſitae partis alteruter in alterutrum. Sed poſt longam inter hos & illos altercationem & *guerrantium* utriusque partis aſſultus, tandem mediantibus utriusque ſimiliter partis amicis, pace inter eos compoſita, amici facti ſunt & in conſanguinitatis amorem confoederati. Praedia enim *Ardenſium*, quae apud *Fielnas* cum inhabitantibus ſeruis ab atrio cimiterii per medium forum circumquaque usque ad caſtellum continue iacebant *Fielnenſibus* in partem ceſſerunt hereditatis & permanſerunt; praedia uero *Fielnenſium*, ſi qua habebant apud *Ardeam* in perpetuam permanſerunt *Ardenſibus* hereditatem.

tandem pax componitur.

qua ratione, ſignificatur.

CAP. CXXVI.

Guerra inter* ARDENSES *&* GHISNENSES *& quomodo* Arnoldus ſenex *foſſato magno & longo uillam* Ardeae *firmauit & boſcum.

POſt haec autem, cum *Arnoldus* filiis ſuis tam in Venere delectationis conceptis, quam de nobili uxore *Gertrude* procreatis, militibus factis & in flore iuuentutis uernantibus & *Flandrenſis* curiae nobilitate tumeſcentibus, *Ghisnenſi* comiti *Manaſſi* ſeruire

Arnoldus ſenior And. dom. feloniae quaſi reus a Ghisnenſi comite impetitur &

Ardea obsidetur

nire supersederet & ei iuxta *hominii* tenorem non tantum deuotus non existeret, sed etiam contumax & rebellis, ei parere & obsequi contemneret, comes eum nimirum in multis infestauit & in multis molestauit. Adeo ut comes eum saepius in suam, uellet nollet *Arnoldus*, effugaret, nec enim uerum dissimulamus, & non sine multa sanguinis effusione recluderet & obsideret *Ardeam* & uillae domos & simul ecclesiam, o nephandam persequentium rabiem inimicorum! in fauillam conuerteret & cinerem redigeret. Cum autem eum usque in castelli munitionem effugatum perurgeret & eum nec se conuincere nec ad deditionem cogere potuisset, cum sentiret comes milites circumquaque in auxilium *Ardensium* confluentes & ob hoc ab *Ardea* recederet, exeuntes & in iram conuersi & in furore ardentes *Ardenses* associatis superuenientibus sibi in auxilium militibus comitem in *Ghisnas* multis utrinque cesis hostibus effugauerunt.

sed iterum fugatur; hinc induciae factae

In uoluntate tamen utriusque partis *treugis* utrisque concessis & acceptis & fide in pacem ad tempus utrinque data & accepta; *Arnoldus* reparato exterioris *Ardensis* munitionis ualli fossato & amplificato, & sepibus et *ericiis* consepto et constipato turribus et bellicis machinamentis supererectis et in munitionem contra hostium impugnationem praeparatis, fossatum magnum et profundum et amplum extra uillam et cimiterium a superiori parte uiuarii usque in *Fubberti* boscum uel nemus extendit communia populi sui *asiamenta* et

& Arnoldus Ardeam suam communit

 plani-

planiciem camporum non minus, quam totius *Ardensis* uillae domos infra concludens atque muniens & super fossatum quercus et alias simul arbores, uti usque hodie patet, plantari fecit atque praecepit. Sub eodem autem temporis cursu fecit *Hugonem* filium suum in ecclesia sancti Bertini monachum deditque cum eo eiusdem loci abbati et monachis in liberam elemosinam, quicquid Bertinensis ecclesia usque in hodiernum diem possidet apud *Rolinghem*. Vnum est autem, quod in transcursu uerborum ponimus tam mirabile quam memorabile. Quod uidelicet cum inter *Ghisnenses* et *Ardenses* maior esset decertationis guerra, et *Ardenses*, quamdiu in terra *Ghisnensium* morabantur, semper comiti *Ghisnensium* et suis rebelles et contumaces non tantum debitum ei obsequium denegabant, sed cum indignatione eum et suos persequebantur et infestabant, et *Ghisnensis* comes nichilominus et sui cum in terra *Ghisnensium* conuersationem haberent simili infestatione et persecutione *Ardensibus* insidiabantur et eos infestabant; tamen cum extra *Ghisnensem* patriam in quemcunque locum, in quamcunque curiam uel aulam, uel etiam in quocunque *torniamento* uel hospitio, hi cum illis conueniebant; *Ardenses*, quo amplius in terra *Ghisnensi* comiti et suis rebelles extiterunt et contumaces eo amplius in extraneis partibus comiti suisque *Ghisnensibus* in seruitio fuerunt promptiores et in fide non ficta deuotiores; *Ghisnenses* uero, quando in

eiusdem liberalitas ergaBertinianos monachos.

in patriam quantocunque iure uel merito fuerant *Ardensibus* truculentiores, tanto in externis locis, ubicumque simul conueniebant, illis placatum et quasi pacatum uultum exhibentes, eis apparuerunt mitiores et omnimode benigniores. Honore igitur inuicem praeuenientes exhibebant in alterutrum, quod alterutri debebant, spontaneum deuotionis beneficium.

CAP. CXXVII.

Quomodo ARNOLDVS *magnam domum & excelsam fecit in castello* Ardeae *& eius descriptio haec est.*

POstea uero pace inter *Ghisnensem* comitem *Manassem* & *Ardensem* dominum *Arnoldum* facta & confirmata super dunionem *Ardeae* miro carpentariorum artificio domum ligneam simul materie totius *Flandriae* domos tunc temporis excellentem. Quam quidem *Broburgensis* artifex uel carpentarius, in huius artis ingenio parum discrepans a Dedalo fabrefecit & carpentauit nomine Lodewicus & de ea fere inextricabilem fecit laberinthum & effigiauit, penus penori, cameram camerae, diuersorium diuersorio concludens promptuaria siue granaria cellariis continuans & capellam in conuenientiori loco ab orientali parte domus in excelso superaedificans, triplicem autem aream in ea constituit & solium solio longe a solo quasi in aere suspendit; prima autem area fuit in superficie terrae, ubi erant cellaria & granaria cistae etiam magnae, dolia & cupae & alia domus utensilia, in secunda

Descriptio domus quam Arnoldus senior Ard. dom. sibi construi curauit.

autem area fuit habitatio & communis habitantium conuersatio, in qua erant penora hinc panetariorum, hinc pincernarum, hinc magna domini et uxoris suae, in qua accubabant, camera, cui contiguum erat latibulum pedissequarum uidelicet & puerorum camera uel dormitorium. Hinc in magnae secretiori parte camerae erat quoddam secretum diuersorium, ubi summo diluculo uel in uespere uel in infirmitate uel ad sanguinis minutiones faciendas uel ad pedissequas, uel ad pueros ablactatos callefaciendos ignem componere solebant. In hac etiam area coquina domui continuata erat, in qua erant duae areae in inferiori area, hinc porci ad impinguescendum positi sunt & ad nutriendum, hinc anseres, hinc capones & alia uolatilia ad occidendum & ad uescendum semper parata. In altera autem coquinae area conuersabantur tantum coci & coquinae prouisores & in ea praeparabantur escae dominorum delicatissimae & multimodo coquorum apparatu & labore confricatae & ad uescendum paratae. Ibi etiam familiarium & domesticorum escae quotidiano prouisionis & laboris officio praeparabant. In superiori uero domus area fuerunt facta solariorum diuersoria, in quibus hic filii cum uolebant, illic filiae, quia sic oportebat, domini domus accubabant, illic uigiles & ad custodiendam domum seruientes positi & constituti & semper parati custodes, quandocunque somnum capiebant. Hic gradalia & meicula de area in aream, de domo

domo in coquinam, de camera in cameram. Item a domo in *logium*, quod bene & procedente ratione nomen accepit, ibi enim sedere in deliciis solebant ad colloquendum, a *logos*, quod est sermo, deriuatum. Item de *logio* in oratorium, siue capellam Salomoniaco tabernaculo in celatura & pictura assimilatam. Hec autem nobis, patres & domini, de hac domo, quam uidetis, in qua et residetis, non propter nos tantum, quantum pro quibusdam extraneis nobiscum hic accumbentibus, memorauimus. Nec mirum, si hospites et extranei omnia huius domus diuersoria non considerent, cum multi in hac domo ab infantia educati et in uirilem aetatem producti numerum etiam portarum, ostiorum, ostiolorum, fenestrarum comprehendere et scire non potuerunt.

Etymon Gallicae uocis Loge s. Logis

CAP. CXXIIX.

Quare FVRNAGIA *dantur* ARDEAE.

FActa autem Salomonicae gloriae domo, secessit in *Angliam*, ubi per aliquos dies cum rege moram faciens mirae magnitudinis ursum, ab eodem rege impetrauit. Quem bene prouisis & bene dispositis per terram suam in *Anglia* rebus secum reduxit in *Ardeam*. Quo adducto & coram populo demonstrato & canibus oblatrato & fere usque ad internecionem discerpto & depilato mirati sunt uniuersi & in spectaculo laeti facti & iocundi. Postea uero, cum populus in festis diebus cum canibus oblatrari libenter inspiceret & desideraret, & ursarius instinctu domini quandocunque rennuerat, sed

Arnoldus proficiscitur in Angliam.

ad comestionem ursi a populo panem exigeret, o simplicis populi insipientiam! o imperpetuum lachrimandam, Scillea sonoritate domini concretam auaritiam insipiens populus, non etiam *uauassores* aut clerici, sponte domino pollicitatus est & compromisit de quolibet oppidi *furno* ad quodlibet *furniamentum* ad procreandum ursum & pascendum, panem unum ursario se daturum & sic ludum ursi ad spectaculum singulis diebus festis ad placitum suum haberent & conspicerent. Sed uae ursi ludo, per quem *Ardensis* populus illusus est & ludificatus & in malum usum & prauam consuetudinem attractus & corruptus. Tantum enim huius ursiaci exactio *furnagii* execrabilem subrepsit in consuetudinem, ut a posteris usque in sempiternum, nisi subuenerit Dei misericordia, & uestra, misericordissime pater & domine! gratia, sine ludo ursi, uelit nolit miserabilis populus, ursiacus ille panis & a dominis exigatur & iure consuetudinis extorqueatur, & sic panis ille panis doloris habeatur. Quem quasi de iure habere debeat dominus, pro iure in *Ardea* in quibusdam locis ad hoc & ab antiquitate retentis & annotatis usque in hodiernum diem *furnagia* perquirit, exigit & extorquet.

Furnagium, eius apud Ardenses origo.

CAP. CXXIX.

De seueritate GHERTRVDIS.

Mores rigorosi Gertrudis & auari in subiectos.

G*Ertrudis* autem *Ardensis* domini *Arnoldi* uxor licet nobilibus orta natalibus, nobilitate generis gloriaretur & fastuosa uerborum & actuum continentia nobilitaret & se effer-

efferret & extolleret; rerum tamen & diuitiarum ambitiosa cupiditatis uicio & auariciae infamia notabilis extitit & famosa. Vnde, ut de aliis & de aliis de ea taceamus, quadam die, ut ad instaurationem *berguariae* per terram Ardensis potestatis agros rogare fecisset & congregare & cum iam aliquos, imo multos congregassent satrape agnos, uenerunt ad cuiusdam pauperrimae mierculae domunculam, in qua residebat eiusdem domicilii muliercula, cum septem puerulis lachrimans & queritans, quod nihil haberet, quod & ipsis quoque lachrimantibus ad manducandum apponeret, & cum accederent seruientes satrapae, quibuslibet seruis nequiores illudentes mulierculae quasi agnum aliquem ab ea exigentes, respondit simpliciter mulier, se nec habere ouem aut bouem; sed si uellent ipsi secum deportare puerulum unum dominae suae, libenter praesentaret ad nutriendum siue pascendum. Cum autem abscessissent serui nequissimi & peruenissent ad dominam & ei de muliercula, non tantum mulierculae illudentes, sed & eam apud dominam seruiliter accusantes & maligna loquentes remissis ad mulierculam *gartionibus*, puerum sibi promissum exigebant & exactum uellet nollet muliercula, tandem obtinens domina eum nutriri fecit & pro suo in locum agni adoptari. Sed cum puella, (foeminini enim sexus erat puer exactus,) ad nubiles iam accederet annos eam, proh pudor! iam ancillam factam & ancillae nomine immo notamen haben-

Historiola hac de re.

 tem

ptis quandoque audiuimus, cum Dominicae incarnationis anno M.XCVI. XIV. cal. Decembris sedisset consilium apud *Clarum montem* & in eo consilio *Vrbanus Papa* totius orbis populum auctoritate apostolica inuitaret, cum bellico apparatu adire *Ierosolimam* de manibus *Sarracenorum* & *Turcorum* liberandam. Ipse *Arnoldus* uidelicet *senex*, huius euangelicae non surdus auditor ueritatis: *Qui uult uenire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam* & *sequatur me*, signum crucis Christi in humeris suis affixit & aptissime & deuotissime tam in armis & in equis & sociis, quam in sufficientibus expensis sub *eodem incarnationis anno* cum *Francorum* REGE PHILIPPO & cum *Flandrensi* comite *Roberto Roberti Frisonis* filio peregre proficiscens & *Iherosolimam* adiens peruenit & aduenit *Antiochiam*. Vbi cognita omnibus & probata, qui in militiae probitate & fortitudine, licet *faba unica*, ut asserunt, sub eodem exercitu *Anthioceno Bizantium* ualuisset *aureum*, & *caput azini quinque solidos* uenderetur *Bizantinorum aureorum*; tamen semper fortis permanens & robustus, cum debellata fuisset a Christianis *Antiochia* & *Ierosolima* regnante *Godefrido* de manibus *Turcorum* liberata, uenerabili domino & consanguineo suo de *Puteola* uel *Podio* siue *Puio* opitulante, quod solum optauit, foeliciter & prospero cursu rediens & uoti compos in ecclesia sua apud *Ardeam* reportauit. Attulit enim sacer insigne trophei de terra *Iherosolimorum* super aurum &la-

Concilium Clarimontanum sub Vrbano Pont. 1096.

cur conuocatum?

Christianorum principum magna in Palaestinam peregrinatio,

eiusdem descriptio & quam difficulter processerit,

Arnoldus tamen redux multis reliquiis onustus.

& lapidem preciosum preciosissimum sanctuarium, scilicet de *barba Domini*, de *ligno Domini, de petra, super quam Dominus ascendit in coelum.* De *Antiochia* uero attulit de *lancea Domini* & *reliquias sancti Georgii martiris* & multas alias, aliorum sanctorum reliquias. Sciendum est autem, quod in hac *Anthiocenorum* expugnatione hic *Arnoldus senex* in multos multarum nationum & gentium proceres animi uirtute non minus quam praestantis corporis in militia probitate cum primis annumeratus est primus. Militauit enim, ut in uirtute Dei conspectui placeret diuino. Sed dum militando cum militibus Christo militantibus diuinae placuisset maiestati, complacuit & omnibus, qui uel humanae laudis uel etiam temporalis lucri ambitione ibi fuerunt congregati. Sed cum innumerabiles suae probitatis actus Deo commendaret, non hominibus, ne a mundanis & secularibus in tempore laudatus in fine seculorum diuinae laudis & retributionis primo quandoque sit fraudatus, actus suae probitatis & militiae laudabiles, quantumcumque potuit occultauit. Mirabilem enim actionum & operum suorum gloriam uel aliis ascripsit & attribuit uel dissimulando se ipsum, Deum magnificauit & glorificauit. Sed cum non posset abscondi ciuitas super montem posita, quanto militiae gloriam occultare & extinguere curabat; tanto amplius laudandae probitatis fama eum predicabat & in populo personabat. Nam, ut dicitur, quo magis occulitur, tanto magis estuat ignis

hinc magna encomia.

ignis & tamen Antiochenae commendatorum cantilenae auaritiae zelo ductus & magis cupidus temporalis lucri retributione, quam *Arnoldus* laudis humanae. O gartionum & ministerialium immo adulatorum iniuriosa laudatio! O mercium principum indigna & inanis exultatio! quia uirtute & probitate per omnia nobilis heros Arnoldus, eidem scurrae, qui nullo nomine dignus habetur, duas caligas denegauit *scarlatinas*, de eo digne promeritae laudis praeconium & gloriam subticuit & de eo in cantilena sua, in qua ficta ueris admiscens multa multorum nichilominus laudandorum gesta sub silentio intacta reliquit, mentionem non fecit. Sed o laudanda & ubique terrarum praedicanda *Arnoldi* militia! o in omnibus seculis memoranda probitatis eius strenuitas & gloria! o humilitatis eius non despicabilis sed inenarrabilis in uirtutem operibus constantia, qui humanam nullatenus querens gloriam, scurrae maluit, quantumcunque munusculum denegare, quam ore scurrae & nomine indigni, licet omni haberetur laude dignissimus in orbe terrarum deferri & cum instrumento musicari uel decantari. Sed cum ignominiosus ille contemptor nomen *Arnoldi* extinguere curauit, accensa lampade uirtutum, fama extulit & magnificauit. Quod enim auarus ille & cupidus nomen illi subtraxit per inuidiam immo per cupiditatem & auaritiam, cognita probitatis eius gloria ubique terrarum personuit & praedicatum est ei in uirtutis & laudis magnificentia.

CAP.

CAP. CXXXI.

Quomodo ARNOLDVS iuuenis Euſtachium *de* Hinniaco *ad ſingulare bellum de proditione prouocauit.*

ARnoldus itaque filius eius cognomento *iuuenis* propter iam dictam cauſam ſiue *iunior* tanto erat per uniuerſas coronae regni *Franciae* prouincias notior & nominatior, quanto omnibus militibus in tota *Ghiſnia* conuerſantibus in militia praeſtantior atque glorioſior. Qui cum quadam die in *curia Flandriae* coram comite *Theoderico Euſtacium* de *Hinniaco* conſpiceret & eum ardentibus oculis intueretur; eum ad ſingulare bellum de proditione prouocauit, eo quod patrem ſuum & ipſum defraudaſſet cum *Hinniacum* a *comite Flandriae, contempto Ardenſis dominationis dominio*, indebita iuris inſolentia ſuſcepiſſet. *Euſtacius* uero a comite ſuſtentatus diffugium tamen querens ſine reſponſo, ut proditor, turpiter abſceſſit. Poſtea uero eundem *Euſtacium* coram comite *Boloniae* apud *Boloniam* ſimili modo propter eandem cauſam de proditione prouocauit ad bellum. Sed cum nihil ei, pro pudor! reſponderet *Euſtacius*, cum *Arnoldus* in eum manus mittere ſe accingeret & pararet *Euſtacius* per oſtiolum a domo digrediens uix tandem fugiendo & retro non aſpiciendo manus eius euaſit.

Arnoldus iunior ad duellum Euſtacii de Hinniaco prouocat ob feloniam in ſe comiſſam.

CAP. CXXXII.

Quomodo ARNOLDVS ſenex *ab* Antiochia *reuerſus filias maritauit.*

Poſt

Arnoldi senioris ex filia nepotis Balduini praetensio in Ardensem terram sed melioru doctus destitit.

POst haec autem *Arnoldus senex* filiam suam *Agnetem Franconi* de *Narneselia* & de *Harselia* domino desponsauit uxorem, quae concipiens peperit ei *Balduinum* aliosque filios & filias, siquidem hic *Balduinus* matre sua *Agnete* quandoque mortua & fratribus eius *Arnoldo*, *Manasse* & *Balduino*, *Hugone* quoque monacho facto, uiuente adhuc *Adelina* mortuae iam *Agnetis* sorore, *Ardensis* dominationis terram habere uoluit. Sed cum *soror* PROPINQVIOR HERES adiudicata est quam *nepos*, accepta quantacumque ab amita uidelicet *Adelina* pecunia eam & terram absque calumnia in pace reliquit. Deinde aliam filiam suam *Adelinam* idem *Arnoldus senex* *Arnoldo* uicecomiti de *Markinio* desponsauit uxorem.

CAP. CXXXIII.

Genealogia MARKINIENSIVM *& de morte* Gertrudis.

Vicecomes quid?

SIquidem apud *Markinium* fuit olim quidam uicecomes *Ghisnensis* uidelicet *comitis*, cuius uices in absentia comitis agebat & inde nomen habebat, nomine *Elembertus*. Hic *Elembertus* duxit uxorem in *Anglia* sanctissimi meriti & placitae Deo uitae nomine *Mathildem* postea dictam & reuera factam *sanctam*, ex qua genuit idem *Elembertus* *Eustacium* & *Paganum* & *Adelidem* matrem *Henrici*, *Willelmi* & *Gufridi* de *Bello* uel *Bealloco*. Sed *Mathilde* mortua & ad pedem turris ecclesiae *Markiniensis* honorifice, prout debuit & promeruit sepulta, cum ad uenerabilem eius tumbam saepe & saepius innumera com-

Mathildis sancta mater Markiniensium,

comparuerunt miracula meritis & intercesſione piae & Deo carae matronae *ſanctae Mathildis*, ſuperaedificauerunt merito filii eius & populus ſepulchro eius quandam, ut adhuc conſpicitur, capellulam, in qua, dum de ea & per eam maiora contingerent & conſpicerent miracula, *pauſare* poſſet & requieſcere. Huius tamen ſanctiſſimae mulieris oſſa, utrum a parentibus ſuis, ſiquidem *Anglicis*, utrum a *Scoticis*, ut aiunt quidam, abſtracta & alibi fuerint collocata, melius eſt ſub dubitatione quaſi neſcire, quam dubitando temere quaſi pro certo diffinire. Poſtea duxit idem *Elembertus Adelidem ſenis Euſtacii* de *Lisliis* ſororem, ex qua genuit *Arnoldum*, qui patre ſuo *Elemberto* quandoque mortuo & fratribus ſuis *Euſtachio* uidelicet & *Pagano* altero poſt alterum in *uicecomitatum* prouecti & ſine corporis ſui herede mortuis *Markinienſem* factum comitem & *Ardeae* dominum & *Simonem* de *Markinio* patrem *Euſtacii* & *Willelmi* & *Iuiani* de *Calquella* & *Nataliam Henrico* de *Ghisnis* patri *Guffridi baronis* traditam uxorem & *Windesmodam Pagano* de *Norhout* & *Clarisciam Reinaro figulo* de *Torneben* & *Heclam Balduino Harſcaro* de *Indesham* & *Beatricem* primum *Rogiro de Baſinghem* & *Belam* ſiue *Elizabeth Willelmo de Erlebem* & *Sarram Fulconi* de *Mercuricio* patri *Simonis* de *Calcata* legitimo deſponſatas matrimonio. Proceſſit itaque *Gertrudis* in diebus ſuis & non minimo de morte filii ſui *Manaſſis* in terra *Ieroſolimarum* mortui dolore concepto non minus

eius ſepulchrum miraculoſum.

Gertrudis mors.

quam aetate confecta macerata & grauis facta resoluta est in mortem & a filiis quidem deplorata sed *a populo siccis oculis & labiis uix apertis acclamata* & in cimeteriali ecclesia sancti *Audomari Ardensi* honorifice sepulta.

CAP. CXXXIV.

Quomodo ARNOLDVS senex *mortuus est &* Arnoldus iuuenis Ardensis *dominus effectus est.*

A*Rnoldus* uero *senex* non multo tempore post diutino langore correptus & afflictus, cum mortem magis desideraret quam uitam nec tamen mori, quam citius uoluit, potuisset, fecit sibi apportari paruam cruceolam, quam in collo suo per argenteam cathenulam appensam de sepulchro Domini reportauerat, in qua *pilum unum de barba* Domini reconditum *uere credebat.* Qua allata & collo suo per cathenulam circum ligata, uix orationem dominicam post inunctionem olei dicere & finire potuit cum circumstantibus filiis suis & amicis & populis cruceolam manibus amplectens & pacis osculo uenerationem exhibens & ualedicens omnibus, obdormiens in Domino migrauit a seculo & lugentibus filiis suis & uniuerso populo cum clericis sepultus est *Ardeae* in templo cimiteriali iuxta sepulchrum uxoris suae *Gertrudis.* *Arnoldus* autem filius eius *iuuenis* siue *iunior* siue etiam *rufus* nominatus *Ardensis* dominus effectus est & praepositus. Qui cum esset corpore plenus, statura

cui succedit Arnoldus iunior *s.* rufus *filius*

tura inter proceres procerus, facie decorus, miles nominatissimus, rebus opulentissimus, genere praeclarus duxit in uxorem comitis *Flandriae Theoderici* neptem, uirginem quidem tam formosam quam generosam nomine *Petronillam* de *Buchenio* inclitis parentibus & opulentissimis oriundam. Eodem tempore *Balduinus* frater eius, qui & *pater meus* cum uirgine quadam, pudet iam & ecce, non pudet dicere patrui sui *Radulfi* scilicet canonici filia nomine *Adela* rem habuit, quae concepit & *peperit filium ista uobis referentem me* de *Clusa Walterum*. Postea uero idem *Balduinus* pater meus cum quadam alia eminentis immo supereminentis formae generosae nobilitatis iuuencula *Roberti* canonici & nobilis uxoris suae *Adelidis* filia nomine *Natalia*, uirginabat & ex ea genuit *Simonem* iam adultum & iuuenem mortuum & famosissimi nominis puellam nomine *Margaretham*, ex qua genitus est *Balduinus bastardus Willelmi fratris Ghisnensis comitis Balduini* filius & *Werinus Werini Morinensis ecclesiae canonici* filius. *Arnoldus* autem *iuuenis* paruus meus, antequam nobilem *Petronillam* duxisset uxorem, cum puella quadam de *Herchem* nata nomine *Helewide* rem habuit & ex ea genuit *Robertum* nepotem dominae uidelicet *Adelinae*, quasi appropriato nomine uocatum, qui apud *Colsbergium* nobilem & opulentam duxit uxorem nomine *Matildem*, ex qua genuit *Arnoldum* & fratres eius, qui uidelicet *Arnoldus* postea duxit in uxorem *Christianam*, *magistri Lamberti*

qui ducit in uxorem Petronillam de Buchenio neptem Flandriae com. Theoderici.

Pater Walteri de Clusa narrantis haec omnia

ad comestionem ursi a populo panem exigeret, o simplicis populi insipientiam! o imperpetuum lachrimandam, Scillea sonoritate domini concretam auaritiam insipiens populus, non etiam *uauassores* aut clerici, sponte domino pollicitatus est & compromisit de quolibet oppidi *furno* ad quodlibet *furniamentum* ad procreandum ursum & pascendum, panem unum ursario se daturum & sic ludum ursi ad spectaculum singulis diebus festis ad placitum suum haberent & conspicerent. Sed uae ursi ludo, per quem *Ardensis* populus illusus est & ludificatus & in malum usum & prauam consuetudinem attractus & corruptus. Tantum enim huius ursiaci exactio *furnagii* execrabilem subrepsit in consuetudinem, ut a posteris usque in sempiternum, nisi subuenerit Dei misericordia, & uestra, misericordissime pater & domine! gratia, sine ludo ursi, uelit nolit miserabilis populus, ursiacus ille panis & a dominis exigatur & iure consuetudinis extorqueatur, & sic panis ille panis doloris habeatur. Quem quasi de iure habere debeat dominus, pro iure in *Ardea* in quibusdam locis ad hoc & ab antiquitate retentis & annotatis usque in hodiernum diem *furnagia* perquirit, exigit & extorquet.

Furnagium, eius apud Ardenses origo.

CAP. CXXIX.

De seueritate GHERTRVDIS.

Mores rigorosi Gertrudis & auari in subiectos.

G*Ertrudis* autem *Ardensis* domini *Arnoldi* uxor licet nobilibus orta natalibus, nobilitate generis gloriaretur & fastuosa uerborum & actuum continentia nobilitaret & se

effer-

efferret & extolleret; rerum tamen & diuitiarum ambitiosa cupiditatis uicio & auariciae infamia notabilis extitit & famosa. Vnde, ut de aliis & de aliis de ea taceamus, quadam die, ut ad instaurationem *berguariae* per terram Ardensis potestatis agros rogare fecisset & congregare & cum iam aliquos, imo multos congregassent satrape agnos, uenerunt ad cuiusdam pauperrimae mulierculae domunculam, in qua residebat eiusdem domicilii muliercula, cum septem puerulis lachrimans & queritans, quod nihil haberet, quod & ipsis quoque lachrimantibus ad manducandum apponeret, & cum accederent seruientes satrapae, quibuslibet seruis nequiores illudentes mulierculae quasi agnum aliquem ab ea exigentes, respondit simpliciter mulier, se nec habere ouem aut bouem; sed si uellent ipsi secum deportare puerulum unum dominae suae, libenter praesentaret ad nutriendum siue pascendum. Cum autem abscessissent serui nequissimi & peruenissent ad dominam & ei de muliercula, non tantum mulierculae illudentes, sed & eam apud dominam seruiliter accusantes & maligna loquentes remissis ad mulierculam *gartionibus*, puerum sibi promissum exigebant & exactum uellet nollet muliercula, tandem obtinens domina eum nutriri fecit & pro suo in locum agni adoptari. Sed cum puella, (foeminini enim sexus erat puer exactus,) ad nubiles iam accederet annos eam, proh pudor! iam ancillam factam & ancillae nomine immo notamen haben- *Historiola hac de re.*

 tem

tem uiro copulauit & seruili conditioni cum suis heredibus deputauit & imperpetuum detrusit & demersit. Haec eadem *Gertrudis* cum quosdam secum, ut aiunt, liberos de terra sua uidelicet de *Oslburgo* ad sibi ministrandum & seruiendum apud *Ardeam* adduxisset, in ira & in furore uerborum eos quandoque corripiens ipsos ingratos, infideles, atque seruos, o crudelitatis matrem & matronam! nominauit. Vnde & a quibusdam posteris posteri eorum uiles reputantur & serui. Sed & eadem *Gertrudis* cum quadam iuuencula admodum pulchra nomine *Eimburgis*, cum a quodam compatriota seruiente suo, quem secum similiter a *Flandria* duxerat, apostata esset, ut a multis, & eum in maritum habere uellet & ipse renueret & quasi indignam refutaret & ipsa ad dominum occurrens & ut seruientem suum renitentem in uirum accipere & habere mereretur, oblatis ei in seruitium manibus, licet eam omnino refutaret uxorem, tamen uellet nollet ab ipso est desponsata, utrumque seruum constituit cum successoribus in perpetuum. Hos tamen & alios supradictos & posteritatis eorum successores seruilis conditionis opprobrio olim quacunque de causa annotatos *Balduinus* pater meus *Ardensis* domini *Arnoldi* & eiusdem *Gertrudis* filius post aliquos annos *Ardensis* & ipse factus dominus cum *Iherosolimam* proficisceretur coram Deo & omni populo suo in *manu abbatis* beatae Mariae de *capella Theoderici* manumisit & liberos resignauit, dum ipse

Alia historiola.

Modus manumissionis.

ipsi & ipsorum posteri & successores abbati iam dicto & eius successoribus *annua pensione* singulos redderent *denarios* & *in nuptiis & in morte quatuor*.

CAP. CXXX.

Quomodo ARNOLDVS *circa ecclesiam Dei deuotus tandem crucem sibi baiulans dominicam in* Antiochiam *deuenit*.

ARnoldus autem, licet a secularibus aliquantulum haberetur in seculo secularis, Deo tamen deuotus erat, & in eius seruitio promptus. Vnde licet capellam haberet in castello suo ad succurrendum factam cum tamen nullus, nisi in uoluntate canonicorum *Ardensis* ecclesiae deseruire uel ministrare poterat aut debebat capellanus & licet proprium in domo sua semper haberet capellanum, cui etiam uestes deputauit in *Anglia* ad eos, qui nunc in uestiarium ecclesiae beatae Mariae de *capella* deputantur, redditus; tamen in ecclesia canonicorum semper, quantum seculares ei permiserunt actiones, diuinum audiebat seruitium & non tantum in die sed in nocte & cum ad matutinas uel etiam ad alias aliquas horas absentem aliquem sciret canonicum uel uicarium more boni pastoris, ut praepositus, leniter aut rigide eum corripiebat. Sic itaque circa ecclesiam Dei & uiros ecclesiasticos quantum humanae frugalitatis conditio permittebat, se deuotum exhibebat & officiosum. Vnde, sicuti in *chronicalibus Flandriae scriptis*

Laudatur Arnoldus senex.

ptis quandoque audiuimus, cum Dominicae incarnationis anno M. XCVI. xiv. cal. Decembris sedisset consilium apud *Clarum montem* & in eo consilio *Vrbanus Papa* totius orbis populum auctoritate apostolica inuitaret, cum bellico apparatu adire *Ierosolimam* de manibus *Sarracenorum* & *Turcorum* liberandam. Ipse *Arnoldus* uidelicet *senex*, huius euangelicae non surdus auditor ueritatis: *Qui uult uenire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me*, signum crucis Christi in humeris suis affixit & aptissime & deuotissime tam in armis & in equis & sociis, quam in sufficientibus expensis sub *eodem incarnationis anno* cum *Francorum* REGE PHILIPPO & cum *Flandrensi* comite *Roberto Roberti Frisonis* filio peregre proficiscens & *Iherosolimam* adiens peruenit & aduenit *Antiochiam*. Vbi cognita omnibus & probata, qui in militiae probitate & fortitudine, licet *faba unica*, ut asserunt, sub eodem exercitu *Anthioceno Bizantium* ualuisset *aureum*, & *caput azini quinque solidos* uenderetur *Bizantinorum aureorum*; tamen semper fortis permanens & robustus, cum debellata fuisset a Christianis *Antiochia* & *Ierosolima* regnante *Godefrido* de manibus *Turcorum* liberata, uenerabili domino & consanguineo suo de *Puteola* uel *Podio* siue *Puio* opitulante, quod solum optauit, foeliciter & prospero cursu rediens & uoti compos in ecclesia sua apud *Ardeam* reportauit. Attulit enim sacer insigne trophei de terra *Iherosolimorum* super aurum &la-

Concilium Clari montanum sub Vrbano Pont. 1096.

cur conuocatum?

Christianorum principum magna in Palaestinam peregrinatio,

eiusdem descriptio & quam difficulter processerit,

Arnoldus tamen redux multis reliquiis onustus.

& lapidem preciosum preciosissimum sanctuarium, scilicet de *barba Domini*, de *ligno Domini*, *de petra*, *super quam Dominus ascendit in coelum*. De *Antiochia* uero attulit de *lancea Domini* & *reliquias sancti Georgii martiris* & multas alias, aliorum sanctorum reliquias. Sciendum est autem, quod in hac *Anthiocenorum* expugnatione hic *Arnoldus senex* in multos multarum nationum & gentium proceres animi uirtute non minus quam praestantis corporis in militia probitate cum primis annumeratus est primus. Militauit enim, ut in uirtute Dei conspectui placeret diuino. Sed dum militando cum militibus Christo militantibus diuinae placuisset maiestati, complacuit & omnibus, qui uel humanae laudis uel etiam temporalis lucri ambitione ibi fuerunt congregati. Sed cum innumerabiles suae probitatis actus Deo commendaret, non hominibus, ne a mundanis & secularibus in tempore laudatus in fine seculorum diuinae laudis & retributionis primo quandoque sit fraudatus, actus suae probitatis & militiae laudabiles, quantumcumque potuit occultauit. Mirabilem enim actionum & operum suorum gloriam uel aliis ascripsit & attribuit uel dissimulando se ipsum, Deum magnificauit & glorificauit. Sed cum non posset abscondi ciuitas super montem posita, quanto militiae gloriam occultare & extinguere curabat; tanto amplius laudandae probitatis fama eum predicabat & in populo personabat. Nam, ut dicitur, quo magis occulitur, tanto magis estuat ignis

hinc magna encomia.

ignis & tamen Antiochenae commendatorum cantilenae auaritiae zelo ductus & magis cupidus temporalis lucri retributione, quam *Arnoldus* laudis humanae. O gartionum & ministerialium immo adulatorum iniuriosa laudatio! O mercium principum indigna & inanis exultatio! quia uirtute & probitate per omnia nobilis heros Arnoldus, eidem scurrae, qui nullo nomine dignus habetur, duas caligas denegauit *scarlatinas*, de eo digne promeritae laudis praeconium & gloriam subticuit & de eo in cantilena sua, in qua ficta ueris admiscens multa multorum nichilominus laudandorum gesta sub silentio intacta reliquit, mentionem non fecit. Sed o laudanda & ubique terrarum praedicanda *Arnoldi* militia! o in omnibus seculis memoranda probitatis eius strenuitas & gloria! o humilitatis eius non despicabilis sed inenarrabilis in uirtutem operibus constantia, qui humanam nullatenus querens gloriam, scurrae maluit, quantumcunque munusculum denegare, quam ore scurrae & nomine indigni, licet omni haberetur laude dignissimus in orbe terrarum deferri & cum instrumento musicari uel decantari. Sed cum ignominiosus ille contentor nomen *Arnoldi* extinguere curauit, accensa lampade uirtutum, fama extulit & magnificauit. Quod enim auarus ille & cupidus nomen illi subtraxit per inuidiam immo per cupiditatem & auaritiam, cognita probitatis eius gloria ubique terrarum personuit & praedicatum est ei in uirtutis & laudis magnificentia.

CAP.

CAP. CXXXI.

Quomodo ARNOLDVS iuuenis Eustachium *de* Hinniaco *ad singulare bellum de proditione prouocauit.*

A*Rnoldus* itaque filius eius cognomento *iuuenis* propter iam dictam causam siue *iunior* tanto erat per uniuersas coronae regni *Franciae* prouincias notior & nominatior, quanto omnibus militibus in tota *Ghisnia* conuersantibus in militia praestantior atque gloriosior. Qui cum quadam die in *curia Flandriae* coram comite *Theoderico Eustacium* de *Hinniaco* conspiceret & eum ardentibus oculis intueretur; eum ad singulare bellum de proditione prouocauit, eo quod patrem suum & ipsum defraudasset cum *Hinniacum* a *comite Flandriae, contempto Ardensis dominationis dominio*, indebita iuris insolentia suscepisset. *Eustacius* uero a comite sustentatus diffugium tamen querens sine responso, ut proditor, turpiter abscessit. Postea uero eundem *Eustacium* coram comite *Boloniae* apud *Boloniam* simili modo propter eandem causam de proditione prouocauit ad bellum. Sed cum nihil ei, pro pudor! responderet *Eustacius*, cum *Arnoldus* in eum manus mittere se accingeret & pararet *Eustacius* per ostiolum a domo digrediens uix tandem fugiendo & retro non aspiciendo manus eius euasit.

Arnoldus iunior ad duellum Eustacii de Hinniaco prouocat ob feloniam in se comissam.

CAP. CXXXII.

Quomodo ARNOLDVS senex *ab* Antiochia *reuersus filias maritauit.*

Post

Arnoldi senioris ex filia nepotis Balduini praetensio in Ardensem terram sed meliora doctus destitit.

POst haec autem *Arnoldus senex* filiam suam *Agnetem Franconi* de *Narneselia* & de *Harselia* domino desponsauit uxorem, quae concipiens peperit ei *Balduinum* aliosque filios & filias, siquidem hic *Balduinus* matre sua *Agnete* quandoque mortua & fratribus eius *Arnoldo*, *Manasse* & *Balduino*, *Hugone* quoque monacho facto, uiuente adhuc *Adelina* mortuae iam *Agnetis* sorore, *Ardensis* dominationis terram habere uoluit. Sed cum *soror* PROPINQVIOR HERES adiudicata est quam *nepos*, accepta quantacumque ab amita uidelicet *Adelina* pecunia eam & terram absque calumnia in pace reliquit. Deinde aliam filiam suam *Adelinam* idem *Arnoldus senex* *Arnoldo* uicecomiti de *Markinio* desponsauit uxorem.

CAP. CXXXIII.

Genealogia MARKINIENSIVM *& de morte* Gertrudis.

Vicecomes quid?

SIquidem apud *Markinium* fuit olim quidam uicecomes *Ghisnensis* uidelicet *comitis*, cuius uices in absentia comitis agebat & inde nomen habebat, nomine *Elembertus*. Hic *Elembertus* duxit uxorem in *Anglia* sanctissimi meriti & placitae Deo uitae nomine *Mathildem* postea dictam & reuera factam *sanctam*, ex qua genuit idem *Elembertus* *Eustacium* & *Paganum* & *Adelidem* matrem *Henrici*, *Willelmi* & *Gufridi* de *Bello* uel *Bealloco*. Sed *Mathilde* mortua & ad pedem turris ecclesiae *Markiniensis* honorifice, prout debuit & promeruit sepulta, cum ad uenerabilem eius tumbam saepe & saepius innumera com-

Mathildis sancta mater Markiniensium,

comparuerunt miracula meritis & intercesſione piae & Deo carae matronae *ſanctae Mathildis*, ſuperaedificauerunt merito filii eius & populus ſepulchro eius quandam, ut adhuc conſpicitur, capellulam, in qua, dum de ea & per eam maiora contingerent & conſpicerent miracula, *pauſare* poſſet & requieſcere. Huius tamen ſanctiſſimae mulieris oſſa, utrum a parentibus ſuis, ſiquidem *Anglicis*, utrum a *Scoticis*, ut aiunt quidam, abſtracta & alibi fuerint collocata, melius eſt ſub dubitatione quaſi neſcire, quam dubitando temere quaſi pro certo diffinire. Poſtea duxit idem *Elembertus Adelidem ſenis Euſtacii* de *Lislris* ſororem, ex qua genuit *Arnoldum*, qui patre ſuo *Elemberto* quandoque mortuo & fratribus ſuis *Euſtachio* uidelicet & *Pagano* altero poſt alterum in *uicecomitatum* prouecti & ſine corporis ſui herede mortuis *Markinienſem* factum comitem & *Ardeae* dominum & *Simonem* de *Markinio* patrem *Euſtacii* & *Willelmi* & *Iuiani* de *Calquella* & *Nataliam Henrico* de *Ghisnis* patri *Guffridi baronis* traditam uxorem & *Windesmodam Pagano* de *Norhout* & *Clarisciam Reinaro figulo* de *Torneben* & *Heclam Balduino Harſcaro* de *Indesham* & *Beatricem* primum *Rogiro de Baſinghem* & *Belam* ſiue *Elizabeth Willelmo de Erlebem* & *Sarram Fulconi* de *Mercuricio* patri *Simonis* de *Calcata* legitimo deſponſatas matrimonio. Proceſſit itaque *Gertrudis* in diebus ſuis & non minimo de morte filii ſui *Manaſſis* in terra *Ieroſolimarum* mortui dolore concepto non minus

eius ſepulchrum miraculoſum.

Gertrudis mors.

quam aetate confecta macerata & grauis facta resoluta est in mortem & a filiis quidem deplorata sed *a populo siccis oculis & labiis uix apertis acclamata* & in cimeteriali ecclesia sancti *Audomari Ardensi* honorifice sepulta.

CAP. CXXXIV.

Quomodo ARNOLDVS senex *mortuus est & Arnoldus iuuenis Ardensis dominus effectus est.*

A*Rnoldus* uero *senex* non multo tempore post diutino langore correptus & afflictus, cum mortem magis desideraret quam uitam nec tamen mori, quam citius uoluit, potuisset, fecit sibi apportari paruam cruceolam, quam in collo suo per argenteam cathenulam appensam de sepulchro Domini reportauerat, in qua *pilum unum de barba* Domini reconditum *uere credebat*. Qua allata & collo suo per cathenulam circumligata, uix orationem dominicam post inunctionem olei dicere & finire potuit cum circumstantibus filiis suis & amicis & populis cruceolam manibus amplectens & pacis osculo uenerationem exhibens & ualedicens omnibus, obdormiens in Domino migrauit a seculo & lugentibus filiis suis & uniuerso populo cum clericis sepultus est *Ardeae* in templo cimiteriali iuxta sepulchrum uxoris suae *Gertrudis*. *Arnoldus* autem filius eius *iuuenis* siue *iunior* siue etiam *rufus* nominatus *Ardensis* dominus effectus est & praepositus. Qui cum esset corpore plenus, statura

cui succedit Arnoldus iunior *s.* rufus *filius*

tura inter proceres procerus, facie decorus, miles nominatissimus, rebus opulentissimus, genere praeclarus duxit in uxorem comitis *Flandriae Theoderici* neptem, uirginem quidem tam formosam quam generosam nomine *Petronillam* de *Buchenio* inclitis parentibus & opulentissimis oriundam. Eodem tempore *Balduinus* frater eius, qui & *pater meus* cum uirgine quadam, pudet iam & ecce, non pudet dicere patrui sui *Radulfi* scilicet canonici filia nomine *Adela* rem habuit, quae concepit & *peperit filium ista uobis referentem me* de *Clusa Walterum*. Postea uero idem *Balduinus* pater meus cum quadam alia eminentis immo supereminentis formae generosae nobilitatis iuuencula *Roberti* canonici & nobilis uxoris suae *Adelidis* filia nomine *Natalia*, uirginabat & ex ea genuit *Simonem* iam adultum & iuuenem mortuum & famosissimi nominis puellam nomine *Margaretham*, ex qua genitus est *Balduinus bastardus Willelmi fratris Ghisnensis comitis Balduini* filius & *Werinus Werini Morinensis ecclesiae canonici* filius. *Arnoldus* autem *iuuenis* paruus meus, antequam nobilem *Petronillam* duxisset uxorem, cum puella quadam de *Herchem* nata nomine *Helewide* rem habuit & ex ea genuit *Robertum* nepotem dominae uidelicet *Adelinae*, quasi appropriato nomine uocatum, qui apud *Colsbergium* nobilem & opulentam duxit uxorem nomine *Matildem*, ex qua genuit *Arnoldum* & fratres eius, qui uidelicet *Arnoldus* postea duxit in uxorem *Christianam*, *magistri Lamberti*

qui ducit in uxorem Petronillam de Buchenio neptem Flandriae com. Theoderici.

Pater Walteri de Clusa narrantis haec omnia

Lamberti Ardensis presbyteri filia.

berti Ardensis ecclesiae quandoque *presbiteri filiam*, ex qua genuit *Balduinum* & fratres eius. Item *Arnoldus iuuenis* patruus meus cum quadam puella *Ardeae* rem habuit & ex ea genuit *Mabilam rufam* cuidam *Ioanni de Oudelando* iuxta *Lislras* desponsatam uxorem, ex qua multos habuit filios *Iohannes*. Siquidem hic *Arnoldus iuuenis* patruus meus, postquam nobilem duxit uxorem *Petronillam*, licet extra patriam munificus & liberalis & *expensaticus* diceretur & circa militiam quicquid militantium & *torniamentantium* consuetudo poscebat & ratio, quasi prodigaliter expenderet; in patria tamen non tam auarus fuit, quam parcus. Vnde & maximum auri & argenti dicebatur habere thesaurum. Licet enim a subditis parum aut nihil, nisi quod ex debito & iure ei debebant, exigeret; tamen tam proterue & inhumane redditus & alia debita sua & iura exigebat, ut subditi sui et multi alii eum infestum habebant et odiosum. Vxor autem eius *Petronilla* iuuencula quidem Deo placita simplex erat et timens Deum, et uel in ecclesia Deo sedulum exhibebat officium uel inter puellas puerilibus iocis et choreis et his similibus ludis et *poppeis* saepius iuuenilem applicabat animum. Plerumque etiam in estate nimia nimium animi simplicitate et corporis leuitate agitata in uiuarium usque ad solam *interulam* siue *camisiam* reiectis uestibus non tam lauanda uel balneanda quam refrigeranda uel certe spacianda per uias et meatus aquarum hic illic prona nando,

Descriptio regiminis Arnoldi iunioris & morum uxoris Petronillae.

do, nunc ſupina nunc ſub aquis occultata nunc ſuper aquas niue nitidior uel camiſia ſua nitidiſſima ſicca oſtentata coram militibus nichilominus quam puellis ſe dimiſit et deſcendit. In his igitur et his ſimilibus benignitatis ſuae modos exprimens et mores tam uiro quam militibus et populo ſe gratioſam exhibuit et merito amabilem.

CAP. CXXXV.

Quomodo ARNOLDVS iuuenis *a nequiſſimis ſeruis & ſiccariis interemptus eſt.*

A*Rnoldus* autem *iuuenis* uir eius quanto militibus gratior & acceptior & ſuperioris dominationis principibus *Ghisnenſibus* minus in ſeruitio promptior & deuotior; tanto inferioribus & ſubditis quadam impropitiationis immanitate truculentior & ſuperbior. Vnde & quidam ſerui eius & ſubditi, familiares tamen eius & coquinarii aliique de cognatione eorum exaſperante & praua progeniti ad eum interficiendum coniurati in mortem eius conſpirauerunt. Vna igitur dierum, cum idem *Arnoldus* in ſolemnitate ſanctorum innocentium mane egreſſus ab *Ardea* apud *Bramas* ſeceſſiſſet quaſi miſſam ſaltem extra eccleſiam ſtando auditurus; nec enim *Ardenſibus* licebat *canonicis* aut presbiteris diuina celebrare miſteria eo praeſente nec quamdiu foret in *Ardea*, eo quod in praeſentia *Morinenſis epiſcopi* iuri ſtare citatus contumax & rebellis obedire contemneret & ob hoc eccleſiaſtici rigoris & excommunicationis ſententia perculſus; quidam de traditoribus nequiſſimis & ſceleratis de

Arnoldus iun. Ard. dom. excommunicatur ab ep. Morinenſi.

de numero eorum, qui in mortem eius coniurauerant, occurrens ad ipsum & accelerans perfidissimi & perditissimi proditoris Iudae more mentiens dixit: quod quendam rusticum diuitem audisset & uidisset in *Fulberti* nemore secus uiam, quae duxit apud *Norhout* eminentiorem totius nemoris quercum abscindentem. Ille uero, ut erat in terra, ut iam diximus, auarus & cupidus & in subiectos truculentus & tirannus, putans & sperans de rustico, qui tamen nullus erat, magnam se adepturum pecuniam, cum solo proditore solus, ne forte percipiatur a rustico, in *Fulberti* nemus digreditur. Sed cum per angustissimam semitam ad sonitum proditorum in quercum malleantium quasi ad sonitum asciae rustici quercum abscindentis solus cum solo properaret, extrahens clauam sequens *garcifer* & proditor, quam in nemore ad iam conceptum perpetrandum facinus occultauerat, heu! dominum heu! militem militarem, immo militiae gloriam, heu! speciosum forma prae filiis *Flandrensium* in primo capitis ictu ab equo in terram protrahit & prostrauit. Et accelerantes alii tantae proditionis complices conscii manus in eum iniecerunt & extractis *patulis* siue *misericordiis* immisericordissimis eum immisericorditer iugulauerunt. Equus autem eius apud *Ardeam* quasi truculentos metuens sicarios perterritus refugit & recurrit. *Garcifer* quoque, qui eum iugulauerat, aliis in mortem domini secum commaculatis hic illic diffugientibus, quantocius potuit, quasi

a seruis suis in sylua occisus.

huius

huius rei nescius, in quoquinam suam, unus enim erat de coquinariis, adhuc sanguine commaculatus domini, recipitur, Videntes autem famuli eius & armiger & equum adhuc insellatum & quasi perterritum ad ipsos confugientem, timuerunt ne forte dominus suus aliquo casu, non tamen tam maligno, ab equo corruisset. Cum autem ipsum quererent, ecce uiatores quidam et alii quidam simul admixti, non pedetentim progredientes, sed quantum potuerunt, gressum accelerantes accurrerunt uocem timentium, uel tumultuantium clamore magno uociferantes et ingeminantes dominum in *Fulberti nemore* enecatum, morti datum et iugulatum se uidisse referunt. Tunc uero moeror et luctus omnium plangentium manibus atque dicentium: O ubique praedicatum *Ardensis* loci infortunium! o in omnibus seculis *Ardense* dedecus licet immeritum et opprobrium.

CAP. CXXXVI.

Quomodo BALDVINVS *frater eius* Ardensis *dominus effectus est.*

BAlduinus autem frater eius, qui & pater meus cum apud *Ghisnas* cum *Arnoldo Gandauensi* aduescendum resideret, audita tanti fama infortunii accepto secum cum aliis militibus *Gandauensi Arnoldo*, cuius se prius contra *Albertum aprum* confoederauerat amicitiae, apud *Ardeam* ocius aduolauit & cum fratrem suum de nemore cum luctu & planctu uxoris, fratrum & sororum, militum & populi in domum suam *Ardeae* in fe- *Succedit ei frater Balduinus*

Arnoldus occisus bonesle & riete, quia excommunicatus, sepeliri non potuit.

retro reduxisset seruato & uigilato eo in dolore & lachrimis una nocte, quandoquidem eo, quod *excommunicationis erat uinculo innodatus, ecclesiasticam sepulturam* ei exhibere non potuit, quod autem potuit faciens extra atrium antiquioris ecclesiae *Ardeae*, iuxta magnum fossatum, quod pater suus dudum fecerat ab *australi* parte templi eum non sine multorum clamore, planctu & lachrimis collocauit, mox quaesitis *mortidatoribus* & proditoribus & conściis & consiliariis & multis inuentis alios *inrotauit*; alios *impartícauit*; alios caudis iumentorum protrahendos & discerpendos adhibuit; alios in propriis domibus reclusos igne combussit; alios & alios diuersorum diuerso genere tormentorum afflixit. Multi uero de afflictorum parentibus prae timore & pudore non audentes palam hominibus in patria comparere, perpetuum hic illic subierunt exilium. Postea uero uxori fratris sui nobili matronae *Petronillae* super *dotalicio* suo omnimode, prout decuit & debuit, satisfaciens pater meus & eam ad suos apud *Buchenium* quantocumque potuit, honore reducens *Gandauensi Arnoldo* non minus quam *Flandrensium comiti Theoderico hominio* exhibito *Ardeae* dominus effectus est & praepositus.

Poenae interfectorum.

Balduinus Flandrensi com. Theoderico homagium praestat.

CAP. CXXXVII.

Quomodo uulnerato BALDVINO *abbas de* capella *Theodericus ad eum accessit & quomodo* Balduinus *eidem abbati ecclesiam* Ardeae *dedit & praeuilegiauit.*

Nec

NEc mora circiter hoc tempus *Balduinus* pater meus apud *Alderwicum* cum *Gandauensi Arnoldo*, qui in *Ghisnia* uiuente adhuc *Beatrice Alberici apri* uxore progressiua successione *Ghisnensis* comitatus herede contra iustum fasque piumque uiolenter iam irruperat ad *Almari uallum*, quod ad *Florem* nominauerunt *Broburgenses*, in quo *Broburgensis* castellanus *Henricus* eiusque fautores ad *Ghisnensis* terrae defensionem & subuentionem contra *Gandauensem Arnoldum* & suos in castellulo inopinante facto quasi inclusi latitabant & ad resistendum & oppugnandum parati, properauit. Vbi inuicem hinc assilientes hinc se defendentes maximum belli certamen inierunt, cum ecce *Broburgensium* sagittarii in *Arnoldum* & suos inualescentes *Ardensem* dominum patrem meum *Balduinum* in tractu sagittae in capite fere usque in cerebrum grauiter uulnerauerunt. Vulnerato itaque fere ad mortem patre meo & apud *Ardeam* in sua tandem reducto multi nobiles, multi uiri religiosi & clerici ad uidendum eum & consolandum ad eum conuenerunt. Inter quos aduenit etiam nominatissimi tunc temporis loci *uenerabilis abbas beatae Mariae de capella Theodericus*, qui inter loquendum cum eo multa consolandum atque monendum, hoc etiam saluberrimum animae suum consilium in uerbo mellito & salutifero proponendo aperuit & exhortando insinuauit. Quod cum homo *omnino laicus esset* & *literas ignoraret* ecclesiastica administrare beneficia, praebendas

Balduinus Ard. dom. in obsidione Almari ualli uulneratus,

das dispensare clericis uel altaria, praeposituram aliamue dignitatem in sancta obtinere uel baiulare ecclesia contradicentibus & super hoc *anathesantibus autenticis* scriptis & sanctorum patrum decretis ei nullatenus liceret; & semel admonitus, nisi quantocius resipisceret, *simoniacae prauitatis* macula turpiter infuscari & cum Symone mago in partem societatis apud inferos demum retrudi saluberrimae admonitionis uerbo denuntiauit. *Balduinus* autem pater meus libenter audiens & in mente colligens, sed & in accepto uulnere temporalem mortem & in aeternae damnationis posse quandoque relabi mortem metuens repletus mane & mature Dei misericordia & Spiritus sancti paracliti debriatus & perfusus gratia ad saluberrimum uenerandi abbatis & confessoris eius consilium, conuocato mox *Ardensis ecclesiae canonicorum capitulo militibusque & sororibus suis & populo* coram omnibus & hoc ipsum annuentibus & uocem laudis in excelsis Deo extollentibus, *Ardensis ecclesiae* præposituram immo totam *Ardeae* ecclesiam cum omnibus appendiciis eius & pertinentiis & dignitatibus sub eadem libertate & sub eodem dominandi & possidendi iure, quo ipse & praedecessores eius eam usque ad hoc tempus tenuerant, in manu iam dicti abbatis et monachorum suorum ibi praesentium resignauit & in liberam & perpetuam elemosinam eis & eorum successoribus libere concessit, liberius dedit liberrimeque in hunc modum „

Praeposituram Ardensis eccl. concedit abbati de capella S. Mariae.

nam

nam ſenſum uerborum memini, ſi uerba tenerem, priuilegiauit:

Vniuerſis ſanctae matris eccleſiae filiis B. Dei permiſſione HERES & DOMINVS ARDEAE *eccleſiaeque ſancti* Audomari Ardenſis *dictus* PRAEPOSITVS *ſalutem inperpetuum. Quod ad cultum Dei & ad reuerentiorem ſanctae Dei eccleſiae honorem conuenire dignoſcitur omnimodo executionibus, in quantum ſufficimus, promouere neceſſarium duximus & ſaluberrimum. Vnde cum* praepoſitura Ardenſis *eccleſiae nobis* hereditario iure *ſucceſſit habenda, hinc clericorum ſiue canonicorum in eadem eccleſia ſeruientium conſiderantes negligentiam; hinc periculum & aeternum animae penſantes excidium, eo, quod praepoſitura eccleſiaſtica diſpenſanda &* manu laicali *diſponenda niſi nos uani docuere parentes, ſalutifere nobis nullatenus accidere queat, quaedam altiora ſuper* Ardenſis eccleſiae *ſtatu altiore conſilio deſtinauimus. Accepto itaque ſuper eiusdem ordinatione eccleſiae diuino reſponſo ſanoque conſilio a* domino Milone Morinenſis eccleſiae epiſcopo *& abbatibus & multis eccleſiaſticis perſonis & laicalibus* Ardenſis *oppidi* paribus & ueteranis Morinenſis eccleſiae *non minus, quam* Ardenſi capitulo annuente *& beneuolum aſſenſum praebente, conceſſimus & in quietam poſſeſſionem dedimus uenerabili abbati* Theoderico *& monachis ſanctae Mariae de* capella *in uilla antiquo nomine* Brugua *dicta degentibus & eorum ſucceſſoribus omnia iura omnesque dignitates, quae in eccleſia ſancti* Audomari Ardenſis *nobis* hereditario iure *ſucceſſerunt, totamque*

DIPLOMA.

que eandem ecclesiam cum uniuersis eiusdem ecclesiae rebus & possessionibus & appendiciis & pertinentiis perpetuo iure possidenda. Hoc addito, quod mortuo uno iam dictae ecclesiae clerico siue canonico succedit ei monachus. Sicque omnibus mortuis canonicis monachi succedent in locum canonicorum & libere obtinebunt ecclesiam & quodcunque demum abbati placuerit, monachi in dispositione abbatis ecclesiam & possessiones ecclesiae dispensabunt. Vt autem haec donatio tractu temporis minime patiatur recidium nulliusque possit malicia uel odio turbari, molestari uel infirmari, praesentem chartam scribi & testibus roborari & sigilli nostri appensione communiri fecimus & Teruanne Remisque *urbibus &* Romae *confirmandam misimus. Huius rei testes sunt Dominus Milo* Morinensis *episcopus, praemonstratensis ordinis canonicus, Philippus & Alulfus archidiaconi totumque* Morinensis *ecclesiae capitulum. Dominus Leo, abbas* sancti Bertini, *dominus Gusfridus abbas* Andriae, *dominus Henricus abbas de* Lislris, *Balduinus Mondulphus decanus, Arnolphus cantor, magister Richoardus, Eustacius & Robertus canonici totumque eiusdem* Ardensis *uidelicet ecclesiae capitulum, Hugo & Bernardus de* wisso, *de* Bramis *presbiteri, Theodericus comes* Flandriae *& Philippus & Matheus filii eius. Arnulphus etiam* Ghisnensis *comes & Balduinus filius eius Arnulphus* Markiniensis *uicecomes, sororius noster, Drogo Botech. Wallo de* Ardea, *Arnolphus* Gohel, *qui & castellanus* Ardeae, *Elbodo de* Norhout *& Paganus frater eius, Eustacius & Bal-*

TESTES.

& *Balduinus de* Balinghen, *Balduinus* Walameth *aliique multi christianissimi populi. Facta est autem haec transactio in ecclesia sancti* Audomari Ardensi *& in plena synodo* Teruanne *solenniter recitata & approbata Dominicae incarnationis anno M. C. XLIV.* *Dat. 1144.*

Nec moueamini, patres et domini et maxime capellani & clerici, si in recordatione huius praeuilegii minus plene uerba formemus. Nam cum uerbo ad uerbum de lingua in linguam cuiuslibet etiam diserti & periti interpretatione uerba sumuntur, minus proprie minusque concinne proferuntur. Praesertim cum *laicali lingua* quomodocunque bene a clericis accepta uel audita referantur. Hoc autem in pactione huius commutationis *canonicorum in monachos* positum est, quod quandocunque canonicorum eiusdem ecclesiae aliquis uel moreretur uel praebendam suam etiam uiuens, quemadmodum Simon de *Boudinghen Ardensis* ecclesiae canonicus fecit, monachis sponte relinqueret, in loco canonicorum substituerentur monachi & in dispositione abbatis de *capella*, quotcunque monachi eam obtinerent & ei deseruirent. *Canonicorum Ardensium commutatio in monachos.*

CAP. CXXXIIX.

Quomodo ABBAS *Theodericus* ECCLESIAM ARDEAE *a quibuscunque opus erat personis praeuilegiari sibi & confirmari perquisiuit & impetrauit.*

ABbas itaque & monachi gratanti animo grato Deo & sibi beneficio gratulanter & ouan- *Quam donationem abbas praedictus sibi*

& ab aliis confirmari curauit ouanter accepto ad consilium patris mei Balduini & uirorum religiosorum nihilominus & *Ardensium* canonicorum concessam sibi & ecclesiae suae datam & confirmatam a patre meo & audientibus & assensum praebentibus *Ghisnensium* comite Arnoldo & Balduino filio eius & *Flandriae* comite Theoderico & Philippo & Matheo, *Ardensem* cum appenditiis eius ecclesiam in *liberam* sibi *elemosinam* libere & absolute in perpetuum *ab episc. Morinensi ab archiep. Remensi Pont. Rom.* possidendam a *Morinensis* ecclesiae episcopo *Milone primo* & eiusdem loci capitulo & a *Remensi* archiepiscopo & a summo sedis apostolice PONTIFICE confirmari & praeuilegiari impetrauit. Haec igitur amoris & gratiae uicissitudine inter patrem meum & abbatem & monachos uigente, de die in diem ualescente, postquam de uulnere capitis & lesione uere & sincere conualuit & ab infirmitate, facti sunt unum par amicitiae; facti sunt quasi cor unum & anima una, adeo, ut quicquid pater meus apud *capellam* in ecclesia postularet, monachorum facilem propitiationis sentiebat effectum bonae uoluntatis affectum in operis executione percipiebat & efficacia. Vnde & similis uicissitudine dilectionis omnia quaecunque uellet aut postularet piae deuotionis abbas a patre meo & pater meus uoluntati eius obtemperare non differret.

CAP. CXXXIX.

Quomodo BALDVINVS Ardensis *dominus uendidit abbati de* capella *molendinum de* Bramis

Bramis *cum adiacentibus terris & marisco, etiam piscariam.*

POstea uero pater meus accepta in uxorem *Broburgensis* castellani *nobilis Henrici* & *Rosae Ghisnensis* comitis *Manassis* filiae filia *Beatrice* iustissima *Ghisnensis* comitatus herede & iam *Ghisnensis* terrae, nec enim uerum dissimulare decens est, comitissa, ipsaque post paucos dies mortua & in ecclesia beatae *Mariae* de *capella*, quanta potuit, honorificentia sepulta, multis implicitus est negotiis pater meus & ad plurima plurimis soluenda compulsus est debita. Nam et ea, quae uel in militando, antequam in *Ardensis* dominationis promoueretur honorem contraxerat, uel quae satisfaciendo fratris sui uxori nobili *Petronillae* in recompensationem dotalitii sui aliis debitis accumulauerat, uel quae etiam terram suam *releuando* hic illic a terrarum principibus sollicitudinis suae debitis adiunxerat, creditoribus soluere non tantum tenebatur, sed etiam cogebatur. Et cum iam etiam ea, quae ipse crucigerulus in sancto peregrinationis itinere quandoque secum differre deberet, prouida sollicitudine et uigili curiositate meditando et perquirendo mentem iam quasi dilaceraret et corpus memorato abbati et monachis de *capella*, ut amicis dilectissimis, ut uiris religiosissimis et sanctissimis molendinum de *Bramis*, cum adiacentibus quibusdam terris suis et marisco, et piscaria, quae in *Ardensis* aquae filo est ab orientali molendino *Ardeae* usque in *Houdledam* apud *Mercuricium* deficientem et digna

Vendit idem Balduinus eidem abbati quaedam bona;

digna uendidit pecunia et in liberam eis contulit et confirmauit in perpetuum possidendam elemosinam. Vnde et abbas, cum non sufficeret ei pecunia ad satisfaciendum patri meo super emptione ista tam utili et ecclesiae suae necessaria, *feretrum* beatae Mariae et quasdam *cruces depilauit* et ab *auro* et *argento* decrustauit et expoliauit. Inde ergo occasione sumpta, quidam ecclesiae beatae Mariae de *capella* aemuli et aduersarii mentiendo in medium iactant, quod pater meus *Ardensem* cum pertinentiis eius et dignitatibus ecclesiam Simoniacae prauitatis et facinoris zelo ductus et seductus et circumuentus iam dicti loci abbati et monachis uendiderit. Cum tamen ante huius marisci et piscariae emptionem et solutionem anno uno fere et dimidio transcurso *Ardensem* ecclesiam eo, quo iam diximus, modo diuinae pietatis et remunerationis intuitu, non eandem ecclesiam deprimendo, sed altioribus et dignioribus personis honestando et in altioris ordinis statum et gradum conuertendo et producendo, non alicuius Simoniacae machinationis aemulatione ab eadem *Ardensi* ecclesia canonicos expellendo uel remouendo, sed in omni sanctitate et religione uiros sanctos et religiosos et heremiticae et apostolicae uitae monachos in ea introducendo libere et absolute in liberam contulit eis et confirmauit elemosinae possessionem.

CAP. CXL.

Quomodo MONACHI *manserunt iuxta molendinum apud* Bramas.

Abbas autem mox, ut obtinuit apud *Bramas* molendinum & terram adiacentem cum marisco & piscaria, misso apud *Bramas* uenerabili uiro *Caredocho,* postea in ecclesia beatae Mariae de *capella* abbate, iuxta molendinum domos aedificauit & capellam & fossato circumcinxit & sepibus inclusit & sic ibi monachorum cellam construxit, ubi & dominus *Carodochus primus* constitutus est *prior.* Venerabilis itaque uitae *Carodochus* & quidam alius nomine *Basilius* iuste & pie in omni sanctitate & religione ibi solitariam & quasi heremiticam uitam degentes Deo omnimode placere intendebant & hominibus. Quapropter ut uel sic, sicut & in aliis quibusdam poterant actionibus, patri meo complacere possent, dominum *Arnoldum iuuenem* siue *iuniorem* fratrem eius extra atrium *Ardeae imbloccatum* ad cellam suam apud *Brasmas* adduxerunt, etenim ita *imbloccatum* extra parietes capellae suae eo, quod ibi non esset atrium adhuc benedictum, neque cimiterium, quam propius potuerunt, collocauerunt.

Monachorum de capella S. Mariae in Arnoldum iun. insepultum adhuc fauor.

CAP. CXLI.

Quomodo ARDENSIS *dominus* BALDVINVS Ierosolimam *petiit.*

POst uero circiter huius temporis decursum cum pater meus *Balduinus* praeparatis omnibus in sanctae peregrinationis iti-

nere sibi necessariis sanctum iter arripere deberet, ut *Ierosolimam* peteret, uenerabilis abbas Theodericus, ne magnifici ab eo accepti beneficii quandoque ingratus inueniretur, iuxta uiri sapientis ethicam accepti non immemor beneficii optimum equum *ferrandum*, non alicuius Symoniacae malignitatis recordatione praemonitus aut praemunitus, ut quidam monachorum aemuli garriunt, sed solo diuini amoris intuitu & in auxiliarem sancti itineris sustentationem, liberaliter obtulit & gratis, immo gratuito munere praesentauit. Praeparatis igitur omnibus in itinere sibi necessariis pater meus *Balduinus* sociatis sibi *terrae militibus* Balduino uidelicet *Wallaniecto* & Marchilio de *Bredenarda* & quibusdam aliis cum *Flandriae comite domino* suo *Theoderico* & cum multis *Flandriae baronibus* sub patrocinio & ducatu *nobilissimi regis Franciae* & *sanctissimi Ludouici* cum multis *Francorum militibus* etiam & innumeris populorum militibus *Iberosolimam* petiturus iter arripuit & ut dominicum uenerari, & quod tamen nunquam uisurus erat sepulchrum uidere mereretur, quanto potuit mentis & corporis effectu properauit. Profectio autem ista facta est Dominicae incarnationis anno M. C. XLVI. mense Maii. Commendauerat autem prius & seruandam dederat terram suam Arnoldo *Gobel* seniori de *Surkis*, eo quod castellanus *Ardeae* dicebatur & erat, & quia eum prudentem uirum cognouerat & sibi fidelem. Arnoldo tamen sororio suo *Markiniensium* uicecomite super

Balduini Ard. dom. iter in Palaestinam cum Flandriae com. Theoderico sub Ludouico S. R. Gall.

an. 1146.

Arnoldo Gobel de Surkis suis terris praefecto.

per

per hoc magis grunniente & immurmurante, quam beniuolum praebente assensum.

CAP. CXLII.

Quomodo BALDVINVS *mortuus est in itinere & in mari proiectus suis postea non comparuit.*

PRoficiscentes igitur per terram & *Romaniam* ingredientes peruenerunt tandem *Constantinopolim*, ubi multa perpessi incommoda, cum *Constantinopolitanum* sibi iam sensissent IMPERATOREM infidelem & insidiosum in *Propontidis* sinum deuenerunt. Inde in *Sathaniam* uel in *Sencliam Francorum* totus congregatus & extensus exercitus, multa sustinuit mala & infortunia. Multi enim fame; multi aeris inclementia; multi aduersantium insidiis & ictibus; multi inualetudine corporis; multi qualicumque infirmitate correpti interierunt. Inter quos pater meus, non, ut mentiuntur quidam, fame deperiit, sed inualetudine corporis debilitatus & totis uiribus destitutus, morti succubuit & sicuti prius rogauerat, in mari proiectus, suis amplius nunquam comparuit.

Descriptio itineris infausti ob perfidiam Graecorum,

Balduinus moritur.

CAP. CXLIII.

De PSEVDOPEREGRINO, *qui se Balduinum de* Ardea *simulauit.*

FVerunt tamen quidam, qui *tricesimo*, postquam huius sanctae peregrinationis iter susceperat pater meus, anno apud *Plancas* iuxta *Duacum* eum uidisse assererent. Anno enim dominicae incarnationis M.C.LXXVI. fuit quidam pseudoperegrinus religiosae sanctitatis ouina simplicitate incautos & sim-

Historia de Pseudo Balduino quodam qui se Ardensem dominum esse profitebatur.

plices forsitan, ut prius & postea multos facilius ludificare & decipere posset, *Duacum* aduenit, ubi sub *albi uelleris* uestibus circumiens uicos & plateas penitentiae uestes sacrum & cilicium, quasi non sponte piis & & simplicibus ostentans hominibus penitentia scalorem sub niuea barba & prolixa et reuerenda capitis canicie simulauit. Addidit etiam, sed tamen quasi se ipsum, quis esset, occultare uolens, quod *Ardensis* oppidi quondam fuisset heres et dominus Balduinus. Sed ut Christum lucrifaceret in abiectis uestibus exulare et piis operibus insudare, quam in suam *Ardeam* redire et hereditariam domum et possessionem iterum subire, se potius elegisse, mendaci lingua et fallaci asseruit. Hic igitur, quicunque uel qualiscunque Balduinus, cum iam dicti loci *burgensibus* nec non et adiacentis prouinciae principibus loco et tempore locutus ad consilium eorum uiam, quae a *Duaco* duxit ad *Plancas* uiatoribus ad transeundum admodum gurgitosam et difficilem transitiuam et transmeabilem terrea mole et lapidibus et incalcatam construere praecepit. Et super eam mansiunculam et domicilium faciens operantibus in uia operariis necessaria procurauit. Ipse uero asino uectus terrae *principes*, *abbates* et *burgenses* et uniuersum adiacentis terrae populum in auxilium uiae multa rogauit et multa perquisiuit et ubi populi sibi uenaretur et acquireret fauorem, multa in oculis populi, o subdolum hominem et hipocritam! pauperibus quasi dispersit et erogauit, multa

uero

uero ſibi et ſuis complicibus reſeruauit. Tandem uero notus et immo quaſi notus factus abbati et canonicis *Hinniacenſibus* ſe *Balduinum Ardenſem* nominauit. Prior ergo domus nomine *Guffridus*, ut audiuit ipſum et ſe *Balduinum Ardenſem* nominatum, apud *Ardeam* eo, quod ipſe *prior* de *Ardenſis* terrae partibus oriundus eſſet, ocius aduolauit indicans *Ghisnenſi comiti* et *Ardenſi domino Balduino* et uxori ſuae *Chriſtianae*, quod auunculus ſuus *Ardeae dominus Balduinus* adhuc uiueret et apud *Plancas* iuxta *Duacum* quaſi peregrinus maneret. Addidit etiam multa alia, quae ab eo didicerat et audierat et uiderat. Comes uero *Balduinus* rem quaſi fantaſticam audiens *Balduinum Ardeae dominum* dudum in ſancta peregrinatione Ieroſolimitana mortuum et in mari proiectum fuiſſe, conſtanter, ut uere potuit, affirmauit et dixit. Ipſum autem Balduinum, qui apud ipſos nuper emerſerat, *trutannum* eſſe et populi ſeductorem et pſeudo conuerſum non ambigeret. Vnde ad ipſum ire neque mittere curauit. Ego autem ut audiui patrem meum uiuere, non fixo modo credidi, ſed tamen aſſumptis mecum aliquibus amicis meis ſenioribus, qui patrem meum olim bene agnouerant, quaſi neſcientibus comite et comitiſſa ad ipſum perrexi locutusque cum eo multa quandoque cum ſolo ſolus, quandoque cum aliquibus adiunctis, nihil in eo percipere potui, ſed neque qui mecum ad ipſum uenerant ſocii, unde certiores de eius notitia eſſe potuimus. Imputatum eſt

Trutannus.

mihi tamen a plerisque et improperatum eo quod inuicem alter alteri applausissemus, quod multa dedisset mihi munera, ut eius filium me assererem. Tandem uero ab eo recedentes uix in patriam ad comitem rediuimus, cum ipsum a loco *Plancarum* secessisse et maximum thesaurum asportasse et ipsum uere *trutannum* fuisse audiuimus et uere cognouimus.

Tandem fraus detecta est.

CAP. CXLIV.

Item quomodo MARKINIENSIS *uicecomes* Arnoldus *de* Coluida *nominatus* Ardeae *dominus effectus est.*

Balduino Ard. dom. in Palaestina mortuo successit Arnoldus Markiniensis uicecom. Ghisnensi homagium praestat,

Balduino igitur patre meo apud *Sathaniam* uerissime mortuo & in mari proiecto fama uolat & eius mortem *Markiniensi* uicecomiti *Arnoldo* de *Coluida* sororio suo denuntiat. Markiniensis igitur uicecomes impiger *Arnoldus Ghisnensis* comitis Arnoldi amorem sibi conciliauit & *hominio ei exhibito* ad *Flandriae* comitissam *Sibilam, Cybelem* siue *Cebeliam* nominatam properauit. Comes enim *Flandriae Theodericus Ierosolimam* peregre profectus nondum rediit. Cum igitur *Arnoldus Markiniensis* terram, quam in ministerio siue in castellaria *Brugensium* & alia, quae in *Ardea* ex parte uxoris suae *Adelinae* sibi a *Balduino* sororio suo iam mortuo exciderant & contigerant, a iam dicta *Flandriae* comitissa repostularet & *releuare*, uti adhuc moris est & consuetudinis usus, uellet, surrexit *Balduinus* de *Varneselia* & de *Harselia* dominus dicens, se *Ardensis* dominationis & honoris propinquiorem esse heredem

cui tamen Balduinus dominus de Varneselia & Harselia de successione litem mouet.

redem, quam *Markiniensis Arnoldus*. Sed cognita tandem rei ueritate, cum mater Balduini de *Varneselia*, *Agnes* soror siquidem *Ardensis* domini quondam *Balduini* & *Adelinae Markiniensis Arnoldi* uxoris adhuc VIVAE & SVPERSTITIS, dudum mortua erat, ut dignum utrique & iustum erat propinquior heres adiudicata est *Ardensis* quondam domini *Balduini* soror *Adelina*, quam sororis eius *Agnetis* filius Balduinus de *Varneselia*. *Sed frustra*, Ad consilium tamen amicorum suorum *centum marchis Balduino* de *Varneselia* datis & pace inter Arnoldum & Balduinum confirmata *Markiniensis Arnoldus* iam dictae *Flandrensi* comitissae, uti mos inoleuit & debuit, *hominio exhibito Ardensis* honoris factus est heres & dominus. *Arnoldo Markiniensi uictricem sententiam obtinente.* Congratulabantur ergo ei *Ardensis* oppidi *pares* & totius *Ghisniae* barones congratulabantur & alii milites & uniuersae terrae populi. Principibus enim superioribus in terrarum magnatibus extra patriam, prout maiestati eorum conuenire & expedire discreta consideratione nouit & debuit, cum reuerentia seruiuit in magnificentia & gloria. *Paribus* autem se socium exhibuit & *militibus* commilitonem mitem & affabilem, *milites* uero miro uenerabatur affectu. Vnde etiam in terra sua residens *decem milites*, nunquam uero pauciores familiares sibi & semper collaterales, capellanum quoque & clericos & honestissimam secum in omni liberalitate & munifica sufficientia detinuit familiam. Talem igitur se non solum in terra sua, sed etiam extra ter- *Dicitur etiam comes.*

ram ſuam exhibuit, quod in rei munificentia & reuerendi principatus continentia magis uideretur & plerumque diceretur *comes* quam *inferioris* alicuius dominationis princeps aut dominus.

CAP. CXLV.

Quomodo idem ARNOLDVS *a* Bramis *monachos* Ardeae *tranſtulit & poſt puſillum temporis ab* Ardea *expulſos iterum apud* Ardeam *reuocauit.*

INprimis igitur monachos, qui apud *Bramas* manebant, cum omnibus aedificiis ſuis apud *Ardeam* tranſtulit & ibi eos iuxta eccleſiam, quae ſita eſt in cimiterio eiusdem loci, manere fecit. Vbi usque hodie manſionem habent & conuerſationem. *Alaiſam* autem uxoris ſuae *Adelinae* ſororem adhuc puellam & usque in finem dierum ſuorum, ut dicitur, uirginem, ſed & innuptam ad petitionem uxoris ſuae *Adelinae* apud *Welenas* iuxta *Tourneben* manere fecit & quamdiu uiueret eiusdem uillae redditus in ſuſtentationem & procurationem ei conceſſit. Primus igitur *Ardeae prior* uenerabilis nominis & uitae monachus *Caradocus* mox, ut in *Ardea* manere coepit, ad conſilium *uenerabilis* abbatis ſui *Theoderici* & *reuerendo patri* & *domino Morinenſis* eccleſiae epiſcopo *Miloni primo* ſuper exceſſu, quo *Ardenſis* quondam dominus *Arnoldus iuuenis* ſiue *iunior* ei obligatus tenebatur, pro quo & *imblocatus* adhuc ſine honore fuerat ſuper terram, omnino ſatisfaciens, eundem *Arnoldum* a *Bramis* apud

Arnoldus iunior tandem ſepelitur.

Ardeam

Ardeam transtulit & reduxit eum in cimiterio in claustro sub macerie & australi parte templi honorifice sepeliuit. Postea uero cum uenerabilis pater *Theodericus* ad regendum *Bergensis* ecclesiae, unde assumptus fuerat, monasterium, reuocaretur & in eodem uidelicet *Bergensi* monasterio fuisset resumptus abbas & constitutus, uenerabilis memoriae *Caradocus* in ecclesia beatae Mariae de *capella* assumptus est abbas & constitutus & dominus *Basilius Ardeae prior* effectus est *secundus*. In cuius tempore cum turris ecclesiae, quae sita est in foro *Ardeae*, corruisset, *Ardeae* dominus *Arnoldus* de *Coluida* raptis & uiolenter extortis *Ardensis* ecclesiae redditibus & monachis omnibus, excepto solo Henrico Boterello de *Bredenarda*, qui in ipsa persecutione solus utcumque latuit & remansit, ab *Ardea* effugatis & propulsis eandem turrim reparari fecit. Sed cum monachi eundem dominum *Arnoldum* eo, quod ipsos exagitauerat & ab ecclesia sibi data & concessa sine causa turpiter expulerat, excommunicatum tenerent, non sustinuit ulterius *Arnoldus*, sed fere per *triennium* exulatos & domum, ut oportuit & debuit, reuocatos, in ecclesia sua monachos restituit & oblata in uoluntate eorum restaurauit. Post haec autem, cum recessisset ab *Ardea Basilius* factus est *Ardeae prior tertius Willelmus* de *Leda*. Post quem *Boldecinus* de *Rolinghen* quartus liberalis quidem monachus & dilectus hominibus principibusque terrae & ecclesiarum praelatis per omnia placens & laudabilis.

Bergense monasterium.

Arnoldus de Coluida monachos Ardea exire coegit

quare excommunicatus est.

Willelmus de Leda.

CAP. CXLVI.

Quomodo BALDVINVS *de* Hondescoto personatum *ecclesiae de* Hondescoto *ad tempus obtinere impetrauit.*

Aduocatia ecclesiae de Hondescoto

EO itaque tempore, quo idem *Balduinus* monachus *prioratum Ardeae* procurabat, mortuo *Willelmo Moranno* de *Hondescoto*, accessit ad eundem priorem Balduinum Balduinus eiusdem *Willelmi Moranni* filius & *personatum* ecclesiae de *Hondescoto*, quem pater suus *Willelmus Morannus* per unum annum uel duos ab *Ardensibus* canonicis & monachis pro quocunque *censu annuae pensionis* prius tenuerat, repostulauit, & ad memoriam reuocans & reducens, quod semper nocuit differre paratis datis ilico in restaurationem iam dictae turris centum solidis, eundem personatum inconsulto abbate & monachis de *capella* eo pacto, quo ipsum pater suus prius tenuerat, praesentibus tamen & contradicentibus *Ardensis* ecclesiae monachis & canonicis quibusdam adhuc superstitibus, a priore Balduino recepit & usque hodie, quasi *hereditario* iure, tenet immo detinet. Et quicquid *Ardensis* ecclesiae possessores monachi de iniuria siue uiolentia sibi ab eo illata calumniando uel reclamando dictauerunt

nutibus & motu capitis digitoque minatur
& sibimet loquitur; teneo, longumque tenebo,
quaeque pater tenuit, nunquam nisi morte relinquam.

CAP. CXLVII.

Quomodo audita ARDENSIVM historia & *cessan-*

cessantibus pluuiis Arnoldus *de* Ghisnis *spaciatum digressus audit* Marcum *de* Bosco *occisum & moriturum.*

HActenus *Ardensis* Walterus *nobilitatis gesta refert; laudantque senem, laudatur origo*
Ardensis *generis tantaeque propaginis auctor.*
Pro cunctis Dominus, de cuius munere uiuunt,
& cessant pluuiae coelo serenificato.
ad se Raulinum *dominus uocat &* Simonettum
& iubet, ut secum ueniat, sociisque relictis
cum pueris graditur puerilia facta recensens;
& dicit: ueteres ueteres mirentur auosque,
sed nos, qui iuuenes iuuenilibus utimur annis,
laudemus iuuenes & nostri temporis annos
& nostros socios; quod enim rasoreius Hugo
Eustacius, comites *alii fratresque tacentur;*
laudantur ueteres, sed, quam meruere moderni,
laude tamen careat, qui nostros iudicat annos.
Accedunt dictis fratres uocemque loquentis,
uoce fauorali laudantque probantque uicissim
alternis uicibus iuuenesque senesque probantes.

FINIS *historiae Ardensium dominorum.*

Quam igitur *Ardensem* historiam quanta studii sedulitate competentius potuimus *Ghisnensium* historiae, ut a primo huius operis exordio proposuimus in electo more inseruimus & *continuauimus* ad ea, quae restant, *Ghisnensium* gesta, in quibus & caput & finis nostri consistit operis, recurramus. *Arnoldus* igitur de *Ghisnis* ingruentibus pluuiis in domo

domo diutius cum sociis detentus licet in ore cognati sui *Walteri Ardensem* historiam, in qua se ipsum cognosceret, libenter audisset, cessantibus mox Hyadum fluctuationibus aereque sereno facto prosiluit & quasi ab ergastulo carceris dissolutis uinculis egressus in aeris serenitate admodum laetificatus cum sociis suis & *commilitonibus* per uillam spatiatum a domo egreditur. Et ecce nuncius aduolat, qui *Marcum* de *nemore* siue de *Bosco* patris sui seruientem apud *montorium* ad mensam comitis residentem & in scutella *Manassis* filii comitis conuescentem barbata *Willelmi Pragoti* de *Nileis* sagitta in corde inopinante suspecta interemptum & mortuum denunciat.

CAP. CXLIIX.

Litigium super ARDENSI ECCLESIA *inter Arnoldum & monachos.*

Arnoldi Ard. dom. cum monachis S. Mariae de capella lis.

PAruo autem postea interiecto temporis spacio *Arnoldus* de *Ghisnis* ad consilium patris sui *Ghisnensis* comitis *Balduini* & quorundam aliorum *Romanam* uidelicet *curiam* frequentantium clericorum, Hugonem abbatem & monachos de *capella* beatae Mariae & *Ardensis ecclesiae* praebendis & de monachis ab *Ardea* remouendis & de canonicis in eodem loco restituendis cum literis per *magistrum Philippum* de *nemore* & per *magistrum Adam Morinensis* ecclesiae quandoque canonicum & per quosdam alios cursorios in *Romana curia* notos clericos & magistros ab *Alexandro Lucio* & *Clemente* summi pontificatus apostolicae sedis rectoribus, ut potuerunt acqui-

acquisitis & impetratis; coram delegatis tandem a summo PONTIFICE *Clemente* iudicibus *Hugone Cameracensi* & *Iohanne* Attrebatensi decanis & magistro Gerardo *Cameracensi* canonico ad altercandum & litigandum prouocauit. Sed pace inter eos quacunque qualicumque modo coram iam dictis iudicibus composita & confirmata monachi, ut prius, in loco suo usque hodiernum diem *Ardeae* remanserunt. Hoc autem super *Ardensis ecclesiae* in pristinum statum reuocationem inter *Ghisnensem* comitem *Balduinum* & *Arnoldum* filium eius ex una parte & Hugonem abbatem & monachos de *capella* beatae Mariae ex altera parte, factum est litigium altercationis *Cameraci* in domo episcopi coram supradictis iudicibus & multis tam *Cameracensis* quam *Attrebatensis* ecclesiae & aliarum episcopalium ecclesiarum archidiaconis, decanis, canonicis, clericis, abbatibus quoque & prioribus & praepositis simul & monachis & multis aliis ecclesiasticis personis Dominicae incarnationis anno M.C.XC. pridie Cal. Nouembris.

quae Cameraci disquiritur & componitur.

1190.

CAP. CXLIX.

Quomodo ARNOLDVS *duxit* Broburgensem *castellanam* Beatricem.

SVccedente itaque tempore post quatuor fere annorum decursum curriculum nobili puero Broburgensium castellano nobilissimi Walteri filio Henrico nondum iuuenilibus attactis annis sine corporis sui herede circiter festum sancti Michaelis mortuo & in ecclesia beatae Mariae *Broburgensis* prout decuit,

Arnoldus Ghisn. ducit in uxorem Beatricem

decuit, honorifice sepulto; *Arnoldus* de *Ghisnis* relicta & postposita *Eustacia* siue *Eustachia* comitis *sancti Pauli* Hugonis *candentis auenae* dicti, quam prius affidauerat, filia, ad consilium patris sui *Ghisnensis comitis Balduini* adhuc superstitis & bene ualentis opitulantibus *nobili aduocato* Willelmo de *Bethunia* & fratribus eius domino *Canone* & *Albemarle* comite *Balduino* & uenerabili postea *Cameracensi* episcopo Iohanne & Henrico nihilominus de *Balliolo*, ad cuius nutum *Broburgensis* tunc temporis disponebatur castellaria, strenuissimae nobilitatis iuuenculam nobilissimi stematis & prosapiae uirginem liberalibus eruditissimam disciplinis atque docibilem moribus & uita, prout tenera adhuc exigebat aetatula, gloriosam eminentissima praestantissimi corporis specie Cassandrae uel etiam Helenae inuidiosam, in omni sapientia Mineruae consimilem, in rerum copiis Iunoni coequatam *unicam* & *iustissimam Broburgensis castellariae heredem nobilissimi pueri Broburgensis* castellani Henrici iam mortui & sepulti sororem etiam *Broburgensem* castellanam acquiescentibus uenerabilibus sanctae matris ecclesiae rectoribus *Remensium* uidelicet archiepiscopo Willelmo & *Morinensis* ecclesiae antistite *Faberto* legitimam uxorem legitimo sibi adiunxit & copulauit matrimonio & *Ardeam* & *Coluidam* cum omnibus *Ardeae* simul & *Coluidae* appenditiis & pertinentiis in dotem eis concessit. Veruntamen cum ad tantae nobilitatis contrahendum matrimonium uiri nobiles

castellanae Broburgensis heredem.

biles iam dicti praepotentes & discreti conuenissent & Arnoldus de *Ghisnis* propter quoddam cuiusdam uiduae Agnetis uidelicet de *Scibborna* molendinum apud *Pepelinguas* dirutum & conuulsum *ecclesiastica* dudum *perculsus* extitisset *censura* & excommunicationis sententia auctoritate *Remensis* archiepiscopi *Willelmi* innodatus fuisset & inuolutus, mandauit pater eius *Ghisnensis* comes Balduinus per insufficientes quidem & sine *autentico* nuntios ignorantibus immo nobis, qui licet indigni in *Ardensi* ecclesia *tunc temporis sacerdotali fungebamur officio*, sicut ecclesiastici tenor ordinis exposcebat & ratio, ipsum sufficienter uiduae & sanctae satisfecisse ecclesiae & per *Stephanum* Romanum *Audomarensis ecclesiae* canonicum & *Remensis* archiepiscopi Willelmi officialem omnino esse absolutum, quatenus in *signum absolutionis* filii sui Arnoldi *Ardensis* domini & *Ardeae* conuersantis *parochiani campanae sonare* nullatenus ecclesiae differremus. Sed quoniam ipsum, ut iam diximus, alicuius autentici uiri auctoritate absolutum nondum didicimus aut certo modo cognouimus & ob hoc sub aliqua praesumtionis temeritate sonare & eius uoluntati obtemperare plus quam ei complacuisset nec tamen ad duarum discursum horarum quousque uidelicet nostram ad consilium eius per omnia facturi ei praesentassemus praesentiam distulimus, ante portam uenerabilis uiri & locupletissimi Mathei de *Sutcerca* coram filiis suis Arnoldo & aliis multisque militibus & populis nobis quasi

Arnoldus de Ghisnis excommunicatus, cur?

quasi rebellibus nobisque eius uoluntati obedire & obtemperare dedignantibus & contemnentibus inclamauit & intonuit adeo ut in tonitru uerborum eius contumelias & terrores opprobria & improperia nobis intonantium & fulmine oculorum ad instar carbonum in innocentiam nostram scintillantium & inflammantium attoniti & stupefacti, ab equo qualicunque ad pedes eius in extasim ingemiscentibus & miserescentibus filio suo Arnoldo & fratribus eius omnibusque hoc ipsum audientibus & uidentibus prolapsi sumus & corruimus. *Milites* uero comitem corripientes, nos uirum despicatum, uirum dolorum & exanimem, uirum uix spiritum recolligentem super equum, ut potuerunt, restituerunt & inuicem in uia & muti tantum comiti locuti sunt, quoque apud *Alderwicum* pacatum nobis comes exhibuit uultum, sed nunquam postea, ut prius, nisi in pertractandis negotiis suis nobis faciem suam iocundam aut iocosam ostendit, sed nec uultum adeo quidem placatum. Haec est autem maxima causa nec tamen primaria, quare ad recuperandum uidelicet eius amorem & gratiam huic operi insudare concepimus. Desponsata igitur uxore sua nobili *Beatrice Broburgensi* castellana *Arnoldus* de *Ghisnis* apud *Ardeam* solennes fecit nuptias, quales nec antea nec postea in tota *Ghisnia* factos esse uidimus aut audiuimus. In primo autem uespere, quando sponsus & sponsa in uno collocati fuerunt lecto comes diuini spiritus repletus zelo uocauit nos & filios

quare autor hanc historiam scripserit.

& filios noſtros Balduinum & Willelmum & Robertum presbiterum *Alderwicenſem* innuens nobis & uolens, ut aqua benedicta expurgemus ſponſum & ſponſam ſimul & lectum eorum thuris & aromaticis rebus & pigmentariis ad hoc ipſum praeparatis ambiremus & incenſaremus ipſosque benediceremus atque Deo commendaremus, quod ut ad uoluntatem comitis deuotiſſimam in omnibus & per omnia, quanta potuimus ſedulitate & officioſa deuotione peregimus. Dum recederemus, comes in diuini adhuc perſeuerans amoris deuotione & ſpiritualis uirtutis gratia eleuatis in coelum oculis & manibus addens agebat: *Domine ſancte pater omnipotens aeterne Deus, qui benedixiſti Abraham & ſemini eius & gratiam benedictionis ipſis contuliſti, affunde ſuper nos miſericordiam tuam & benedicere dignare hos famulos tuos lege ſanctae copulationis & matrimonii uinculo coniunctos, ut in amore tuo diuino uiuant & concorditer perſeuerent & multiplicetur ſemen eorum in longitudinem dierum & infinita ſeculorum ſecula*, & reſpondentibus nobis: A*men*, ſubiunxit, tibi autem, fili chariſſime & primogenite Arnolde! ſuper omnes filios meos mihi amantiſſime, ſi qua conſiſtit patris in filium benedictionis gratia, ſi qua eſt ab antiquis patribus mihi relicta benedicendi copia & gratia, eandem benedictionis gratiam, quam quondam Deus pater patri noſtro Abraham, Abraham filio ſuo Iſaac, Iſaac autem filio ſuo Iacob & ſemini eius contulit; ſi qua eſt fidei noſtrae deuotio

tibi confero & coniunctis manibus & inclinato ad patrem capite & Deum patrem pio murmure Arnoldo inuocante, subintulit comes expressius loquens & benedictionem confirmans tibi benedico, *saluo iure fratrum tuorum*, tibi si quam habeo benedictionem, relinquo licet in secula seculorum. Et respondentibus omnibus *Amen*, a camera omnes quisque in sua digrediuntur.

CAP. CL.

Quomodo CASTELLANA *peperit filias suas & Balduinum & de* OBSIDIONE *sancti* Audomari.

Arnoldi ex Beatrice liberi

COncepit igitur in progressiua temporis successione nobilis *castellana Broburgensis* & *Ardensis* domina uere beata *Beatrix* a uiro suo *nobili Arnoldo de Ghisnis* & peperit Beatricem, *Christianam* & *Mathildem.*

Balduinus com. Flandriae & Hannon. obsidet S. Audomari burgum.

Postea uero, cum *Flandriae* comes & *Hannoniae Balduinus* gloriosissimi quondam *Flandriae* comitis nepos *Philippi* dominicae incarnationis anno M. C. XCIIX. obsedisset *burgum* sancti *Audomari* & *Ghisnensis* comes *Balduinus* partes eiusdem *Flandriae* comitis *Balduini* contra potentiam regis *Franciae Philippi* contra *Audomarenses* infra muros suos inclusos omnimode confoueret, Arnoldus de *Ghisnis* foras muros *Audomarensium* in tractu balistarii non longe a porta uersus *Boloniam* dirigente, unde & *Boloniensis* dicitur, cum *Broburgensibus* populis simul & *Ardensibus* suis in papilione uel tentorio

torio residens glorioso bellici machinamenti turrim Babilonicae turri in altitudine coequatam super omnes in *Audomarensis burgi* excidium turres machinatas longe eminentem turribus & uirgarum transtris et sepibus, cum omnibus in tantis assultibus necessariis pertinentiis aedificauit. Et per eam et ex ea, quantis potuit uiribus, *Audomarensium* muros, licet amantissimum sibi consanguineum *Willelmum Audomarensem castellanum* in eis sub *rege Franciae Philippo* omnibus praefectum ad defendendos *Audomarenses* & protegendos, uere cognosceret *Boloniensium* comite *Reinaldo Falcembergam* & omnem adiacentem eiusdem castellani Willelmi terram interim deuastante, mirifice lacessiuit, assiliuit & insultauit, adeo ut in tantam *Flandrensis* comitis *Balduini* incideret gratiam, ut idem comes *Flandriae* de doliis auro & argento plenis ad *guerriandum regem Franciae* sibi ab *Anglorum rege Richardo* collatis infinitam pecuniam denariorum *Esterlingorum* ad redimenda uadia sua ei distribuit. Post haec autem *Audomarensibus* ad deditionem compulsis & coactis *Flandrensium* principis *Balduini* familiarissimus permansit & amicus praecipuus. Vnde cum idem *Flandriae* comes *Balduinus Iherosolimam* peregre proficisceretur ad redimenda uadia sua & debita soluenda *ducentas marcas* ei liberaliter contulit & in perpetuae dilectionis signum dedit. Et de terra *Alostensium*, quae ex parte uxoris suae nobilis *Beatricis*, hoc ipsum non ignoranti-

ad quod bellum contra regem Franciae com. Flandriae a rege Richardo Anglorum magnis pecuniae summis instigatur. Esterlingi monetae Angl. genus S. Audomari castellum ad deditionem coactum.

 bus

bus omnibus *Flandriae baronibus*, ei contingebat, in expectationem maioris recuperationis & gratiae terram de *Moro* & de *Iatheca* in perpetuum retribuit possidendam. Circiter autem huius temporis cursum concepit iterum uirago nobilis & praepotens matrona *Broburgensis* castellana & *Ardensis* domina inter beatas beatissima Beatrix & peperit *Ardeae mellifluum puerum Balduinum*, quem *cathecizauimus* & ad percipiendam nouae legis & sacri baptismatis gratiam & nouae regenerationis sacramentum in sacro fonte baptizauimus. Peperit & *Ardeae Adelidem* & secundam *Beatricem*, quas similiter consignauimus & ad ueteris hominis expiationem in noui hominis candidationem Christo mediante & baptismi gratiam & sacramentum confirmante baptizauimus.

Reliqui Arnoldi ex Beatrice liberi.

CAP. CLI.

Quomodo MILITES *hinc comitem* Boloniae *hinc* Ghisnensem *comitem guerriauerunt.*

INtumescentibus igitur terrarum longe lateque principibus & increbrescentibus *guerris*, adeo, ut *milites* quidam hic illic terrarum principes & comites lacessere & infestare non pertimescerent, *Eustacius de Hammis* multum in probitate & uirtute corporis sui multumque in nobilitate generis confisus *Boloniensi* comiti *Reinaldo* in multis irrogauit. Multa enim ei raptis praedis, captis hominibus damna intulit, maximum dedecus & perpetuum signum opprobrii

Eustacii de Hammis bella cum comitibus & dominis terrae.

brii impressit. Sed tandem Eustacius *Boloniensi* comiti *Reinaldo* in uirtute generis sui & militiae (generationem enim eius immo militiae probitatem quis enarret?) reconciliatus, *Ghisnensium* comitem *Balduinum*, non tamen simili mente uel simili modo, infestare coepit. Sed pace inter eos demum facta & confirmata, comes ei perpetuae pacis uinculum firmissimi & continui amoris subsidium sororis suae *Ghislae* & *Walteri* de *Pollario* filiam nomine *Mathildem* desponsauit uxorem. *Guidonem* autem de *Campis*, quis nesciat *Ghisnensi* comiti *Balduino* sepius insultasse & homines suos captiuos abductos & praedas a *Scalis* & *Helbedinghen* abstulisse. *Engelnrannum* quoque de *Erninghesben*, quasi latrunculum in terra *Ghisnensi* clanculo et nocte accessisse in terram, ut potuit, proh pudor! depraedasse. E contra *Hugo de Walo* apud *Minthecas* et *Simon de Caltata* iuxta eandem *Caltatam Viuenna* et alibi in terra *Boloniensium*, comiti Boloniae *Reinaldo* irrogantes et damna inferentes nichilominus fecerunt infra quam potuerunt. Tempore illo *Manasses Ghisnensis* comitis B*alduini* huius nominis *secundi* filius *mariscum* et pasturam ab *antiquo* omnibus in *Andrensi* parochia conuersantibus *Ghisnensis* quondam comitis B*alduini* huius nominis *primi Ardensis* cenobii restauratoris munificentia factam et concessam et datam communem et monachorum eiusdem loci quendam similiter *mariscum*, ut aiunt, *proprium* perfodi fecit et in turbas dissecari. Cui cum oblo-

Aliorum militum contra dominos excitatae turbae

quereretur *Raidulphus* de *Fielnis* et iniuriam Deo sibique et suis omnibusque in parochia conuersantibus et manentibus illatam detestaretur, uix impune tulit. Vnde et in iram commotus ab *Andria* ad tempus recedens cum *Fielnensibus* caeterisque *parentibus* suis ad tempus conuersatus est. Abbas uero et *Andrensis ecclesiae* monachi immo et totius *Ghisnensis decanatus presbiteri* omnes in iam dicto marisco uel pastura per uiolentiam fodientes uel in turbas dissecantes fautores, operatores et eorum defensores auctoritate *Morinensis* episcopi *Lamberti* anathematis uinculo innodauerunt.

CAP. CLII.

Quomdo ARNOLDVS *de* GHISNIS *magno fossato circumcinxit* Ardeam.

INtumescentibus igitur, uti iam diximus, hinc *Ghisnensi* comite *Balduino* & suis, illinc *Boloniensi* comite *Reinaldo* & suis & altero in alterum, quantas in posse erat opponente insidias, cum *Arnoldus de Ghisnis* patrem suum *Ghisnensem* comitem *Balduinum* omnia castella sua omnesque munitiones suas, licet firmas & munitas communientem conspiceret & refirmantem, ad consilium patris sui & *Ardensis oppidi parium* simul & *burgensium Ardeam* suam eo, quod in umbilico & in meditullio *Ghisnensis* terrae sita aliis *Ghisnensis* terrae castellis et oppidis opulentior iam coepisset fieri et indignantibus aduersariis inuidiosa & ob hoc maiori curiositate eam conseruare intenderet ualidissima ad instar *Audomarensis* fossati conclusit

Arnoldus suam Ardeam communit.

clusit & ipse circumcinxit fossato, quale nunquam in *Ghisnensi* terra conceperunt manus aut conspexerunt oculi. Fuerunt igitur ad iam dictum faciendum & fodiendum fossatum operarii non pauci licet asperitate temporis & famis inedia magnae, quam labore diei & estus afflicti; operarii tamen inuicem confabulantes et iocosis uerbis plerumque laborem subleuantes famem temperabant. Ad tanti autem spectaculum fossati, multi multis de causis conueniebant. Pauperes enim, qui nec erant operarii in delectationem perspecti operis rerum penuriam non sentiebant. Diuites uero *milites* et *burgenses* et plerumque presbiteri et monachi non tantum semel in die, sed pluries ad tam mirificum quotidie in delectationem corporis conueniebant spectaculum. Quem enim, nisi pigrum et aetate uel curis mortuum tam dictum geometricalis operis magistrum Simonem fossarium cum uirga sua magistrali more procedentem et hic illic iam in mente conceptum rei opus non tam in uirga, quam in oculorum pertica geometricantem domosque & grangias conuellentem, pomeria & arbores florentes & fructificantes concidentem. Plateas non tam festis quam profestis diebus ad omne omnium transeuntium *asiamentum* summo studio & labore paratas conspicantem *curtilos* cum oleribus & linis fodientem, sata ad restituendas uias durientem & conculcantem, licet a quibuslibet indignantibus & ingemiscentibus & ei sub silentio maledicentibus non de-

Descriptio munimenti

Asiamentum.
Curtilus

 le cta-

lectaret aspicere. Hic enim rustici cum bigis *marlatoriis* & *curtis fimariis* calculos trahentes ad sternendum in uia in *mossulis* & *scapularis* seipsos ad laborem inuicem animabant. Hic & fossarii cum fossoriis, ligonistae cum ligonibus, picatores cum picis, malleatores cum malleis, nouaculatores siue rasores cum rasoriis, *paratores* quoque & *wallatores* & *deuparii* & hiatores cum conuenientibus & necessariis armamamentis & instrumentis, oneratores etiam & *buttariis* cum *hoccis* & cespitarii cum cespitibus oblongis & mantellatis ad placitum magistrorum in pratis quibuscunque concisis & conuulsis seruientes etiam & *cathepoli* cum uirgis & asperis uirgis operatores inuicem prouocantes, inuicem ad laborandum instigantes praeeuntibus semper operis magistris & geometrice scrupulantibus operantur, & in opus nunquam nisi in labore & erumna in honore & dolore finiendum operarii impelluntur & *angariantur*.

Bigæ marlatoriae. *Paratores.* *Wallatores.* *Deuparii.* *Buttarii.* *Hoccae.*

CAP. CLIII.

Quomodo FLANDRIAE *regina* Portugalensis MATHILDIS Furnenses *domare uolens ab ipsis* Furnensibus & Blauotinis *exuperata est*.

INterim autem *Flandriae* quondam comitis *Philippi* uxor & comitissa *Theresia* apud suos *Portugalos*, apud nos *Mathildis* cognomento regina dicta, cum apud *Flandrensis* ditionis castellum siue burgum *insulas* dictam in *dote sua* resideret & sibi per omnia fideles et ob-

Mathildis com. Flandriae ex regia Lusitanorum stirpe Theresia alias

& obnoxios *Broburgenses* exosos haberet & infestos eo, quod multa ab eis exigeret, quae nec ipsi nec praedecessores sui nunquam dare consueuerant & *Furnenses* eo maxime, quod *Blauotinos* nunquam domare uel subiugare potuit, congregatis exercitibus suis & uniuersis *dotalitii sui militibus* & non tantum in transumptis populis sed & extrasumptis in subuersionem *Broburgensis* non minus quam *Furnensis* territorii populorum in manu forti & brachio extento cum uniuerso exercitu suo per *Peperingas* transiens apud *Audomarensis* praepositi uillam *nouem Aluerinchem* circiter festum sancti Iohannis superba resedit & eandem nimis laxatis licentiae frenis *foraginando*, depraedando modum excedendo deuastauit. *Broburgensis* uero castellanus *Arnoldus de Ghisnis* cum suis *Broburgensibus* & *Ardensibus* simul & *Ghisnensibus* in terra *Broburgensium* residens dominam suam reginam in marginibus terrae B*roburgensis* praestolabatur, non ut in eam insurgeret, sed, si quid uiolentia, depredatione uel deuastatione in terra B*roburgensi* audere praesumeret regina uel interciperet, se & terram B*roburgensium* uiris & uiribus defendere omnino paratum exhiberet. Sed cum regina barbarico impetu in *Furnenses* cum omni potentatu suo temere insurgeret, insurrexit & quidam B*lauotinorum* dux & princeps nomine *Hebbenus* uel *Herebertus* et *Walterus* de *Hondescoto* & alii quidam cum suis fautoribus et adiutoribus B*lauotinis* et aliis simul admixtis in reginam et suos et infinitam multitudinem

in patria dicta, dotalitium eius. Broburgensibus infesta.

sed uicta a Furnensibus & Blauotinis

dinem exercitus reginae in fugam peruerterunt et alios uulnerando, alios a principalibus membris detruncando, alios more suo iugulando, alios alio genere mortis perimendo, alios captiuos ducendo, alios incarcerando, alios in satis et in fossatis semiuiuos relinquendo, alios in ore gladii ante se fugando et aliis predas, quas ab innocentibus plebibus abduxerant, diripiendo ipsa regina cum paucis hominibus in castellum suum apud *Furnas* & ab hinc nocte apud *Dunkercam* aufugiente uix euadente, bello confecerunt, superauerunt et exterminauerunt. *Broburgensis* autem castellanus *Arnoldus* de *Ghisnis* non tam gaudens et exultans, quam de facto, quod opus esset, sollicite cogitans cum semper dominae suae reginae fidelis esse et obnoxius et in fidelitate semper disposuisset perseuerare, iuxta patris sui consilium ad postulationem et preces ipsius reginae ipsam reginam cum quibusdam, quos secum habebat, militibus usque in sua securitatis conductum amminiculauit.

aufugit Dunkercam.

CAP. CLIV.

Quomodo GHISNENSIS *comes* BALDVINVS *a* calcata & *fossato inter* Axlas & Niuenna Mercuricios *remouit* & *confecit.*

SVb eiusdem fere temporis cursu, cum *Boloniensis* comes *Reinaldus Ghisnensi* terrae semper inuideret et *Ghisnensibus*, eo, quod *Ghisnensem* comitem *Balduinum* in magno

Bolonienses Ghisnensibus infesti.

gno *marisco* et spacioso, qui dicitur *regis mariscus*, qui etiam, ut aiunt, utramque terram *Ghisnensem* uidelicet *Boloniensem* suis abscindere debet interstitiis et circa margines utriusque terrae & diuisiones & in firmatione *Sangatae* multa in ipsum & de ipso praesumpsisse assereret, ad praeceptum eiusdem comitis *Boloniae Reinaldi* in expeditione regis *Franciae Philippi* contra *Iohannem Anglorum regem* in *Normannia* apud *Radepontem* commorantis Eustacius monachus de *cohorte* siue de *cursu Boloniae* tunc *senescalus* populum *Mercuritici* territorii & tam equites quam pedites conuocauit & eis sub interminatione & periculo honoris & uitae & omnium, quae habebant, ut ad firmandam terram *Mercuriticam* cum armis & armamentis cum fossariis & aliis necessariis instrumentis & cum sufficientibus ad *triginta dies* expensis apud *Axlas* iuxta *Calcatam*, quae duxit apud *Niuennam* & inde apud *Calaisiacum* statuto die conuenirent & ibi ex utraque parte *calcatae* foderent & maximo fossato terram *Mercuriticam* concluderent & contra *Ghisnenses* communirent, indixit & auctoritate domini sui *Boloniensis* comitis *Reinaldi* praecepit. Qui, iuxta quod indictum & praedictum ipsis a iam dicto *senescalco* fuerat, in statuto die cum armis, (semper enim *Ghisnensem* comitem & suos pertimebant *Ghisnenses*, ne forte superueniret & eos in ualetudine & manu fortium ab opere remoueret) & aliis necessariis instrumentis in iam dictum locum conuenientes inprimis arbores quas-

Mariscus regis qui separat Boloniensem terram a Ghisnensi.

Expeditio reg. Phil. Fr. contra Ioh. reg. Angl.

Axlae.

Niuenna.

Boloniensium hostilitates in comitatu Ghisnensi

quasdam, quae in comitatu *Ghisnensis* comitis, sicut testimonium perhibet circummanantium ueritas, plantatae erant, abscindere coeperunt. Deinde in terra, quae in eiusdem *Ghisnensis* comitis uidelicet extendebatur comitatu, fodere coeperunt & *Ghisnensibus* nec praesentibus nec quidem audientibus insultare & apum siue etiam formicarum more in marisco passim currere & recurrere terram in terra, mariscum in marisco, cum fossariis in fossatum *scripulare* & perfodere & in altum cum superba indignationis uoce, *hu*, inuicem in alterutrum in derisum & despectum *Ghisnensium* prouocantes, iactitare. Audiens autem *Ghisnensis* comes *Balduinus* tantum excessum & tantum dedecus tam turpiter & inopinante illatum sibi, misit ad eos indicans eis & monens, ut ab iniquo & iniusto cessarent incepto & proposito & quantocius abirent & discederent. Sed quum resipiscere nollent, sed magis et magis incepto efferuerunt opere; *Arnoldus de Plancis Flandrensis* comitissae *Mariae* scilicet uxoris *Balduini* in terra *Ierosolimorum* commorantis *balliuus*, ex parte eiusdem comitissae *Flandrensis* hoc ipsum interdixit, ut uidelicet ab opere cessarent et, quoad usque comes *Boloniae Reinaldus* in terram ueniret, fodere desisterent. Sed cum nec *Flandriae* comitissae *balliuo Arnoldo de Planchis* acquiescerunt, sed magis ei et *Ghisnensibus* illuderent et insultarent cum indignantium et inuicem instigantium uoce *hii* operantes, *Ghisnensis* comes *Balduinus* collectis uiris uni-

Praibancia.

uniuersae *Ghisniae* & uiribus *Arnoldo* de *Ghisnis* filio suo in terra *Braibandorum* apud *Louaniam* in praesentia *Lothariae* ducis *Balduini* super quadam terra, quam uxoris suae *Broburgensis* castellanae *Beatricis* amita *Beatrix* quibusdam monachis ipso inconsulto & inuito uendere intendebat et uolebat *placitante* et litigante iuxta *statutas horas*, cum armata manu residens mandauit iterum & iterum, ut uel iam abscederent. Sed cum a loco nullatenus recedere uellent, sed constantissime in stulto proposito persisterent & perseuerarent ad nutum comitis in monte prestolantis *Willelmus de Coluida* & *Daniel de Gandauo* *Balinghenensium* tunc temporis dux & dominus cum *Ardensibus* turmis & paucis aliis in ipsos irruerunt et impetum in aduersarios unanimiter fecerunt. At illi in fugam turpiter et conuersi et confusi sine bello debellati, sine sanguine deuicti et exuperati relicto opere ubi potuerunt, occultati sunt. *Ardenses* uero ardenti animo *Mercuriticos* iam miseros iamque effugientes pedetentim persequentes & consequentes alios in uia, alios in fossato, alios in marisco hic illic dispersos, alios circa *Niuenna* in domos suas pro securitate tendentes & properantes aut cum signis suis et armis et *baneriis* in ecclesia *Ardensi* in signum uictoriae adhuc dependentibus, captos abduxerunt aut marsupiis emunctis & uniuersis eorum spoliis & armamentis ablatis miseros aufugere permiserunt. Comes uero *Ghisnensis*

Louania.

Ghisnenses tandem impetum facientes in Bolonienses & Mercuritios eos uincunt.

ſis Balduinus in monte iam dicto reſidens & rei euentum ab alto proſpiciens populi ſui ardorem cohibere non potuit. Inſurrexit igitur omnis *Ghiſnenſium* exercitus populus quaſi uir unus in miſeros *Mercuriticos* et ſi quid in ipſis et.

Collation faicte a certain liuure en parchemin au commencement duquel ſont depainctes les armes du Roy de France auec le colleau del' ordre de ſainct Michiel dependant unes aultres armes cy deuant ſpecifiez auecq ſemblens colleaux et celles du conte de *Ghiſnes* auquel liure ſe trouue concorder de mot a aultre par Franchois de *Robins* Bailly d' *Audruicq* & payr de *Bredenarde* & Ioachim Noel maitre de eſcolle dudit Audruicq le mois de Ianuier MDLXXXVI.

F. DE ROBINS.

Noel.

FINIS.

Inci-

Incipiunt capitula in *Ghisnensium* historiam.

Cap.

Cap.

INDEX
NOMINVM LOCORVM, VRBIVM, PERSONARVM, FAMILIARVM, FLVMINVM.
IN TOMO VII. CONTENTORVM.

Berin-

Erber-

Gerb-

Kiriz

de

VViltul-

INDEX
RERVM ET VERBORVM MEDII AEVI, TOM. VII.

Agnati

Catal.

Coeme-

Foris-

Heral-

Ieri-

speciale

Posses-

Qua-

per

Reus,

Sessio-

Paren-

Posses-

Rec

Scaca-

Sessio-

Successio

INDEX
NOMINVM LOCORVM, VRBIVM, PERSONARVM, FAMILIARVM, FLVMINVM.
IN TOMO VIII. CONTENTORVM.

Alder-

Blan.

Clarus

Dobe-

Eslin-

Freung-

Ghis-

de

de

de

de

Schwar-

Vaelc-

VVenck-

VVuna-

INDEX
RERVM ET VERBORVM MEDII AEVI, TOM. VIII.

a quo

de

Babe-

Büllen-

Gre-

Hoceae

Licen-

grauis-

Noui

Rei-

FINIS